FUNDACIÓ NOGUERA

Diplomataris, 54

Diplomatari del Masdéu

Volum III

Edició i estudi a cura de
RODRIGUE TRÉTON

BARCELONA, 2010

textos medievals catalans

www.tmcat.net

© Rodrigue Tréton
Edita: Pagès Editors, S L
Sant Salvador, 8 - 25005 Lleida
editorial@pageseditors.cat
www.pageseditors.cat
Primera edició: juny de 2010
ISBN obra completa: 978-84-9779-967-5
ISBN volum III: 978-84-9779-973-7
Dipòsit legal: L-712-2010
Impressió: Arts Gràfiques Bobalà, S L
Enquadernació: Fontanet

FUNDACIÓ NOGUERA

336

1235, 15 de setembre

Guillem Torrat i el seu germà Mallol Torrat, fills del difunt Bartomeu Torrat, venen a fra Guillem Garsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, tots els drets que tenen en penyora sobre cinc parts dels quartons i les senyories directes de totes les vinyes que llur pare tenia per Bremon de Vilallonga i per la milícia del Temple al vinyar del Forn Teuler, i sobre el quartó i la senyoria directa de la vinya de Mallola de Nils, i sobre tota la part dels quartons i senyoria directa d'una peça petita de vinya que llur pare havia comprat als fills de Pere Pelet. Tots aquests drets havien estat empenyorats a llur pare per Bremon de Vilallonga per 70 sous barcelonesos, mitjançant una acta que lliuren ara a fra Guillem Garsó. Com a preu d'aquesta venda, Guillem i Mallol reconeixen haver rebut 50 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 234v, acta núm. 419.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 206-208, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Guilelmus *Torrat*, et ego Malleolus *Torrat*, frater ejus, filii condam Bartholomei *Torrat*, per nos et per omnes nostros vendimus et cedimus domui milicie Templi Perpiniani et tibi, fratri Guilelmo Garxono, preceptori ejusdem domus, et tuis successoribus, omnia nostra jura que habemus pro pignore in omnibus illis V partibus quarti et dominationis omnium vinearum, quas dictus pater noster tenebat pro Bremundo de Villa longa et pro milicia Templi in vineto de Furno *teuler*, et in omni illo quarto et dominatione tocius illius vinee Malleole *Agnils*, et in omni illa parte quarti et dominationis ipsius peciole vinee quam dictus pater noster emit ab infantibus Petri Peleti; que omnia predicta Bremundus de Villa longa inpignoravit dicto Bartholomeo *Torrat*, patri nostro, pro LXX solidis barchinonensium, sicut continetur in instrumento inde facto per manum Guilelmi de Ilice, levite, et subscripto per manum Arnaldi de Capcirio sacerdotis, quod tibi, dicto fratri Guilelmo Garxono, tradimus, cedendo dicte domui milicie Templi Perpiniani et tibi, fratri Guilelmo Garxono, et successoribus tuis, omnes actiones et exceptiones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, que et quas in predicto pignore habemus vel habere aliquo modo debemus, constituendo vos in rem vestram procuratores. Pro hac autem venditione et cessione habuimus a te, dicto fratre Guilelmo Garxono, L solidos

malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[a] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[b] non numerate. Verum de predicta venditione et cessione nolumus vobis teneri in aliquo de evictione. Actum est hoc XVII kalendas octobris, anno Domini M° CCC° XXX° V°. Sig++na Guilelmi *Torrat* et Malleoli *Torrat*, fratris ejus, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Peregrini de Malleolis, et Guilelmi de Bagis et Guilelmi de Pipionibus, testium rogatorum. Petrus Calvetus, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatos *B*. b. peccunie *B*.

337

1235, 18 de novembre

Fra Guillem Garsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, confirma a Pere Vidal, fill de Ramona Mercera, i a Pere Vidal, el seu pare, les tres parts d'una borda que Canomals, la seva àvia, tenia pel Temple, de tal manera que Pere Vidal pare tindrà aquestes tres parts durant els deu anys venidors i donarà al Temple les servituds degudes per l'honor que depèn d'aquesta borda, així com les tres parts del cens i dels serveis deguts per aquesta. Un cop transcorreguts aquests deu anys, Pere Vidal pare establirà el seu fill a Bompàs, el qual tindrà aquestes tres parts de borda i es convertirà en home propi del Temple. El comanador reconeix que per aquesta confirmació Pere Vidal pare ha donat 5 sous melgoresos a fra Pere de [Malon]. Aquesta borda fa de cens una mitgera de vi, segons la mesura de Bompàs, un pa d'ordi suficient per a l'àpat de dos homes i dues punyeres d'ordi el dia de Nadal; i l'hort d'aquesta borda fa una gallina de cens. Les tinences que constitueixen aquestes tres parts de borda són una borda, una peça de terra i una feixa. El comanador reserva per a ell i seus successors tot el dret que té sobre dues vinyes tingudes per d'altres i que depenien antigament d'aquesta borda.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 266r-v, acta núm. 469.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 540-542, segons *B*.

D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 209-213, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus Garsionus, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura laudo et confirmo tibi, Petro Vitali, filio Raymunde Mercerie, et tibi, Petro Vitali, patri dicti Petri Vitalis, omnes illas III partes illius borde quam *Canomals*, avia dicti Petri Vitalis, filii dicte Raymunde et dicti Petri Vitalis, tenebat pro domo milicie Templi, sub tali quidem forma et pacto quod tu, Petrus Vitalis, pater dicti Petri Vitalis, teneas dictas III partes dicte borde de isto die usque ad X annos completos, et quod tu des et reddas domui milicie Templi terremerita honoris dicte borde quam tenes, et facias III partes census quem dicta borda faciebat et aliorum serviciorum consuetorum; completis vero X annis, tu stabilias dictum filium tuum apud Bonum passum, qui teneat dictas III partes dicte borde pro domo milicie Templi, et sit inde proprius homo et solidus dicte domus milicie Templi et fratrum ejusdem domus, et faciat et serviat sicut fidelis homo pro se et pro dictis III partibus quecumque debet facere et servire. Et profiteor et recognosco tibi, dicto Petro Vitali, patri dicti Petri Vitalis, quod pro hoc habuit a te frater P(etrus) V solidos malguriensium. Et est verum quod tota predicta borda faciebat pro censu I migeriam vini, ad mensuram de Bono passu, et unum panem ordey qui sufficiat duobus hominibus in una comestione, et duas puinerias ordey in festo Natalis Domini; set ortus dicte borde facit pro censu unam gallinam quam ultra tres partes tu, dictus Petrus Vitalis, debes facere dicte domui. Et sunt tenedones dicte borde de tua parte quas tu tenes : borda que affrontat ab oriente in honore de Corniliano, a meridie in ferragine que tenetur pro domo milicie Templi, ab aquilone in via publica, ab occidente in honore Petri *Calvel*; et quadam pecia terre, que est in loco qui vocatur Ferrago, et affrontat ab oriente in honore de Corniliano, a meridie in vassa, ab occidente in honore qui fuit Tabernarii, ab aquilone in honore Petri *Calvel* et aliorum heredum ; et alia faxia terre, que est in loco qui vocatur Campus Mercerii, affrontat ab oriente in honore qui fuit Arnaldi *Lodric*, a meridie in honore qui fuit Clare de Opido, ab occidente in honore qui fuit Raymundi de Clara de Opido, ab aquilone in honore Arnaldi *Lodric*. Sicut superius dictum est, sic laudo et confirmo tibi, dicto Petri Vitali, possessiones predictas, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, retento michi[a] et successoribus meis omnem jus quod habemus

in vineis quas detinent alii, quarum una est in loco vocato ad *Matacans*, et affrontat ab oriente in vinea Guilelmi de Villa longa, a meridie in domum Petri Darderii, ab occidente in vinea Arnaldi Ferrarii, ab aquilone in vinea Guilelmi *Trencavel* et aliorum heredum. Alia vinea est in loco vocato *Valbespin*, et affrontat ab oriente in vinea Arnaldi de Brulano, a meridie in vinea Guilelmi *Trencavel*, ab occidente in vinea Johannis Gueraldi, ab aquilone in via publica. Has duas vineas ego et successores mei retinemus ad nostrum proprium, quia fuerunt de tenedone antiqua nostre borde. Actum est hoc XIIII° kalendas decembris, anno Domini M° CC° XXX° V°. Sig+num fratris Guilelmi Garssioni, preceptoris predicti, qui hec omnia firmo firmarique rogo. Sig+num Petri Vitalis, patris dicti Petri Vitalis, qui hec omnia laudo pro me et pro filio meo predicto. Sig+num[b] Guilelmi Patavi, et Guilelmi Peregrini de Malleolis et Guilelmi Adalberti, filii condam Raymundi Adalberti, testium.

Raymundus *Carles* scripsit hoc vice Petri Calveti et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus Calvetus, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. meis *B*. b. *Sic B*.

338

1236 (nou estil), 30 de gener

Fra Ramon d'Albars, sotscomanador del Masdéu, fra Guillem Rostany, comanador de Sant Hipòlit, fra Guillem Garsó, comanador de Perpinyà, i fra Perpinyà donen en acapte a Ramon de Bas i als seus una peça de terra d'aspre situada a Sant Hipòlit, al Clot de Remig. Per aquesta terra, el terratger haurà de donar al procurador de Sant Hipòlit un cens anual de 12 diners melgoresos el dia de Nadal. Ramon de Bas es fa, amb tota la seva descendència, home propi de la milícia del Temple, a les mans i en poder de fra Ramon d'Albars i de tots els frares del Temple. Promet ésser fidel en tot a la casa i als frares del Temple i protegir i defensar tots els béns de l'orde, siguin on siguin. En senyal de possessió corporal, presta homenatge als templers posant les mans entre les seves, els fa el petó de fidelitat i besa la creu que porten com a insígnia de llur religió. Els frares el reben com a home propi, amb tota la seva descendència, i

prometen protegir-lo i defensar-lo, a ell i a tots els seus béns, com a llurs altres homes propis, segons els bons costums de la casa del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 30v-31, acta núm. 49.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 542-543, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 56-60, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raimundus de Albariis, subpreceptor domus Mansi Dei, et frater Guilelmus Rostagni, procurator Sancti Ypoliti, et frater Guilelmus Garsoni, procurator domus Perpiniani, et frater Perpinianus, nos omnes, bona fide et sine omni enganno, per nos et omnes fratres domus Templi, damus in presenti ad acapitum et tenedonem tibi, Raymundo de *Bas*, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas tuorumque voluntates perpetuo faciendas, exceptis[a] tamen sanctis et militibus uxoribusque eorum et filiis ipsorum, et hominibus domini regis et domini Nunonis, videlicet quandam petiam asperii terre, quam habemus et tenemus in adjacentia Sancti Ypoliti, ad Clotum Ranigii; et affrontat ab oriente in honore Templi, a meridie in honore Arnaldi Geraudi, ab occidente in honore Poncii de Verneto et Hospitalis, ab aquilone in talada. Sicut in hiis affrontationibus includitur, sic damus tibi et tuis et cui volueris omnem predictam petiam terre ad acapitum, cum ingressibus suis et egressibus, totum, integriter et cum omnibus in se habentibus, sicut melius a te vel a tuis[b] intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum. De qua pecia terre dabis tu vel tui domui milicie Templi et procuratori Sancti Ypoliti annuatim de censu, in festo Natalis Domini, XII denarios malgurienses bonos. Et ego Raymundus de *Bas*, et omnem prolem meam a me deinde exituram, bona fide et sine fraude, facio me esse hominem proprium et solidum domus Templi milicie, in manu et posse fratris Raymundi de Albariis, subpreceptoris[c] domus Mansi Dei, et jam dictorum fratrum domus Templi, et omnium fratrum presentium et futurorum, promittens[d] me, bona fide, et omnem prolem meam a me deinde exituram, esse fidelem hominem in omnibus domui Templi et omnibus fratribus custodiendo, salvando, defendendo,[e] pro posse meo, omnia bona domus Templi ubique, unde gratis pono manus meas inter vestras pro hominio, in signum possessionis corporalis, dando osculum fidelitatis et etiam cruci quam vos defertis pro habitu vestre religionis. Et pro recognitione hujus hominii, promitto[f] vobis et domui Templi

dare et persolvere annuatim, in festo Natalis Domini, XII denarios malgurienses bonos de censu. Et profiteor me habuisse a vobis, fratribus predictis, pro isto hominatico quam sepedicte domui et vobis facio, hanc dictam petiam terre. Et ita hoc totum quod superius continetur, ego Raymundus de *Bas*, juro per Deum et hec sancta IIII^or^ Evangelia ita observare et attendere, quod sacramentum corporaliter facio ex propriis meis manibus. Nos vero donatores predicti, per nos et omnes fratres domus Templi, recipimus te, Raymundum de *Bas* prenominatum, et omnem prolem a te deinde exituram, in hominem proprium et solidum, promittentes[g] te custodire, salvare, defendere,[h] et omnia tua bona ubique, sicut alios nostros homines proprios bone consuetudini domus Templi. Actum est hoc III° kalendas februarii, anno Christi M° CC° XXX° V°. Sig+++++na fratris Raymundi, subpreceptoris domus Mansi Dei, et fratris Guilelmi Rostagni, procuratoris Sancti Ypoliti, et fratris Guilelmi Garsoni, et fratris Perpiniani, qui hec omnia laudamus, firmamus, salvo jure domus Templi in omnibus. Sig+num Raymundi de *Bas* predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++na Guilelmi Stephani, et Raymundi Bernardi, et Petri Bocalauri, testium.

Johannes, presbiter, scriptor publicus, scripsit, jussus atque rogatus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. exeptis *B*. b. a tuis *omès B*. c. suppreceptoris *B*. d. promitens *B*. e. deffendendo *B*. f. promito *B*. g. promitentes *B*. h. deffendere *B*.

339

1236 (nou estil), 30 de gener

Fra Ramon d'Albars, sotscomanador del Masdéu, fra Guillem Rostany, comanador de Sant Hipòlit, fra Guillem Garsó, comanador de Perpinyà, i fra Perpinyà donen en acapte i tinença a Ferrer Fitor i a la seva esposa Guillema una peça de terra situada a Sant Hipòlit, al Clot de Remig. Per aquesta terra, Ferrer i els seus hauran de donar al procurador de Sant Hipòlit un cens anual de 12 diners melgoresos el dia de Nadal. Ferrer Fitor es fa, amb tota la seva descendència, home propi del Temple, a les mans i en poder de fra Ramon d'Albars i de tots els frares de la milícia. Promet ésser fidel en tot a la casa i als frares del Temple i protegir i defensar tots els béns de l'orde, siguin on siguin. En senyal de possessió corporal, presta homenatge als templers posant les mans entre les seves, els fa el petó de

fidelitat i besa la creu que duen com a insígnia de llur religió. Els frares el reben com a llur home propi, amb tota la seva descendència, i prometen protegir-lo i defensar-lo, a ell i a tots els seus béns, com a llurs altres homes propis, segons els bons costums de la casa del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 31r-v, acta núm. 50.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, p. 543, segons *B*.
D Còpia parcial del començament del segle XX, per al marquès ALBON, *Cart. gén. ms.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 61-62, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Albariis, subpreceptor domus Mansi Dei, et frater Guilelmus Rostagni, procurator Sancti Ypoliti, et frater Guilelmus Garsoni, procurator domus Perpiniani, et frater Perpinianus, nos insimul, bona fide et sine omni enganno, per nos et omnes fratres domus Templi, damus in presenti ad acapitum et tenedonem tibi, Ferrario *Fitor*, et tuis, et cui volueris dare, dimittere,[a] vendere vel inpignorare, ad omnes tuas tuorumque voluntates perpetuo faciendas, exceptis tamen sanctis et militibus uxoribusque eorum et filiis ipsorum et hominibus domini regis et domini Nunonis, videlicet quandam petiam terre, quam habemus in adjacentia Sancti Ypoliti, ad Clotum de Remigio; et affrontat ab oriente in honore Raymundi de Fanjavo, a meridie in honore milicie et Guilelmi Gallonis, ab occidente in orto Raymundi de *Bas*, ab aquilone in taliada. Sicut in his dictis affrontationibus includitur, sic damus tibi et uxori tue, Guilelme, et vestris, totam predictam petiam terre, totum integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum. De qua pecia terre dabitis nobis et domui milicie Templi annuatim censum, in festo Natalis Domini, XII denarios malgurienses bonos. Et ego Ferrarius Fitoris, et omnem prolem meam a me deinde exituram, bona fide et sine fraude, facio me esse hominem proprium et solidum domus Templi milicie in manu et posse fratris Raymundi de Albariis, subpreceptoris domus Mansi Dei, et jam dictorum fratrum et omnium fratrum domus Templi, presentium et futurorum, promittens[b] me, bona fide, et omnem prolem meam a me deinde exituram, esse fidelem hominem in omnibus domui Templi et omnibus fratribus, custodiendo, salvando, defendendo,[c] pro posse meo, omnia bona domus Templi ubique, unde gratis pono manus meas inter vestras pro hominio, in signum possessionis corporalis, dando osculum

fidelitatis et etiam cruci quam vos defertis[d] pro habitu vestre religionis. Et pro recognitione hujus hominii, promitto[e] vobis et domui Templi dare et persolvere annuatim, in festo Natalis Domini, XII denarios malgurienses bonos de censu. Et profiteor me habuisse a vobis, fratribus predictis, pro isto hominatico, quam sepedicte domui et vobis facio, hanc predictam petiam terre. Et ita hoc totum quod superius continetur, ego Ferrarius Fitoris[f] predictus, juro hoc totum per Deum et hec sancta IIII[or] Evangelia observare et attendere, quod sacramentum corporaliter facio ex propriis meis manibus. Nos vero frater Raymundus, subpreceptor domus Mansi Dei, et alii fratres predicti, per nos et fratres domus Templi, recipimus te, Ferrarium *Fitor* prenominatum, et omnem prolem a te deinde exituram, in hominem proprium et solidum, promittentes[g] te custodire, salvare, defendere,[h] et omnia tua bona, ubique, sicut alios nostros homines proprios bone consuetudini domus Templi. Actum est hoc III° kalendas februarii, anno Christi M° CC° XXXV°. Sig+++++na fratris Raymundi, subpreceptoris domus Mansi Dei, et fratris Guilelmi Garsoni, et fratris Guilelmi Rostagni, et procuratoris Sancti Ypoliti, et fratris Perpiniani, et Ferrarii *Fitor*, qui hec omnia laudamus, firmamus. Sig+++na Guilelmi Stephani, et Bernardi *Sartre*, et Raymundi Bernardi, testium.

Johannes, presbiter, scriptor publicus, scripsit, jussus atque rogatus, cum litteris[i] emendatis et rasis in VIII[a] linea, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. dimitere *B*. b. promitens *B*. c. deffendendo *B*. d. deffertis *B*. e. promito *B*. f. Raymundus de Fanjavo *B*. g. promitentes *B*. h. deffendere *B*. i. literis *B*.

340

1236 (estil nou), 30 de gener[258]

Fra Ramon d'Albars, sotscomanador de la casa del Masdéu, fra Guillem Rostany, comanador de la casa de Sant Hipòlit, fra Guillem

258. L'acta original conté una errada manifesta en la indicació de l'any: l'escrivà ha escrit MCCXXV en lloc de MCCXXXV. Aquesta correcció es fa possible per comparació amb dues concessions similars redactades pel mateix prevere Joan el 30 de gener de 1236 (nou estil) i fent intervenir els mateixos protagonistes, una de les quals conté, d'altra banda, una confusió que demostra que aquestes dues actes han estat aprovades el mateix dia: en efecte, l'escrivà hi ha substituït per inadvertència el nom de «Raymundus de Fanjavo» pel de «Ferrarius Fitor»; vegeu més amunt la nota f de l'aparat crític de l'acta núm. 339.

Garsó, comanador de la casa de Perpinyà, i fra Perpinyà donen en acapte a Ramon de Fanjaus i als seus una peça de terra d'aspre situada a Sant Hipòlit, al lloc anomenat Clot de Remig. El terratger haurà de pagar als templers un cens anual de 9 diners melgoresos el dia de Nadal. Ramon de Fanjaus es fa, amb tota la seva descendència, home propi del Temple, a les mans i en poder dels frares Ramon d'Albars i Guillem Rostany, Promet ésser fidel en tot a la casa i als frares del Temple i protegir i defensar tots els béns de l'orde, siguin on siguin, En senyal de possessió corporal, Ramon de Fanjaus presta homenatge als templers posant les mans entre les seves, els fa el petó de fidelitat i besa la creu que porten com a insígnia de llur religió. Els frares el reben com a home propi, amb tota la seva descendència, i prometen protegir-lo i defensar-lo, a ell i a tots els seus béns, com a llurs altres homes propis, segons els bons costums de la casa del Temple.

A[1] Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la M, pergamí, amplada 265 mm, alçada 145 mm, ADPO, Hp189.[259]

B Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.* ms., nouv. acq. lat. 31, ff. 42-45, segons *A*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raimundus de *Albars*, subpreceptor domus Mansi Dei, et frater Guilelmus Rostainni, procurator domus Sancti Ypoliti, et frater Guilelmus Garsoni, procurator domus Perpiniani, et frater Perpinianus, nos omnes bona fide et sine fraude, per nos et omnes fratres domus Templi militie damus in presenti ad acapitum et tenedonem tibi, Raimundo de Fangavo, et tuis, et cui volueris dare, dimitere,[a] vendere aut inpignorare, ad omnes tuas tuorumque voluntates in perpetuum faciendas, exceptis tamen sanctis et militibus et eorum uxoribus et hominibus domini regis, videlicet quandam petiam terre asperii, quam habemus et tenemus in adjacentia Sancti Ypoliti, in loco qui dicitur ad *Clot de Remig*, salvo jure domus Templi in omnibus; et affrontat ab oriente predicta petia terre in honore Templi, a meridie in honore Arnaudi Gueraudi, a circio in honore Templi, ab aquilone in *talada*. Sicut in his affrontacionibus includitur, sic donamus tibi, et tuis, et cui volueris, totam predictam petiam te-

259. El document porta al dors una menció del segle XV en català parcialment esborrada: «[...] fa de cens a Nadal VIII d. per Ia peça de tera a Sent Ipolit», la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 1380», i una anàlisi del segle XIX.

rre, totum, integriter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius a te vel a tuis intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum. De qua petia terre facies tu et tui annuatim de censu in festo Natalis Domini VIIII denarios malgurienses bonos predicte domui Templi militie Sancti Ypoliti et procuratori ejusdem loci. Item, ego Raimundus de Fangavo, et omnem prolem meam a me deinde exituram, facio me esse hominum proprium et solidum domus[b] Templi militie, in manu et posse fratris R(aimundi) de Albariis, subpreceptoris domus Mansi Dei, et fratris G(uilelmi) Rostagni, procuratoris Sancti Ypoliti, et aliorum supradictorum fratrum domus Templi, presentium et futurorum, promitens[c] me bona fide, et omnem prolem a me deinde exituram, esse fidelem hominem in omnibus domui militie Templi et fratribus ejus custodiendo, salvando, defendendo pro posse meo omnia bona domus Templi ubique. Unde gratis pono manus meas inter vestras pro hominio in signum possessionis corporalis, dando osculum fidelitatis et etiam cruci quam vos defertis pro habitu vestre religionis. Et pro recognicione hujus hominii, promitto vobis et domui Templi dare et persolvere annuatim in festo Natalis Domini VIIII denarios malgurienses bonos de censu. Et profiteor me habuisse a domo Templi et a vobis predictis, pro isto hominatico, quem sepedicte domui et fratribus facio, hanc predictam petiam terre quem superius continetur. Nos vero frater R(aimundus), subpreceptor domus Mansi Dei, et frater G(uilelmus) Rostagni, per nos et fratres domus Templi recepimus te et omnem prolem a te exituram in hominem proprium et solidum. Promittimus vos custodire, salvare, defendere, et omnia tua bona, sicut alios nostros homines proprios bone consuetudini domus Templi. Et ut majorem detineat firmitatem, ego R(aimundus) de Fangavo predictus, juro hoc totum, sicut superius continetur, per Deum et per hec sancta IIII[or] Evangelia, ita observare et atendere,[d] quod sacramentum corporaliter facio ex propriis meis manibus. Actum est hoc III° kalendas februarii, anno Christi M° CC° XXx° V°.[e] Sig++++na fratris Raimundi, subpreceptoris domus Mansi Dei, et fratris Guillemi Garsoni, et fratris Guilelmi Rostagni, procuratoris Sancti Ypoliti, et fratris Perpiniani, qui hec omnia laudamus, firmamus, salvis juribus domus Templi militie. Sig+num Raimundi de Fanjavo predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++na Guilelmi Stephani, et Bernardi *Sartre*, et Raimundi Bernardi, testium.

Johannes, presbiter, scriptor publicus, scripsit, jussus atque rogatus, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic A per* dimittere. b. domus *repetit per error A*. c. *Sic A per* promittens. d. *Sic A per* attendere. e. *Sic A per* M° CC° XXX° V°.

341

1236, 8 de maig

Fra Pere de Malon, comanador de la casa del Temple del Masdéu, amb el consentiment dels frares Guillem Folc, Pere d'Estagell, comanador del Mas de la Garriga, Ponç, Bernat de Calce i altres frares del Temple, confirma Guillem Adalbert, fill del difunt Guillem Adalbert, en la possessió del mas dit de Sala, situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, que el seu pare tenia per la casa del Masdéu. Per aquest mas, haurà de pagar el mateix cens que el seu pare, és a dir, 6 diners de moneda corrent al Rosselló, el dia de Nadal.

A[1] Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí, amplada 190 mm, alçada 120 mm, ADPO, Hp188.[260]

B Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 214-217, segons *A*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus de *Malon*, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, per me et per omnes successores meos, cum hac presenti scriptura in perpetuum valitura, cum consilio et voluntate et assensu ac laudamento fratris Guillemi Fulchi, et fratris Petri de Estagello, procuratoris domus de Garrigua, et fratris Poncii, et fratris Bernardi de Calcia, et aliorum fratrum ejusdem domus, laudo et confirmo tibi Guilelmo Adalberto, filio quondam Guilelmi Adalberti, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates omni tempore faciendas, totum illum mansum, de celo usque in abyssum,[a] qui vocatur de Sala, cum omnibus tenedonibus et juribus et pertinenciis suis, sicut melius et sanius dici, scribi vel intelligi potest ad tuum comodum. Quem predictum mansum est intus Perpinianum, in adjacentia Sancti Johannis ejusdem ville. Pro quo dicto manso tu et tui donetis et faciatis semper dicte domui Mansi Dei, et mihi, et successoribus meis, singulis annis in festo Natalis Domini VI denarios monete curribilis per Rossilionem de censu, sicut dictus pater tuus quondam dicte domui Mansi Dei eos dabat et faciebat. Hanc autem laudationem et confirmationem tibi

260. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 1759».

et tuis gratis facio, salvis semper juribus dicte domus Mansi Dei in omnibus. Et ego dictus Guillemus Adalbertus, filius quondam Guillemi Adalberti, hec omnia predicta laudo et confirmo; et promitto tibi, dicto preceptori Mansi Dei, et successoribus tuis, quod ego et mei dabimus semper vobis et dicte domui dictum censum pro dicto manso singulis annis, ut superius dictum est. Qui predictus mansus, cum suis tenedonibus et pertinenciis, affrontat ab oriente in manso qui fuit Guilelmi Roberti, a meridie et ab occidente in viis publicis, ab aquilone in tenencia Poncii de Alaniano et in manso Bernardi Dominici.

Actum est hoc VIII idus madii, anno Domini MCCXXXVI. Sig+++++na fratris Petri de *Malon*, preceptoris, et fratris Guilelmi Fulchi, et fratris Petri de Estagello, et fratris Poncii, et fratris Bernardi de Calcia, predictorum, qui hec omnia laudamus et confirmamus. Sig+num Guilelmi Adalberti predicti, qui hec omnia laudo et confirmo. Sig+++na Poncii de Alaniano, et Guilelmi Adalberti, filii quondam Raymundi Adalberti, et Petri de Podio Ultrario, testium rogatorum.

Petrus Calvetus, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.*

342

1236, 31 de maig

Pere de Castell, cavaller, amb el consentiment de la seva muller Gueraua i de llurs fills, ven a la milícia del Temple i a fra Pere de Malon, comanador del Masdéu, tot el seu castrum *de Sant Hipòlit, amb els homes, les dones, els drets i les possessions que en depenen, així com tots els feus tinguts per ell al terme i parròquia de Sant Hipòlit. Per aquesta venda, reconeix haver rebut del comanador del Masdeú una almoina de 2.000 sous melgoresos. Pere de Malon, amb l'acord dels frares del Masdéu, li dóna en feu la totalitat d'aquests drets i possessions, amb la condició que Pere i els qui tinguin aquest feu siguin vassalls fidels del Temple, que facin llur deure, que prestin homenatge i jurin fidelitat als templers, que facin una alberga anual de dos cavallers en el període comprès entre Nadal i la vigília de Quaresma, que restitueixin el comandament del* castrum *al comanador del Masdéu cada cop que aquest darrer els ho demani, i que siguin servidors fidels del Temple. El comanador*

del Masdéu promet que ell i els seus successors seran bons i lleials servidors i que defensaran llurs vassalls seguint els bons costums de la milícia del Temple. Pere de Castell rep aquest feu en fer-se el vassall del Temple i promet, per la fe de l'homenatge efectuat i per la virtut del jurament prestat sobre els Evangelis, respectar els seus compromisos sense engany ni fellonia. Gueraua confirma el que precedeix, a excepció del dret d'obligació de dot i de viduïtat que té sobre els seus béns, tal com està estipulat en els seus capítols matrimonials, i que tindrà d'ara endavant en feu de la milícia del Temple. Ermengol, Gausbert, Guillem Ramon i Pere, fills de Pere i de Gueraua, confirmen aquesta transacció.

A[1] Original, en forma de carta partida per ABC, pergamí perdut.
B Vidimus del 3 de novembre de 1264, pergamí deteriorat, amplada 195 mm, alçada 365 mm, ADPO, Hp189, segons *A*.[261]
C Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 21r-v, acta núm. 36, segons *A*.
D Còpia de la segona meitat del segle XIX, per Bernard ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 561-564, segons *C*.
E Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, ms., nouv. acq. lat. 31, ff. 63-72, segons *B* i *C*.
a VINAS, Robert, *L'ordre du Temple en Roussillon*, doc. 11, pp. 200-202, segons *C*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Petrus de Castello, miles, per me et per omnes meos successores, presentes atque futuros, non coactus ulla vi nec deceptus aliqua fraude, set bona fide, cum hac presenti publica scriptura in perpetuum[a] valitura, concensu[b] et laudamento domine Geralde, uxoris mee, et infantum nostrorum,[c] dono et laudo firmiterque concedo atque in presenti irevocabiliter[d] trado domino Deo, et beate Marie, et domui milicie Templi, et vobis, fratri Petro de *Malon*, preceptori domus Mansi Dei, et omnibus fratribus, presentibus et futuris, ejusdem domus, totum meum castrum de Sancto Ypolito, cum hominibus et feminis et dominationibus et juribus, et cum omnibus suis pertinentiis, et cum omnibus aliis ad me quocumque modo spectantibus ratione dicti castri vel alio modo in terminis et in omni adjacentia de Sancto Ypolito, per liberum et franchum alodium, et etiam omnia feuda que pro me vel meis tenentur vel debent teneri in villa de Sancto Ypolito et in ejus terminis et in omni supradicta adjacentia, totum, integriter ac generaliter, sicut melius

261. Vegeu més endavant l'acta núm. 640.

et sanius dici, scribi vel intelligi potest ad vestrum comodum et intellectum. Dono etiam et cedo vobis omnes actiones et exceptiones et omnia omnino jura realia et personalia, quas et que in predictis et pro predictis omnibus habeo vel habere aliquo modo debeo; constituendo vos in rem vestram procuratores. Promitto etiam vobis bona fide et firma stipulatione quod nichil feci vel decetero faciam quominus hec donatio vobis valeat vel infringi possit, tradendo vobis plenam et corporalem possessionem, tam juris quam facti, et quasi possessionem omnium predictorum. Profiteor etiam quod pro hac donatione et cessione habui et accepi de helemosinis milicie Templi a vobis, fratre Petro de *Malon*, preceptore predicto, II millia solidos malguriensium bonos, de quibus per paccatum me teneo, renuncians exceptioni peccunie non numerate. Quam peccuniam misi in maximam meam utilitatem et prefate uxoris mee et infantum nostrorum.[e] Preterea profiteor quod ex mera liberalitate vestra donastis et concessistis mihi in feudum, et successoribus meis, laudamento fratrum vestrorum[f] conventus Mansi Dei, omnia supradicta, sicut inferius continentur. Et, in Dei nomine, nos, frater Petrus de *Malon*, preceptor domus Mansi Dei predictus, assensu et laudamento fratrum nostrorum conventus Mansi Dei, bono animo et bona voluntate donamus et concedimus tibi, dicto Petro de Castello, et tuis, omnique tue posteritati ac consanguinitati, et cui dare vel dimitere volueris, qui inde sint vel sit noster proprius homo et fidelis et solidus vassallus,[g] et faciat ea que tu debes facere et infra continetur, totum predictum castrum, cum omnibus suis dominationibus et omnibus aliis supradictis, tali modo quod tu et tui, qui dictum castrum et alia predicta pro nobis tenueritis, faciatis nobis homagium et fidelitatem pro dicto castro, et pro omnibus predictis, et specialiter pro servicio dicti feudi albergam II[obus] militibus quolibet anno, a festo Natalis Domini usque ad Carniprivium, in illo intermedio; et detis potestatem de dicto castro nobis et cuilibet preceptori quotcumque[h] advenerint in Manso Dei, quotienscumque requisiti fueritis a me vel ab ipsis preceptoribus; et quod tu et qui dictum feudum tenueritis sitis ubique fideles valitores domus milicie Templi contra omnem personam. Et promitimus tibi, dicto[i] Petro de Castello, per nos et nostros successores, et tuis qui dictum feudum pro nobis[j] tenuerint, quod erimus vobis boni domini et legales, sicut bonus dominus debet esse suo bono vassallo. Et deffendemus vos et successores vestros, qui pro nobis dictum feudum tenuerint, secundum bonas consuetudines milicie Templi.

Unde ego Petrus de Castello predictus, per me et per omnes successores meos recipio in feudum pro vobis, predicto fratre Petro[k] de *Malon*, preceptore, et pro domo milicie Templi, totum predictum castrum, cum omnibus supradictis, sub predicta forma. Et facio me inde hominem et fidelem et solidum vassallum vestrum. Et promito vobis per fidem hominatici, quod vobis incontinenti facio, et per virtutem infrascripti juramenti, quod omnia predicta fideliter attendam[l] sine omni enganno et dolo et fraude et sine diminutione feudi, et hoc idem faciant et teneantur facere cum instrumento publico eodem modo successores mei, qui dictum castrum et omnia supradicta tenuerint in feudum pro vobis et domo milicie Templi, et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Evangeliis, sponte juro, renuncians per virtutem prestiti juramenti omni juri divino et humano, scripto et non scripto, generaliter vel specialiter, michi competenti vel competituro ad hec infringenda vel aliquid horum predictorum. Et ego domina Geralda predicta, uxor dicti Petri de Castello, gratis et bona voluntate et sine aliqua vi, hec omnia predicta laudo et confirmo, ita quod a me vel a meis nunquam[m] possitis inquietari. Retineo tamen in predictis bonis jus obligationis dotis et donationis propter nuptias quod ibi habeo cum instrumentis nuptialibus factis inter me et dictum Petrum de Castello, non sicut super alodio amodo, set sicut super feudo milicie Templi. Et quod contra predicta vel aliquid de predictis nullo tempore veniam vel veniri faciam aliquo tempore bona fide per stipulacionem promito, et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Evangeliis, sponte juro, renuncians per virtutem prestiti juramenti omni juri ypothecarum et legi julie de fundo dotali, et omnibus legum auxiliis quibus mulieres juvari solent. Similiter nos, Ermengaldus[n] et Goçbertus et Guilelmus Raimundus et Petrus, filii dictorum Petri de Castello et domine Geralde, uxoris ejus, hec omnia predicta laudamus et confirmamus. Et quod contra nuncquam[o] veniamus vel veniri faciamus bona fide per stipulacionem[p] promitimus, et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis quatuor Evangeliis, sponte juramus, renunciantes per virtutem prestiti juramenti omni juri divino et humano, scripto et non scripto, generaliter vel specialiter, nobis competenti vel competituro ad hec infringenda vel aliquid horum predictorum. Actum est hoc II[e] kalendas junii, anno Domini M° CC ° XXX° VI°. Sig++++++na Petri de Castello, et domine Geralde, uxoris ejus, et Ermengaldi, et Goçberti, et Guilelmi Raimundi, et Petri, infantum eorum, predictorum, qui

hec omnia firmamus firmarique rogamus. Sig+num fratris Petri de *Malon*, preceptoris, qui hec omnia predicta laudamus et confirmamus. Sig++++++++++++++++++na fratris Raimundi de *Albars*, subpreceptoris domus Mansi Dei, et fratris Guilelmi Garsioni,[q] preceptoris domus milicie Templi Perpiniani, et fratris Bernardi Bajuli, et fratris Bernardi de Furchis, et fratris Raimundi de Malleolis, et fratris Bernardi de Berga, et fratris Ugonis de Palacio, et fratris Guilelmi Boerii, et fratris Johannis de Toirio,[r] et fratris Guilelmi de Orto,[s] et fratris Symonis,[t] capellani, et fratris Raimundi Fabri, et fratris Johannis d'Orcha,[u] et fratris Bernardi de Porta, et fratris Petri *Carceler*, et fratris Arnaldi Textoris, et fratris Bernardi Eybrini,[v] supradicte domus milicie Templi Mansi Dei, qui hec omnia predicta firmamus, firmarique rogamus. Sig+++++++++na Guilelmi de Sauçeda,[w] et Raimundi Armigeri, et Arnaldi *Duc*, sacerdotis,[x] et Gotçberti,[y] presbiteri, et Raimundi de Petrapertusa, et Guilelmi Traverii, et Ugeti[z] de Belela, et Berengarii *Figeres*, et Bernardi de Tuxano, testium. Raimundus[aa] *Carles* scripsit hoc vice Petri Calveti, et rasit et emendavit in XXX[a] VII[a] et in XXX[a]VIII[a] linea et hoc sig-(SM)-num fecit. Petrus Calvetus, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit[ab] et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. carta imperpetuum *C*. b. consensu *C*. c. meorum *C*. d. irrevocabiliter *C*. e. meorum *C*. f. et vestrorum *C*. g. vasalus *B*. h. quocunque *C*. i. dicto *afegit a la interlínia B*. j. pro nobis *afegit a la interlínia B*. k. Petro *afegit a la interlínia C*. l. atendam *B*. m. nuncquam *B*. n. Ermengaudus *C*. o. nunquam *C*. p. stiplationem *C*. q. Gassia *C*. r. Toyrio *C*. s. Torto *C*. t. Simonis *C*. u. d'Orta *C*. v. Eibrini *B*. w. Salçeda *B*. x. sadoter *C*. y. Goçberti *B*. z. Ugueti *C*. aa. Raymundus *C*. ab. suscripsit *BC*.

343

1236, 12 de juny[262]

Guillem Patau, cavaller, dóna a fra Guillem Garsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, una feixa de terra situada a la

262. El copista del cartulari ha omès manifestament el lloc de les desenes en recopiar l'any. La donació és feta a Guillem Garsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, el qual assumí aquesta funció del setembre de 1235 al desembre de 1238; cal, doncs, llegir 1236 i no 1206. És el que confirmen tant la llista dels subscriptors com dos altres documents, l'un datat del 7 de gener de 1237 i l'altre de l'1 de maig de 1237, pels quals el mateix estipulant, Guillem Patau, assistit per la seva muller Maria, ven a la milícia del Temple altres possessions situades al mateix lloc anomenat de la parròquia de Malloles; vegeu més endavant les actes núm. 347 i 349.

parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat l'Estany. Samuel Vidal, jueu, confirma aquesta transacció com a creditor del donant, i cedeix a la milícia del Temple tots els drets que té sobre aquesta peça de terra a causa d'empenyorament o d'obligació.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 234r-v, acata núm. 418.
C[1] Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. A, p. 186, segons *B*.
C[2] Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 564-565, segons *B*.
D *D*. Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 62-65, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Guilelmus Patavus, miles, per me et per omnes meos, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti carta imperpetuum valitura gratis inter vivos dono et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado domino Deo et domui milicie Templi Perpiniani et successoribus tuis,[a] ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates omni tempore faciendas, quandam faxiam terre que est in terminis et in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato Stagno; et affrontat ab oriente et ab occidente in vestra tenencia dicte domus, a meridie in mea tenencia, ab aquilone in tenencia Poncii Cucumeris. Sicut superius dictum est, ita dono domino Deo et dicte domui et tibi, fratri Guilelmo, procuratori dicte domus milicie Templi Perpiniani, et successoribus tuis, predictam faxiam terre, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, cedendo etiam racione dicte donatione tibi, dicto fratri Guilelmo *Garxon*, procuratori predicta domus milicie Templi Perpiniani, et successoribus tuis, omnes actiones et exceptiones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, que et quas in predicta et pro predicta faxia terre habeo vel habere aliquo modo debeo, te et successores tuos tamquam in rem vestram procuratores constituendo. Promitto[b] etiam bona fide per stipulationem quod nichil feci, vel decetero faciam, quominus hec donatio vobis valeat vel infringi possit. Nam in presenti de tota prenominata faxia terre me et meos semper denudo et te et successores tuos prorsus investio, et in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti vos mitto,[c] ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas per liberum et franchum alodium. Quam predictam donationem Deo et tibi, dicto fratri Guilelmo *Garxon*, et successoribus tuis, inter vivos facio, ita quod nunquam causa alicujus ingratitudine vel alio modo causa ego vel mei valeamus[d] aliquo tempore advo-

care vel revocare. Actum est hoc II[e] idus junii, anno Domini M° CC° (XXX°) VI°. Sig+num Guilelmi Patavi predicti, qui hec omnia firmo firmarique rogo. Sig+num Samielis Vitalis, judei, qui hec omnia laudo jure creditoris et solvo et diffinio domino Deo et predicte milicie Templi et tibi, fratri Guilelmo *Garxon* predicto, et successoribus tuis imperpetuum, quicquid juris in supradicta pecia terre habeo vel habere debeo racione pignoris vel obligationis vel ullo alio modo. Sig+++na Petri *Ferriol*, et Arnaldi Traverii, et Guilelmi de Villa longa, testium. Raymundus *Carles* scripsit hoc vice Petri Calveti et hoc sig-(SM)-num fecit. Petrus Calvetus, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic B, manca manifestament un segment de frase*. b. promito *B*. c. mito *B*. d. valeamus *repetit al canvi de foli B*.

344

1236, 25 de juny

Ponç del Vernet i Jusiana, la seva esposa, venen a la milícia del Temple, a fra Pere de Malon, comanador del Masdéu, i als altres frares d'aquesta casa, Martí Isarn d'Ortafà, home llur, la seva esposa Maria i tota llur descendència, amb tots llurs béns mobles i immobles, pel preu de 850 sous melgoresos, que reben en numerari. Els esposos cedeixen igualment tots els drets que tenen sobre la parella i llurs fills.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 92v-93, acta núm. 147.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 565-566, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 163-167, segons *B*.
a CAUCANAS, Sylvie, *Introduction à l'histoire du Moyen Âge en Roussillon*, Perpinyà, 1985, doc. núm. 11, p. 93, transcripció parcial.

Notum sit cunctis quod ego Poncius de Verneto, et ego domina Jusiana, uxor ejus, non vi coactis nec dolo vel fraude in aliquo circumventi, vendimus, damus, solvimus et diffinimus, per nos et nostros presentes et futuros, cum hoc instrumento perpetuo valituro, in presenti bona fide irrevocabiliter tradimus domino Deo et domui milicie Templi et vobis, fratri Petro de *Malon*, preceptori Mansi Dei, et omnibus aliis fratribus dicte domus, presentibus et futuris, quendam hominem nostrum nomine Martinum Ysarnum de Ortaphano et uxorem ejus Mariam et omnem suam prolem ad

eis exitam vel exituram, et omnia bona eorum mobilia et inmobilia ac se movencia, averis et honoris ubique adquisita et adquirenda, ad omnes vestras et vestrorum voluntates omni tempore faciendas, pro precio octingentorum L solidorum malguriensium bonorum, quos recepimus nobis in peccunia numerata. Quos, dictos denarios, profitemur esse paccatos in maximam utilitatem nostram. Predictum vero hominem et uxorem ejus predictam et omnem prolem ab eis exitam vel exituram et omnia bona eorum mobilia et inmobilia, averis et honoris, quecumque sint et ubicumque, sicut melius dici vel intelligi potest ad bonum vestrum intellectum et vestrorum successorum fratrum dicte domus, sicut superius dicitur, sic vendimus, damus, solvimus et diffinimus imperpetuum, per nos et nostros successores, per liberum et franchum alodium, pro jam dicto precio, Deo et domui milicie Templi et vobis, comendatori domus Mansi Dei, et omnibus aliis fratribus, presentibus et futuris, ad omnes vestras voluntates et vestrorum successorum, sine ullo nostro retentu vel nostrorum et sine ullo vestro enganno vel vestrorum. Cedimus etiam vobis et domui predicte omnia omnino jura et dominia, reales et personales justicias et civiles, quas vel que habemus vel habere debemus in dicto homine sive in uxore sua predicta sive in prole vel in bonis eorum aliquo modo, racione dominii vel ullo alio aliquo modo. Et cum hoc instrumento vos et domum Mansi Dei et fratres in corporalem possessionem mittimus[a] quasi possessores vestri proprii facti. Et si plus valet hec vendicio de prefato precio, vel decetero valebit, totum damus vobis, comendatori predicto, et fratribus, pro jam dicto precio et in remissione peccatorum nostrorum. Et promittimus[b] vobis et domui predicte dictam vendicionem facere, tenere et habere in pace per liberum et franchum alodium; et tenemur vobis et vestris de omni evictione, pro qua obligamus vobis et vestris per vinculum omnia bona nostra mobilia et inmobilia habita et habenda, in vita et in fine. Preterea ego Jussiana predicta, renuncio generaliter et specialiter senatus consulto velleyano,[c] et epistole divi Adriani, et juri ypothecarum, et legi julie de fundo dotali, et omnibus legum auxiliis per mulieres seorsum a maritibus juvantur. Et ut firmior habeatur, ego Poncius de Verneto, juro in Deum super IIII[or] Dei Evangeliis, que meis propriis manibus tango, omnia supradicta firma habere et non contravenire, renuncians per virtutem prestiti juramenti omni juri novo et veteri et etiam [de-…][d] et [d…][d] et duplici decepcione quo subvenire possemus infra dimidiam justi precii. Et si forte huic instrumento aliqua defuerint[e] que non essent

apposita (ad proficium domus Templi),[f] ad noticiam prudencium virorum esse apposita intelligantur. Actum est hoc VII° kalendas julii, anno Domini M° CC° XXX° VI. Sig++na Poncii de Verneto et domine Jussiane, uxoris ejus, qui hec omnia laudamus, firmamus et firmari rogamus. Sig+++++na Arnaldi Guilelmi de Cavanaco, et Raymundi, presbiteri de Verneto, et Petri Stella, et Jacobi Darderii de Bono passu, et Ferrandi *Ruyz*, testium.

Ego Guilelmus, sacerdos, publicus scriptor, hoc scripsi et sig-(SM)-num feci die et anno quo supra.

a. mitimus *B*. b. promitimus *B*. c. velleyano senatus consulto velleyano *B*. d. *paraula il·legible B*. e. deffuerint *B*. f. *passatge omès B*.

345

1236, 18 de setembre

Ramon d'Escanat, la seva muller Ermessenda i llur fill Bernat venen a Ponç de Fòssa un camp situat al lloc anomenat Via Mercadera i una peça de terra, amb tots els arbres que hi ha, situada al lloc anomenat les Agulles. Cedeixen tota aquesta honor, que es troba a la parròquia de Santa Maria de Malloles, salvat l'agrer, una mesura de braçatge, una mesura d'acapte i el quart de les olives, deguts a la milícia del Temple. Com a preu d'aquesta venda, reconeixen haver rebut 115 sous melgoresos. Fra Guillem Garsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, confirma aquesta venda per la qual declara haver rebut el foriscapi.

A[1] Original, en forma de carta partida per la part inferior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí, amplada 170 mm, alçada 145 mm, ADPO, Hp186.[263]

B Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 218-223, segons *A*[1].

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Raimundus de Escanato, et ego Ermessendis, uxor ejus, et ego Bernardus, filius eorum, simul in unum, per nos et per omnes nostros, cum hac presenti publica scriptura in perpetuum valitura vendimus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter

263. El document porta al dors un regest del segle XV en català: «Hun camp e pecia de terra Ponc Fossa a les agules ab certes maneres de cens. Malloles», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n°1354».

tradimus tibi, Poncio de Fossa, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates omni tempore faciendas, quendam campum nostrum, qui est in loco qui vocatur Via mercadera, et quandam peciam terre, que est in loco vocato ad *Agules*, cum omnibus arboribus que ibi sunt. Qui predictus honor est in terminis et in adjacentia Sancte Marie de Malleolis. Predictus autem campus affrontat ab oriente in vinea tua, a meridie et ab occasu in via publica, ab aquilone in tenencia Guilelmi Nicolay. Et predicta pecia affrontat ab oriente in campo Guilelmi Escarboti, a meridie in tua vinea, ab occidente et ab aquilone in campo Berengarii Fornerii. Sicut superius dictum est, ita vendimus tibi, Poncio de Fossa, et tuis, predictum campum et predictam peciam terre, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus. Donamus etiam et cedimus tibi, et tuis, et cui volueris, omnes actiones et excepciones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, quas et que in predicto et pro predicto honore habemus, vel habere aliquo modo debemus, et modo in presenti te in rem tuam procuratorem constituimus. Hanc autem vendicionem, cessionem et donacionem facimus tibi, et cui volueris, precio CXV solidorum malguriensium bonorum, de quibus per paccatos nos tenemus, renunciantes excepcioni peccunie non numerate. Et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi precii decepti sunt similiter renunciamus. Et si hec vendicio modo plus valet dicto precio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu illa magis valentia gratis inter vivos tibi et tuis donamus et diffinimus ad omnes tuas voluntates omni tempore faciendas. Promittimus etiam tibi bona fide et per stipulacionem nos et nostros semper tibi et tuis de predicta vendicione fore legitimos auctores et deffensores ab omni persona, et teneri sine fraude de evictione et de sumptibus quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ex quibus semper credaris plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro qua evictione et pro predictis sumptibus et pro predictis omnibus aliis et singulis, obligamus tibi et tuis per vinculum, quilibet nostrum insolidum, omnia bona nostra mobilia et inmobilia quecumque sint et ubicumque. Item, promittimus tibi quod nichil fecimus, vel decetero faciemus, quominus hec vendicio tibi vel tuis valeat vel infringi possit. Nam in presenti de predicto honore nos semper denudamus et te, et tuos, et quos volueris, prorsus investimus, et in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti te mittimus, ad omnes tuas voluntates in perpetuum faciendas, salvo

semper jure domus milicie Templi, scilicet agrario, et I[a] mensura de brasciatico, et I[a] mensura de accapito cum qua mons levabitur, et quarto de olivis. Et quod ita hec omnia predicta et singula fideliter semper teneamus et observemus, et quod contra nunquam veniamus, vel veniri faciamus, per nos vel per aliquam interpositam personam, occulte vel manifeste, bona fide et per stipulationem promittimus. Preterea ego dicta Ermessendis, solvo et diffinio in perpetuum tibi, dicto Poncio de Fossa, et tuis, quicquid juris in dicto honore habeo vel habere debeo ratione dotis vel donacionis propter nupcias vel alio modo, renuncians specialiter et consulte, certificata de jure meo, omni juri ypothecarum, et beneficio senatus consulti Velleyani, et beneficio nove constitutionis, et omni juri generali et speciali, scripto et non scripto, michi vel meis competenti vel competituro. Et quod ita hec omnia predicta rata et firma habeam, et nullatenus de jure vel facto contra veniam, vel veniri faciam, bona fide et per stipulationem promitto, et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Evangeliis, sponte juro. Actum est hoc XIIII kalendas octobris, anno Domini MCCXXXVI. Sig+++na Raimundi de Escanato, et Ermessendis, uxoris ejus, et Bernardi, filii eorum, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+num fratris Guilelmi Garxoni, preceptoris domus milicie Templi Perpiniani, qui hec omnia laudo et confirmo, et de forischapio[a] per paccatum me teneo. Sig++++++na Johannis Fabri, et Perpiniani Basterii, et Guilelmi *Perralata*, ortolani, et Guilelmi Peregrini de Malleolis, et Raymundi Costa de Villalonga de Monte, et Petri Catalani, testium rogatorum. Petrus Calvetus, scriptor publicus, mandato domini Nunonis Sancii scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic A*.

346

1236, 1 d'octubre

Martí Blanquet, fill del difunt Bernat Blanquet de Tatzó d'Avall, ven a la milícia del Temple, i als frares Pere de Malon, comanador del Masdéu, i Esteve, comanador del castrum *de Palau [del Vidre], un camp situat a la parròquia de Sant Martí de Tatzó d'Avall. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 460 sous melgoresos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 131r-v, acta núm. 211.

C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 348-351, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Martinus Blanqueti, filius condam Bernardi Blanqueti de Tacione inferiori, non coactus nec deceptus in aliquo set mera et spontanea voluntate ductus, bona fide et sine fraude, per me et per omnes meos, presentes ac futuros, cum hac carta publica omni tempore valitura, vendo in presenti et sine aliquo retentu domino Deo et beate Marie et domui milicie Templi et vobis, domino fratri Petro de *Malon*, preceptori Mansi Dei, et fratri Stephani, comendatori castri de Palacio, et omnibus fratribus milicie Templi, presentibus et futuris, totum unum campum meum alodii franchi et liberi, in terminis Sancti Martini de Tacione inferiori, ad locum qui dicitur [...],[a] sicut affrontat oriente in campo qui fuit condam Petri de Requis, a meridie in campo Petri Martini et Guilelmi Morrefelli, occidente in campo quondam Gombaldi, aquilone in campo Raymundi Oti quondam[b] et Petri Baulorio qui fuit. Sicut in istis IIII[or] affrontationibus[c] includitur, sic vendo vobis et successoribus vestris totum campum predictum, generaliter ac specialiter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum omnibus in se habentibus et sibi pertinentibus, sicut melius ad utilitatem vestram et vestrorum successorum dici vel intelligi potest, pro CCCCLX solidis malguriensium bonorum, de quibus sum bene paccatus in utilitatem meam maximam, ita quod, ex certa sciencia, exceptioni non numerate peccunie consulte renuncio. Et promitto[d] vobis, bona fide mea[e] et per firmam stipulacionem, quod in hoc vos nec vestros successores non engannem nec decipi ullo modo permittam,[f] set totum vobis et vestris successoribus tenere et possidere faciam in pace, sine aliquo contradictu, perpetuo, renuncians expresse omni juri, legis vel consuetudinis, scripto vel non scripto, quod contra hec in aliquo vel in toto venire potero, in judicio vel extra judicium, et etiam illi legi qua subvenitur deceptis ultra dimidiam. Et nullum jus nec dominium in dicto campo mihi nec meis retineo, set totum de jure meo et dominio in jus vestrum et dominium irrevocabiliter transfero, et ex toto inde denudo et domum milicie Templi prorsus investio, et in corporalem et vacuam possessionem mitto,[g] constituens vos et successores vestros procuratores in rem vestram, tam in agendo quam in accipiendo, cedendo vobis et vestris successoribus omnes actiones, tam reales quam personales, peticiones, excepciones, opposiciones, voces et jura et quicquid ego habeo vel habere debeo in predicto camp, promittens[h] quod nichil feci, vel decetero faciam, quominus valeat vobis nec vestris hec predicta vendicio, vel infringi possit. Quod si forte feci vel facerem, pro infecto habeatur, et nullas vires habere

volo, diffiniens ex gracia totum hoc quod dicta vendicio plus hoc precio modo valet vel valebit. Et promitto[d] me teneri de omni evictione, ante litem contestatam vel post, unde obligo vobis et successoribus vestris omnia bona mea, vita et morte, ubique. Et ad majorem cautelam, juro corporaliter per Deum et hec sancta IIII[or] Evangelia, quod sacramentum cum meis propriis manibus sponte feci. Et est manifestum. Actum est hoc kalendis octobris, anno dominice Incarnacionis M° CC° XXX° VI°, Lodoyco rege regnante in Francia. Sig+num Martini Blanqueti predicti, qui hoc totum fieri jussi, firmavi, laudavi et testes firmare rogavi. Sig+++na Petri Garrige de Perpiniano, et Petri Galardis ejusdem ville, et Raymundi Andree de Palacio, testium.

Raymundus Picherii, publicus scriptor, scripsit cum litteris[i] fideliter rasis et emendatis in VIII[a] et XV[a] linea et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *passatge il·legible, llacuna de 20 mm B.* b. quondam *repetit per error B.* c. afrontationibus *B.* d. promito *B.* e. nostra *B.* f. permitam *B.* g. mito *B.* h. promitens *B.* i. literis *B.*

347

1237 (nou estil), 7 de gener

Guillem Patau, de Pià, amb el consentiment de la seva muller Maria, ven als frares Guillem Rostany, comanador de la casa del Temple de Sant Hipòlit, i Bernat de Montsó, estipulants en nom dels comanadors del Masdéu i de Perpinyà, un camp situat a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat l'Estanyol. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 1.150 sous melgoresos.

A Original, pergamí, amplada 220/230 mm, alçada 175 mm, ADPO, Hp186.[264]

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 214-215, acta núm. 373, segons *A*.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 567-568, segons *B.*

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.,* ms., nouv. acq. lat. 31, ff. 73-79, segons *B*.

264. El document porta al dors la menció «est factum» que indica la seva transcripció al cartulari al final del segle XIII, un regest del segle XV en català: «Venda d'un camp que a l'Estayol feta per Guillem Patau a la comanda del Masdéu. Malloles», una menció del segle XV: «E moltes altres cartes», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2132».

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Guilelmus *Patau* de Apiano, per me et per omnes meos, non coactus ulla vi nec deceptus aliqua fraude, set bona fide,[a] cum hac presenti publica scriptura in perpetuum[b] valitura, voluntate et assensu ac laudamento Marie, uxoris mee, vendo atque in presenti irrevocabiliter trado domino Deo, et domui milicie Templi Mansi Dei, et fratri Petro de *Malon*, preceptori ejusdem domus, et fratri Guilelmo *Garxon*, preceptori domus milicie Templi Perpiniani, et vobis fratri Guilelmo *Rostain*, procuratori domus Sancti Ypoliti, et fratri Bernardo de *Monson*, stipulantibus et recipientibus nomine dicte domus Mansi Dei et dictorum comendatorum, quendam campum meum qui est in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato ad Stagneolum, et affrontat ab oriente in via que vadit ad Podium *Genest,* a meridie in faxia Perpiniani Mercerii quondam, ab occidente in tenencia domus Mansi Dei, ab aquilone in via publica. Sicut superius dictum est, ita vendo Deo et dicte domui Mansi Dei et vobis predictis campum predictum meum, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, cedendo etiam et dando ratione predicte vendicionis dicte domui Mansi Dei et dictis comendatoribus et vobis, predictis fratri Guilelmo *Rostain* et fratri Bernardo de *Monson*, stipulantibus et recipientibus nomine dicte domus Mansi Dei et dictorum comendatorum, omnes actiones et excepciones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, quas et que in predicto et pro predicto campo habeo, vel habere aliquo modo debeo, vos tanquam in rem propriam dicte domus Mansi Dei procuratores constituendo. Hanc autem vendicionem, cessionem et donationem facio vobis et dicte domui Mansi Dei pretio mille CL solidorum malguriensium bonorum, de quibus per paccatum me teneo, renuncians excepcioni peccunie non numerate; et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi pretii decepti sunt similiter renuncio, et generaliter omni legi et consuetudini, et omni alii legitimo auxilio etiam hic non expresso. Et si hec vendicio modo plus valet dicto pretio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu illa magis valentia, gratis inter vivos vobis et dicte domui Mansi Dei dono et diffinio ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas. Promitto[c] etiam bona fide et per stipulacionem me et meos semper dicte domui Mansi Dei et dictis comendatori-bus et eorum successoribus et vobis, predictis fratri Guilelmo *Rostain* et fratri Bernardo de *Monson*, de predicta vendicione fore legitimos auctores et defensores[d] ab

omni persona, et teneri sine fraude de evictione. Et si forte vos, vel predicta domus Mansi Dei, sive comendatores predicti, vel eorum successores, in causa evictionis aliquos sumptus feceritis, promitto[c] vobis et dicte domui Mansi Dei per me et meos reddere et restituere omnes sumptus quos in causa evictionis vos facere contigerit, ex quibus predictis semper credamini plano vestro verbo absque testibus et juramento. Pro qua evictione et pro omnibus predictis sumptibus et aliis predictis et singulis vobis et dicte domui Mansi Dei observandis, obligo dicte domui Mansi Dei, et dictis comendatoribus et eorum successoribus, et vobis, predictis fratri Guilelmo *Rostain* et fratri Bernardo de *Monson*, stipulantibus et recipientibus nomine dicte domus Mansi Dei et dictorum comendatorum, per vinculum, omnia bona mea mobilia et inmobilia, quecumque sint et ubicumque. Item, promitto[c] Deo et dicte domui Mansi Dei et vobis predictis bona fide et per stipulacionem quod nichil feci vel decetero faciam quominus hec vendicio vobis valeat vel infringi possit. Nam in presenti de toto predicto campo me et meos semper denudo, et dictam domum Mansi Dei et predictos preceptores et vos, predictos fratrem Guilelmum *Rostain*[e] et fratrem Bernardum de *Monson*, stipulantes et recipientes nomine dicte domus Mansi Dei et dictorum comendatorum, prorsus investio, et in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti vos mitto,[f] ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, per liberum et franchum alodium. Et quod ita hec omnia predicta et singula fideliter semper teneam et observem, et quod contra nunquam[g] veniam per me vel interpositam[h] personam, aliquo modo, bona fide et per stipulacionem promitto,[c] et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Evangeliis, sponte juro, renuncians per virtutem prestiti juramenti omni juri divino et humano, scripto et non scripto, generaliter vel specialiter mihi competenti vel competituro ad hec infringenda vel aliquid horum predictorum. Et ego dicta Maria, uxor dicti Guilelmi *Patau*, hec omnia predicta gratis et bona voluntate et sine aliqua vi laudo et confirmo et solvo et diffinio in perpetuum[b] Deo et dicte domui Mansi Dei et fratri Petro de *Malon*, preceptori ejusdem, et fratri Guilelmo *Garxon*, preceptori domus milicie Templi Perpiniani, et vobis, predictis fratri Guilelmo *Rostain* et fratri Bernardo de *Monson*, nomine dicte domui et dictorum comendatorum, totum quicquid juris in predicto campo habeo vel habere debeo ratione dotis vel donationis propter nupcias vel alio modo, renuncians specialiter et consulte, certificata de jure meo, omni juri ypotheca-

rum et cuilibet alii juri generali et speciali, scripto et non scripto, michi vel meis competenti vel competituro ad hec infringenda vel aliquid horum predictorum. Et quod omnia predicta rata et firma habeam et nullatenus de jure vel facto contra veniam, vel veniri faciam, per me vel interpositam[h] personam, aliquo modo, bona fide et per stipulacionem promitto,[c] et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Evangeliis, sponte juro. Actum est hoc VII° idus januarii, anno Domini MCCXXXVI.[i] Sig++na Guilelmi *Patau* et Marie, uxoris ejus, predictorum, qui hec omnia laudamus et confirmamus testesque firmari rogamus. Sig+++++na Guilelmi Peregrini de Malleolis, et Bernardi *Gasainola,* et Petri Dominici, et Bernardi Ferrarii et Johannis Pauci, testium rogatorum. Petrus Calvetus, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, scripsit et rasit et emendavit in VIIII[a] et in XX[a] linea, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. set bona fide *repetit per error B*. b. imperpetuum *B*. c. promito *B*. d. deffensores *B*. e. Rostain *afegit a la interlínia B*. f. mito *B*. g. numquam *B*. h. per interpositam *B*. i. M° CC° XXX° VI° *B*.

348

1237 (nou estil), 22 de gener

Bernat Hug de Serrallonga i el seu fill Guillem Hug restitueixen a la casa del Masdéu i a fra Pere de Malon, el seu comanador, a les mans i en poder de fra Ramon d'Albars, tots els drets que tenen a títol senyorial o feudal sobre el mas que pertanyia abans a Ramon Guillem de Peralba, a la parròquia de Sant Pere de Paçà, amb totes les propietats que en depenen i amb els homes i dones que hi resideixen. Es reserven només els 9 sous anuals que tenien el costum de recaptar sobre aquest mas pel dret d'alberga. Com a preu d'aquesta concessió, reconeixen haver rebut 100 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 190r-v, acta núm. 328.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 558-559, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 168-170, segons *B*.

Notificetur cunctis quod ego Bernardus Uguo de Serra longa, et Guilelmus Uguo, filius meus, per nos et per omnes nostros, presentes et futuros, damus, solvimus, diffinimus imperpetuum Deo

et domui milicie Templi Mansi Dei et vobis, domino fratri Petro de *Malon*, preceptori ejusdem, in manu et posse fratris Raymundi de *Albars* et omnis ejusdem conventus, quicquid juris habemus vel habere debemus ratione dominii sive fevodi nostri in manso qui fuit condam Raymundi Guilelmi[a] de Petra Alba, et in omnibus suis pertinentiis et proprietatibus et in omnibus hominibus et feminabus in dicto manso modo vel deinde permanentibus, et mansus est in terminis de Paciano, in parrochia Sancti Petri ejusdem ville et in aliis locis, ita quod nunquam decetero in dicto manso petere sive requirere possimus, immo[b] cum hoc instrumento per alodium franchum et liberum vobis et cui volueritis imperpetuum laudamus et confirmamus, nichil aliud ibi vel in predictis retinendo nisi tantum modo annuatim VIIII solidos, quos ibi semper consuevimus habere pro alberga. Pro qua vero diffinitione et concessione, profitemur habuisse et recepisse de bonis domus milicie Templi C solidos, renuncians exceptioni peccunie non numerate et cetera. Si quo autem jure[c] vel legi vel aliquibus legum auxiliis contra hoc instrumentum venire poterimus, illi juri et legi penitus renunciamus pro quibus subveniri possunt decepti infra dimidiam justi pretii. Et si forte huic instrumento aliqua defuerint[d] que non essent apposita ad proficium[e] domus Templi, ad noticiam prudencium[f] virorum esse apposita intelligantur. Et est manifestum. Actum est hoc XI° kalendas februarii, anno ab Incarnatione Christi M° CC° XXX° VI°. Sig++na Bernardi Uguo et Guilelmi Uguo, filii ejus, qui hanc cartam scribere jussimus, firmavimus, laudavimus testesque firmare rogavimus. Sig+num Bertrandi de Insula. Sig+num Raymundi de Narria. Sig+num Raymundi de Insula. Sig+num Guilelmi de Rocha forte. Sig+num Petri de Rupe forte.

Arnaldus de Chexano, publicus notarius, scripsit hanc cartam cum litteris[g] rasis et emendatis in VI[a] linea, rogatus atque jussus, die et anno quo (SM) supra.

a. Guillmi *B*. b. ymo *B*. c. juro *B*. d. deffuerint *B*. e. propficium *B*. f. prudendum *B*. g. literis *B*.

349

1237, 1 de maig

Guillem Patau, cavaller de Vivers, i la seva muller Maria venen a fra Ramon d'Albars, lloctinent del comanador del Masdéu, i a fra Guillem Garsó, comanador de la casa del Temple de

Perpinyà, el quartó i tots els drets que tenen sobre cinc feixes de terra que tenen a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat l'Estany. Com a preu d'aquesta venda, reconeixen haver rebut 30 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 245r-v, acta núm. 445.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 579-580, segons *B*.
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 224-227, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Guilelmus Patavus, miles de *Vivers*, et ego Maria uxor ejus, nos ambo simul in unum, per nos et per omnes nos, cum hac presenti carta imperpetuum valitura vendimus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus vobis, fratri Raymundo de Albaribus, tenenti locum comendatoris domus Mansi Dei, et fratri Guilelmo Garsoni, comendatori domus milicie Templi Perpiniani, et omnibus successoribus vestris et cui volueritis, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, totum illum quartum et omnia jura nostra et dominia, foriscapia et quicquid juris habemus vel habere aliquo modo debemus in omnibus illis V^{e} faxiis terre quas Petrus Faba de Perpiniano, et Arnaldus Garriga de Malleolis, et Malleola femina, uxor Martini Sartoris condam de Malleolis, et Petrus Tortosa, frater ejus, et Guilelmus de Tovo de Malleolis, per nos tenent et habere et tenere debent in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato Stagnum. Sicut predictum est, sic vendimus vobis, dictis fratri Raymundo de Albaribus et fratri Guilelmo Garsoni, comendatori domus milicie Templi Perpiniani, et omnibus successoribus vestris, et quicquid volueritis, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in eis habentibus, sine omni vestro enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a vestris successoribus intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et successorum vestrorum. Cedimus etiam et damus vobis et omnibus successoribus vestris et cui volueritis omnes actiones et exceptiones et jura que adversus aliquas personas pro predictis faxiis terre et omnibus juribus que habemus et habere aliquo modo debemus, et modo in presenti vos in rem vestram procuratores constituimus. Hanc autem venditionem, cessionem et donationem facimus vobis et omnibus successoribus vestris et cui volueritis precio XXX solidorum malguriensium bonorum, de quibus per paccatos nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie

non numerate, et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi precii decepti sunt similiter renunciamus. Et si hec vendicio modo plus valet predicto precio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu illa magis valentia gratis inter vivos damus et laudamus, ad omnes vestras et successorum vestrorum omni tempore faciendas per liberum et franchum alodium. Promittimus[a] etiam vobis et omnibus successoribus vestris bona fide per stipulationem nos et nostros semper vobis et successoribus vestris de predicta venditione fore legitimos auctores et deffensores ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, obligantes inde vobis et successoribus vestris per vinculum omnia bona nostra quecumque sint et ubicumque. Nam in presenti de omni predicto quarto, jure et dominio sive foriscapio predictarum V faxiarum terrarum nos et nostros denudamus, et vos et successorum vestrorum et quos volueritis prorsus investimus et in corporalem possessionem juris et facti vos mittimus,[b] ad omnes vestras voluntates et successorum vestorum omni tempore faciendas. Et quod contra hanc venditionem numquam veniamus vel veniri faciamus per nos vel per aliquas interpositas personas bona fide per stipulationem vobis promittimus.[a] Actum est hoc kalendis madii, anno Domini M° CC° XXX° VII°. Sig++na Guilelmi Patavi et Marie uxoris ejus predictorum, qui hoc totum laudamus et firmamus firmarique rogamus. Sig+++na Guilelmi Peregrini, et Guilelmi Gasaudi, et Raymundi de Tovo de Malleolis, testium. Ego Guilelmus Pedregarius, sacerdos de Malleolis, mandato Jacobi Peregrini, sacriste de Malleolis,[c] scriptoris publici hanc cartam scripsi et hoc sig-(SM)-num feci.

Jacobus Peregrini, sacerdos atque sacrista de Malleolis, scriptor publicus, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus *B*. b. mitimus *B*. c. mandato Jacobi Peregrini, sacriste de Malleolis *afegit a la interlínia B*.

350

1237, 29 de maig

Berenguer de Bages, la seva esposa Sibil·la i llurs fills Bertran, Berenguer i Ramon venen a fra Pere de Malon, comanador del Masdéu, i als frares del Temple tres dones i un home, de nom Ricsenda, Guillema, Ramona i Berenguer Boquer, amb tots llurs descendents, nascuts o per néixer, i tots llurs béns. Alliberen

aquestes persones, que habiten a la vila de Santa Maria de Nils, de manera que seran d'ara endavant del tot lliures de llur dominació, de qualsevol servitud i de qualsevol lligam, sigui quin sigui el loc on resideixin. Com a preu d'aquesta venda, reconeixen haver rebut 70 sous melgoresos.

A Original, pergamí, amplada 265 mm, alçada 75/90 mm, ADPO, Hp186.[265]
B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 201v-202, acta núm. 352, segons *A*.
C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 177-180, segons *B*.

In Dei nomine. Sit notum cunctis quod ego Berengarius de Bagis, et ego Sibilia, uxor ejus, et ego Bertrandus, et ego Berengarius, et ego Raimundus, filii[a] eorum, nos omnes simul per nos et per omnes nostros, presentes et futuros, non inducti dolo nec decepti in aliquo, set[b] gratis et bona fide, sine omni enganno et absque omni etiam retentu, inspecta utilitate nostra maxima, et nostrorum, et cum hac presenti carta semper valitura vendimus, solvimus et diffinimus atque affranquimus[c] Deo, et domui milicie Templi Mansi Dei, et vobis, fratri Petro de Melono, preceptori ejusdem, et omnibus aliis fratribus Templi, presentibus et futuris, et cui dare vel dimitere[d] volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates[e] omni tempore faciendas, quasdam nostras personas, scilicet homines et feminas nomine Ricsendem et Guilelmam[f] et Raimundam[g] et Berengarium *Boquer*, et omnes ex illis descendentes et egredientes et jam natos etiam et nascituros, et omnes res eorum, quecumque sint et ubicumque, ita quod in dictis[h] personis neque in earum[i] descendentibus sive in rebus earum[i] et descendentium nunquam amplius aliquid petamus aut requiramus, set solittas et sinceras a vobis et a vestris[j] permaneant in eternum. Que persone modo manent in villa Sancte Marie de *Anils*, unde ibi et in[k] omnibus locis de toto mundo ubicumque permanere voluerint sint franque[l] et solute et liberate ab omni nostra dominatione et servitute atque vincula.[m] Hanc autem venditionem et solutionem et diffinitionem de[n] prefatis personis et nominatis et earum[i] descendentibus et rebus ipsarum facimus et concedimus per francum[o] alodium Deo, et domui milicie Templi Mansi Dei predicte, et vobis, fratri Petro de Melono predicto, et omnibus

265. El document porta al dors la menció «est factum» que indica la seva transcripció al cartulari a final del segle XIII, un regest del segle XV en català: «Carta de Anill, es assaber de omes et donas qui foren donats al Mas Deu», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2928».

aliis fratribus Templi, presentibus et futuris, pretio LXX[a] solidorum malguriensium bonorum, quos a vobis habuisse et recepisse concedimus ad nostrum comodum, renunciantes exceptioni pecunie[p] non numerate. Et si forte hec dicta venditio modo plus valet predicto precio, vel in futurum est valitura, quicquid sit illud sive illa magis valencia,[q] totum illud vobis et vestris damus et laudamus et diffinimus libere, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas. Et nos et nostros de dominatione dictarum personarum[r] et descendentium earum[s] et rerum ipsarum[t] denudamus, et vos et vestros et quos volueritis modo in presenti vestimus et in corporalem possessionem juris et facti vos hodie constituimus, sine omni retentu nostri et nostrorum. Et etiam super hoc instituimus nos fore legitimos auctores et defensores[u] ab omni persona secundum nostrum bonum posse, et insuper in prefatis tenemur de omni evictione, obligatis inde per vinculum omnibus bonis nostris ubique domui milicie Templi et fratribus omnibus ejusdem per omnia. Si vero illa lege qua juvantur qui ultra dimidiam justi pretii decepti sunt, vel aliter, contra hoc venire possemus in judicio vel extra judicium, aut occulte,[v] aut manifeste, illi legi et omni alteri juri divino et humano, scripto vel non scripto, generaliter et specialiter, nobis competenti vel competituro ad hoc infringendum, vel aliquid horum predictorum, expresse renunciamus.[w] Actum est hoc IIII kalendas juni, anno Incarnationis Christi M° CC° XXX° VII°. Sig+++++na Berengarii de Bagis, et Sibilie, uxoris ejus, et Bertrandi, et Berengarii, et Raimundi,[x] filiorum eorum, qui hoc laudamus, firmamus testesque firmare rogamus. Sig+++na Johannis, sacriste de Bagis, et Guilelmi *Castelo*, et Guilelmi de Maurelanis, residencium omnium de Bagis, hujus rei[y] testium.

Guilelmus de Bagis, scriptor publicus, hoc scripsit et suprascripsit in XII[a] linea et posuit suum (SM) signum.

a. filiis *A*. b. se *B*. c. affranchimus *B*. d. *Sic AB per* dimittere. e. voluntate *B*. f. Guilelam *A*. g. Raymundam *B*. h. predictis *B*. i. eorum *B*. j. set solutas et franchas a nobis et a nostris *B*. k. in *omès B*. l. franche *B*. m. vinculo *B*. n. de *omès B*. o. franchum *B*. p. peccunie *B*. q. quicquid sit illud sive illa magis valencia *omès B*. r. personas *A*. s. eas *A*. t. ipsas *A*. u. deffensores *B*. v. oculte *A*. w. expresse renunciamus *afegit a la interlínia A*. x. Raymundi. y. rey *B*.

FUNDACIÓ NOGUERA

351

1237, 30 de maig. Perpinyà

Nunó Sanç, senyor de Rosselló, Vallespir, Conflent i Cerdanya, dóna a fra Pere de Malon, comanador, i als frares del Masdéu, tot el pòrtic situat davant el mas i les cases del Temple, que foren abans de Ramon de Malloles. Autoritza els templers a substituir els suports en forma de T de fusta per pilars d'obra feta amb pedres i calç, i a construir-hi arcs de pedra per tal de permetre l'edificació de plantes superiors recolzant-se sobre llurs cases. Aquest pòrtic se situa a Perpinyà, prop de la Caulaceria. Per aquesta concessió, Nunó Sanç reconeix haver rebut 300 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 2v, acta núm. 4.
C Còpia de la segona meitat del segle XVIII, per François de Fòssa, ADPO, 12J25, núm. 249, segons *B*.
D Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 582-584, segons *B*.
E Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 181-182, segons *B*.

In Christi nomine. Manifestum sit cunctis quod nos, N(uno) Sancius, Dei gracia dominus Rossilionis, Vallis Asperii, Confluentis[a] et Ceritanie, cum hac carta firmiter et imperpetuum valitura, per nos et per omnes successores nostros, donamus et tradimus domino Deo et domui milicie Templi et vobis, fratri Petro de *Malon*, comendatori Mansi Dei, et omnibus fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, imperpetuum, totam illam porticum que est anteposita manso et domibus vestris, que olim fuerunt de Raymundo de Maleolis, cum omnibus edificiis[b] ibi factis; et quod vos possitis ibi edificare[c] cum petra et calce, faciendo pilaria[d] in locis ubi modo sunt furce de lignis vel facere ibi archas[e] de petra et calce, et onerare[f] ibi et superponere ad voluntatem vestram super predictis archis, et de predictis archis et pilariis usque ad domos vestras predictas. Et affrontat predictus mansus, in qua est predicta porticus, ab oriente in manso quondam B. *Gotz*, a meridie in eodem manso B. *Gotz* et in manso B. Dominici, ab occidente in eodem manso B. Dominici, ab aquilone in dicta porticu, et ipsa porticus est ante plateam Caulacerie. Et ratione predicte donationis cedimus vobis et fratribus Mansi Dei, presentibus et futuris, omnes[g] actiones et jura, quas et que habemus in predictis et pro predictis contra aliquam personam, constituentes vos procuratores in rem vestram. Et est sciendum quod pro predicta

donatione et concessione[h] habuimus a vobis CCC solidos malguriensium, de quibus per paccatos nos tenemus a vobis, renuncians exceptioni peccunie non numerate. Datum apud Perpinianum, III kalendas junii, anno Christi M° CC° XXXVII.

Sig-(*estrella de cinc braços*)-num N(unonis) Sancii.

Testes hujus rey sunt: (*1a columna*) Rodericus Petri, Petrus Garriga, (*2a columna*) Guilelmus de Portella, et Examenis de Lusia, Raymundus de *Payllars*, (*3a columna*) Johannes *d'Estagell*, Garcia Repositarius, Raymundus Catelli.

Sig-(SM)-num Bernardi de Bono anno, qui, mandato domini Nunoni et vice magistri Johannis, notarii sui, hoc scripsit et sigillum ibi apposuit[i] loco, die et anno prefixis.

a. *Passatge alterat, sembla que el redactor hagi escrit* comiter. b. hedificis *B*. c. hedificare *B*. d. palaria *B*. e. archus *B*. f. honorere *B*. g. que *B*. h. i *afegit per error després de* concessione *B*. i. aposuit *B*.

352

1237, 31 de maig

Ricsenda i el seu marit Guillem Malet de Cànoes venen a fra Bernat de Montsó, comanador del Masdéu, i als frares d'aquesta casa 10 diners de cens que reben cada any el dia de Nadal sobre un mas que Jaume Canet, home del Temple, té pel Masdéu a Toluges. Com a preu d'aquesta venda, els esposos reconeixen haver rebut 13 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 146v-147, acta núm. 238.
C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 183-186, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Ricsendis, et ego Guilelmus Maletus de Canoys, maritus ejus, nos duo simul in unum, per nos et per omnes nostros, presentes pariter atque futuros, nulla vi coacti nulloque ingenio decepti nec aliqua fraude sublati, set bona fide, cum hac publica scriptura imperpetuum valitura vendimus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus vobis, fratri Bernardo de Monte Sono, procuratori domus Mansi Dei, et omnibus fratribus presentibus atque futuris ejusdem domus, et cui vel quibus dare vel dimittere[a] volueritis, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, per liberum et franchum alodium, scilicet omnes illos X denarios censuales nostros quolibet anno accepturos in festo Natalis Domini, inter vivos, quos habemus

et accipimus et habere et accipere debemus in quodam manso vestro de Tulugiis, quem tenet Jacobus Caneti, homo vester. Sicut superius dictum est, aut sicut melius et plenius nos et antecessores nostros habuerunt et tenuerunt usque in hodiernum diem, sic vendimus et laudamus vobis, et cui volueritis, predictum censum et totum aliud dominium nostrum que ratione predicti censi in toto [supra][b] scripto manso et in omnibus habitantibus in eo habemus et habere debemus, totum, integriter ac generaliter, cum omnibus[c] in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum. Cedimus etiam et damus vobis, et cui volueritis, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, omnes actiones et exceptiones, tam reales quam personales, et omnia alia omnino jura que adversus aliquas personas in predicto censu et pro predicto censu habemus et habere debemus, et modo in presenti vos in rem vestram procuratores constituimus. Hanc autem venditionem, cessionem et donationem predictam facimus vobis predicto et vestris precio XIII solidorum malguriensium bonorum, de quibus per paccatos nos tenemus, renunciantes omni exceptioni peccunie non numerate; et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi precii decepti sunt, similiter renunciamus, et omni alii legitimo auxilio etiam hic non expresso. Promittimus[d] etiam nos et nostros semper vobis, et cui volueritis, de predicta venditione fore legitimos auctores ac deffensores, et teneri sine fraude ab omni evictione et expensis et missionibus, si quas in causa evictionis feceritis vos vel vestri. Et pro omnibus predictis XIII solidis malguriensium vobis restituendis, obligamus vobis per vinculum omnia alia ubique bona nostra, quesita et adquirenda. Item, bona fide per stipulationem vobis promittimus[d] quod nichil fecimus, vel decetero faciemus, quominus hec dicta venditio vobis valeat vel infringi possit. Quod si forte fecimus, vel faceremus, pro infecto habeatur. Nam in presenti de toto predicto censu et dominio nos et nostros denudamus vosque et fratres milicie Templi investimus atque in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti vos mittimus,[e] ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas. Actum est hoc II° kalendas junii, anno Christi M° CC° XXX° VII°. Sig++na Ricsendis et Guilelmi Maleti, ejus viri, predictorum, qui ita hec omnia predicta firmamus firmarique rogamus. Sig+++na Petri Fagana de Pollestris, et Bernardi Querubi de Canoys, et *Adaolf*, testium.

Ego Guilelmus Grossi, sacerdos atque capellanus de Canoys, scriptor publicus, hoc scripsi et hoc signum (SM) feci.

a. dimitere *B*. b. supra *omès B*. c. in omnibus *B*. d. promitimus *B*. e. mitimus *B*.

353

1237, 29 de juliol

Elisenda de Bages, Arnau i Guillema, la seva muller, i Terrena, filla d'Elisenda, canvien amb fra Pere de Malon, comanador del Masdéu, amb fra Ramon d'Albars, sotscomanador, i amb tots els frares del Temple un mas que tenien pel templers a la vila de Sant Andreu de Bages per un altre mas situat a la vila forana de Bages, més una compensació de 50 sous melgoresos. Per aquest mas, donaran al Masdéu dues gallines, dues coques i mig quartó de blat de cens anual. A més a més, només el podran donar o alienar a un home o a una dona del Temple.

A[1] Original, en forma de carta partida per la part inferior per les lletres de l'alfabet de la A a la F, pergamí, amplada 190 mm, alçada 100/105 mm, ADPO, Hp186.[266]

B Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén*., nouv. acq. lat. 27, ff. 187-192, segons *A*[1].

In Dei nomine. Sit notum cunctis quod ego Alisendis de Bagis, et ego Arnaldus, et ego Guilelma, uxor ejus, et ego Terrena, dicte Alisendis filie, nos omnes simul per nos et per omnes nostros, presentes ac futuros, non decepti in aliquo nec vi constricti, set gratis et bona fide, inspecta utilitate nostra et nostrorum, cum hac presenti carta semper valitura excambiamus, damus, laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter pro excambiatione tradimus domino Deo et domui milicie Templi Dei, et vobis, fratri, Petro de Melono, preceptori, et fratri Raymundo de *Albars*, suppreceptori[a] dicte domus, et omnibus fratribus Templi, presentibus et futuris, et cui dare vel dimitere[b] volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas per francum alodium, unum nostrum mansum, quem pro vobis tenebamus infra villam Sancti Andree de Bagis, et affrontat ab oriente in manso Guilelmi *Marrot*, a meridie accidente[c] in carreriis, ab aquilone in vestro manso Templi. Sicut in his affronta-

266. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3187».

tionibus includitur, sic damus et excambiamus vobis predictis, et vestris, et cui volueritis, dictum mansum, pro altero vestro subdicto quod inde nobis datis, totum, integriter ac generaliter, de celo usque in habissum,[d] cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus aque versis et in se habentibus et habere debentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine omni malo ingenio, sicut melius et plenius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum. Et habuimus de melioramento L solidos malguriensium bonorum, de quibus bene paccati sumus, renunciantes exceptioni non numerate peccunie. Hinc est quod nos, frater Petrus de Melono, preceptor, et frater Raymundus de *Albars*, subpreceptor domus Mansi Dei, consilio nostri conventus, per nos et per omnes nostros, presentes ac futuros, non inducti dolo nec decepti in aliquo, set gratis et bona fide, cum hac presenti carta semper valitura excambiamus, damus, laudamus firmiterque concedimus, atque in presenti pro excambiatione vestri predicti mansi tradimus vobis, predictis Alisendi, et Arnaldi, et Guilelme, et Terrene, et vestris, et cui dare vel dimitere[b] volueritis, et omni vestre posteritati ac consanguinitati, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, salvis juribus Templi semper in omnibus, unum nostrum mansum pro vestro predicto, quem habemus et habere debemus in adjacentia Sancti Andree de Bagis, infra villam foranam, et affrontat ab oriente in manso nostro, quem tenet Guilelmus *Marrot*, a meridie et occidente in manso Marie de Laurono et in manso Guilelmi P(etri), ab aquilone in via publica. Sicut in his affrontationibus includitur, sic damus vobis et vestris dictum mansum, de celo usque in habissum,[d] in emendatione vestri predicti mansi, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus et habere debentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine omni malo ingenio, sicut melius et plenius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, hoc modo quod vos et vestri, qui illum mansum tenebitis et habebitis, faciatis et donetis domui Mansi Dei singulis annis in festo Natalis Domini de censu II gallinas recipientes, et II placentas, et medium cartonum bladi, et non possitis dare nec dimitere[b] dictum mansum nisi homini vel femine Templi. Et his omnibus salvis faciemus semper vobis et vestris dictum mansum bonum habere et tenere in bona pace, et erimus legitimi auctores et defensores ab omni persona secundum nostrum posse, et te-

nemur sine fraude de omni evictione in predictis. Actum est hoc IIII° kalendas augusti, anno Incarnationis Christi M° CC° XXX° VII°. Sig++++na Alisendis, et Arnaldi, et Guilelme, et Terrene, predictorum, qui de hoc confitemur nos bene esse paccatos et contentos, et quod contra non veniamus nec venire faciamus in judicio vel extra judicium corporaliter per Deum et hec sancta IIII^or^ Dei Evangelia cum nostris propriis manibus sponte juramus et laudamus, firmamus testesque firmare rogamus. Sig+++na fratris Petri de Melono, et fratris Raymundi de *Albars*, subpreceptoris, et fratris Bernardi de Furcis, qui hoc laudamus et firmamus testesque firmare rogamus. Sig+++na Johannis Pelliparii de *Toir,* et Poncii de Palatio, et Bertrandi de Roca acuta, hujus rei testium.

Guilelmus de Bagis, scriptor publicus, hoc scripsit, et correxit in V^a^ linea, et posuit suum (SM) signum.

a. *Sic A per* subpreceptori. b. *Sic A per* dimittere. c. *Sic A per* et occidente. d. *Sic A per* abyssum.

354

1237, 13 de desembre

Guillem Gasau de Malloles reconeix a fra Guillem Garsó, comanador de la casa de la milícia del Temple de Perpinyà, que ell i els seus han de tenir per aquesta casa un camp situat a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat Caga l'Oca, sobre el qual els templers perceben l'agrer, el braçatge, la tercera part de la cossura i una mesura d'acapte.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 231v, acta núm. 413.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 230-232, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Guilelmus Gausaudus de Malleolis, per me et per omnes meos, presentes atque futuros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti carta imperpetuum valitura profiteor et in veritate recognosco tibi, fratri Guilelmo Garsoni, preceptori domus milicie Templi Perpiniani, et omnibus successoribus tuis, quod ego et mei debemus tenere et habere et possidere per vos et per domum milicie Templi quendam campum meum, quem habeo et teneo in adjacencia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato *Ka l'auca*; et affrontat^a^ ab oriente in campo Guilelmi Stephani et Petri Fabe, a meridie in campo Raymundi Guiraudi et Arnaudi Venrelli, ab occidente in campo Bernardi Cardone, ab

aquilone in campo Berengarii Raymundi. Sicut predictum est et in hiis IIII[or] affrontationibus includitur, sic profiteor et recognosco tibi, Guilelmo, preceptori domus milicie Templi Perpiniani, et omnibus successoribus vestris, et cui volueritis, me habere et tenere per vos et per dictam domum milicie Templi totum predictum campum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro enganno et successorum vestrorum,[b] salvis semper juribus domus milicie Templi in omnibus, scilicet agrario et braciaticho et tercia parte cussure et unam mensuram de accapite cum qua mons mensurabitur. Actum est hoc idus decembris, anno Domini M° CC° XXX° VII°. Sig+num Guilelmi Gasaudi predicti, qui hoc totum laudo et firmo firmarique rogo. Sig+++na Guilelmi Peregrini, et Bernardi Generii, et Petri Regerii de Malleolis, testium. Ego Guilelmus Pedregarius, sacerdos de Malleolis, mandato Jacobi Peregrini, sacriste de Malleolis, scriptoris publici hanc cartam scripsi et hoc sig-(SM)-num feci.

Jacobus Peregrini, sacerdos atque sacrista de Malleolis, scriptor publicus, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. affronta *B*. b. vestro *B*.

355

1237, 18 de desembre. Perpinyà

Nunó Sanç, senyor de Rosselló, Vallespir, Conflent i Cerdanya, autoritza Joan de Serra a edificar, fins a l'altura que li convingui, una casa o una galeria coberta a l'emplaçament del pòrtic situat damunt el carrer, davant les botigues que Joan ha comprat a Pere Gasoll, a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. Per als fonaments, podrà utilitzar el nombre més gran de suports en forma de T de fusta que s'hi troben, i així mateix podrà construir arcades o columnes d'obra feta amb pedres i calç.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 3v, acta núm. 8.
C Còpia parcial del començament del segle XX, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 569-570, segons *B*.
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 228-229, segons *B*.

Manifestum sit omnibus quod nos, Nuno Sancius, Dei gracia dominus Rossellionis, Vallisperii, Confluentis et Ceritanie, per nos

et per omnes successores nostros, concedimus tibi, Johanni de Serra, dilecto nostro, et tuis, et cui vel quibus volueris, et donamus licenciam et potestatem construendi et edificandi,[a] cum furchis ligni etiam majoribus quam ibi sint, et cum opere petre et calcis, et cum archubus vel acullis, in porticu, super viam que est ante operatoria tua, que emisti a Petro Gasollo, intus Perpinianum, in adjacentia Sancti Johannis ejusdem ville, que affrontat ab oriente in via publica, a meridie in operatorio Aduberti Gassolli, fratris dicti Petri Gassolli, ab occidente in operatorio domus Hospitalis pauperum Perpiniani, ab aquilone in platea. Sicut superius dictum est, sic concedimus tibi, Johanni de Serra, et tuis, et cuicumque volueris, ad omnes tuas voluntates imperpetuum faciendas, licentiam et potestatem construendi et edificandi,[a] ita tamen quod super archubus illis vel acullis et super fundamenta ipsorum archuum et acullarum, quos vel quas ibi feceritis, possis edificare[b] domum, vel anvannum, vel aliud quod tibi placuerit facere usque ad sumum quantumcumque tibi vel tuis placuerit, non obstante tibi aliqua lege vel jure vel consuetudine que unquam possent contra te vel tuos allegari. Et hec facimus gratis et ex mera libertate. Actum est hoc apud Perpinianum, XV° kalendas januarii, anno Domini M° CC° XXXVII.

Signum (*estrella de cinc braços*) Nunonis Sancii.

Testes hujus rey sunt: (*1a columna*) Petrus Gallardi, Poncius de Alaniano, (*2a columna*) Petrus Comitis de Salsis, Petrus Vitalis, Berengarius Laurencius, (*3a columna*) Petrus Garriga, Bertrandus, presbiter, *Garsia Reboster*.

Raymundus *Carles*, qui, vice magistri Johannis, notarii domini Nunonis hanc cartam scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

Sig-(SM)-num magistri Johannis, notarii domini Nunonis Sancii, qui predicta scribi et sigillum apponi[c] feci loco, die et anno prefixis.

a. hedificandi *B*. b. hedificare *B*. c. aponi *B*.

356

1238 (nou estil), 22 de gener

Sibil·la, vídua de Bremon de Vilallonga, confirma a fra Guillem Garsó, comanador de la casa de la milícia del Temple de Perpinyà, i als frares del Masdéu, tot el camp que Pere Bremon, el seu fill,

els ha venut a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat l'Estanyol, pel preu de 800 sous melgoresos.[267] *Sibil·la cedeix als templers tots els drets que té sobre aquest camp.*

A Original, pergamí, amplada 210 mm, alçada 70 mm, ADPO, Hp186.[268]
B Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 233-237, segons *A*.

Notum sit cunctis quod ego domina Sibilia, uxor quondam Bermundi de Villalonga, per me et per omnes meos, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura in perpetuum valitura, laudo et confirmo Deo, et domui milicie Templi Mansi Dei, et tibi, fratri Guilelmo Garxoni, preceptori domus milicie Templi Perpiniani, et successoribus tuis, et fratribus Mansi Dei, presentibus et futuris, totum illum campum quod Petrus Bermundus, filius meus, vendidit eidem domui Mansi Dei in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato Stagneolo, precio DCCC solidorum malguriensium, sicut continetur in instrumento inde facto per manum Petri Calveti et subscripto per manum Petri de Rivo. Et preterea solvo et diffinio Deo et dicte domui Mansi Dei, et tibi, dicto fratri Guilelmo Garxoni, et successoribus tuis, et fratribus Mansi Dei, quicquid juris in dicto campo habeo vel habere debeo ratione dotis et donacionis propter nupcias, vel alio modo, renuncians omni juri ypothecarum et omni alii legitimo auxilio. Et contra[a] predicta non veniam aliquo modo, bona fide et per stipulationem vobis promitto. Et hoc facio gratis et bona voluntate. Qui dictus campus affrontat ab oriente in campo Raymundi *Cabal* quondam, a meridie in campo Guilelmi Augusti, ab occidente et ab aquilone, in campo Berengarii Sinfredi quondam, qui modo est domus milicie Templi. Actum est hoc XI kalendas februarii, anno Domini MCCXXX et VII. Sig+num domine Sibilie predicte, que hec omnia laudo. Sig+++na Raymundi de Acciato, et Guilelmi Galardi, et Raymundi *Caulasces*, testium. Petrus Calvetus scripsit hoc vice Bernardi *Sabors* et hoc sig-(SM)-num fecit.

Ego Bernardus *Sabors*, hanc cartam subscripsi mandato domini Nunonis Sancii, et feci hoc sig-(SM)-num.

a. *Sic A per* quod contra.

267. Venda efectuada el 19 d'octubre de 1233; vegeu més amunt, l'acta núm. 329.
268. El document porta al dors un regest del segle XV en català: «lausament que na Sibilia muler den Vilalonga fa de I camp quel Temple (...) al Estayol», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3107».

357

1238 (nou estil), 7 de març

Fra Guillem Garsó, comanador de la casa de la milícia del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Ramon Gaulars de Perpinyà una parcel·la de terra situada a la parròquia de Santa Maria de Malloles, a l'Horta d'Avall, per a fer-hi un hort, a canvi de l'agrer i el braçatge de tots els fruits i el quart de les olives. Per aquesta concessió, fra Guillem reconeix haver rebut 10 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 227v-228, acta núm. 403.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, p. 571, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus Garssoni, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti carta imperpetuum valitura dono et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado ad accapitum tibi, Raymundo *Gaulares* de Perpiniano, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, preter sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, salvis semper juribus meis et successorum meorum in omnibus, quendam trocium terre ad faciendum et ad edificandum[a] ibi ortum, quem predicta domus milicie Templi habet et habere debet in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, ad Ortos inferiores. Affrontat autem ab oriente et ab aquilone in orto Arnaldi Irerii, a meridie in orto Guilelmi Burgensis, ab occidente in via publica que vadit versus Sanctum Acisclum. Sicut in hiis prenominatis IIII[or] affrontationibus includitur, sic dono ad accapitum tibi, dicto Raymundo *Gaulares* de Perpiniano, totum predictum trocium terre ad faciendum et edificandum[a] ibi ortum, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus et cum terminis et pertinentiis et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a te vel a tuis intelligi vel dici potest, ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu, vel tui, sive illi qui dictum ortum habebunt et tenebunt, donetis mihi et omnibus successoribus meis de omni fructu terre bene et fideliter agrarium et braciaticum[b] et quartum de oliviis. Pro hac autem donatione, quam tibi et tuis facio, habui et accepi a te X solidos malguriensium, de quibus per pacatum[c] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[d] non numerate. Promittimus[e] etiam

tibi et tuis per me et per omnes successores meos quod totum predictum ortum faciemus tibi et tuis, et cui volueris, bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum. Actum est hoc nonas martii, anno Domini M° CC° XXX° VII°. Sig+num fratris Guilelmi, preceptoris domus milicie Templi Perpiniani, predicti, qui hoc totum laudo et firmo firmarique rogo. Sig+++na Petri *Caramain*, et Guilelmi Peregrini de Malleolis, et Bechardi de Bisulduno, testium. Ego Guilelmus Pedregarius, sacerdos de Malleolis, mandato Jacobi Peregrini, sacriste de Malleolis, scriptoris publici hanc cartam scripsi et hoc sig-(SM)-num feci.

Jacobus Peregrini, sacerdos atque sacrista de Malleolis, scriptor publicus, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. hedificandum *B*. b. braciatum *B*. c. paccatum *B*. d. peccunie *B*. e. promitimus *B*.

358

1238, 26 de març

Guillem de Vilaclara i la seva esposa Maria venen a fra Pere de Malon, comanador del Masdéu, i a fra Mai, comanador del castrum *de Palau [del Vidre], tots els quarts, servituds agràries, usos, censos i drets que tenen sobre el mas del difunt Ramon Amblard de Palau, i sobre tres feixes de terra i dos horts que en depenen. Aquesta honor, de la qual posseeixen la meitat dels censos i de la senyoria directa, i l'altra meitat de la qual pertany a Corsavell i Bruguera o a llurs lloctinents, se situa a la vila i terme de Santa Maria de Palau. Com a preu d'aquesta venda, reconeixen haver rebut 195 sous melgoresos. Maria confirma aquesta transacció i cedeix als templers tots els drets que pot tenir sobre aquesta honor. Reconeix que a canvi d'aquesta renúncia el seu marit li ha donat una justa compensació dels seus drets.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 63-64, acta núm. 102.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 590-591, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 352-358, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Guilelmus de Villa clara, et ego Maria, uxor ejus, nos duo insimul, nulla vi metuve[a] causa coacti nec ducti dolo vel metu, set mera et gratuita voluntate ducti, bona fide et sine fraude, per nos et per omnes

nostros, presentes ac futuros, cum hac carta publica omni tempore valitura vendimus in presenti, sine aliquo retentu, domino Deo et Beate Marie et domui milicie Templi et omnibus fratribus milicie Templi, presentibus et futuris, et specialiter vobis, fratri Petro de Malon, preceptori Mansi Dei, et fratri *May*, comendatori castri de Palacio, et omnibus successoribus vestris, et cui dare, dimittere,[b] vendere aut alienare volueritis, ad omnes voluntates vestras et vestrorum successorum perpetuo faciendas, omnes quartos, terramerita et usaticos, sensus, jura et dominia et generaliter quicquid nos habemus vel habere debemus racione dominii, vel alio modo, in manso condam Raymundi Amblardi de Palacio, et in tribus faxiis terre dicti mansi, et in duobus ortis predicti mansi. Quarum faxiarum[c] sunt due ad viam de Ortafano, et tercia ad Sanctum[d] Cabrarium, et orti in loco qui dicitur Palaciolus. Et est dictus honor in villa et terminis Sancte Marie de Palacio. In quibus omnibus predictis habemus nos medietatem sensi et dominii et Corsavellus et Brugera vel locum ipsorum tenentes habent aliam. Et affrontat totus mansus ab[e] oriente et occidente in viis publicis, a meridie in manso Guilelmi Fabri et Guilelmi Textoris, ab[e] aquilone in manso condam Arnaldi de Aspirano et pati Guilelme Paone. Faxia que est ad Sanctum Cabrarium affrontat ab[e] oriente in campo milicie Templi, a meridie et aquilone in campo Bernardi Poncii condam. Una vero quarum, que sunt ad Viam de Ortafano, affrontat ab[e] oriente in faxia Arnaldi Andree, a meridie in faxia Bernardi Talanti, ab[e] occidente in campo Petri Jachobi, ab[e] aquilone, in via publica. Alia affrontat ab[e] oriente et a meridie in campo Petri Jacobi, ab[e] occidente in campo Martini Girardi, ab[e] aquilone in campo Petri Petiti. Unus vero ortorum, ille qui tenet Raymundus Malleolus, affrontat ab[e] oriente in orto condam Bernardi Amblardi, a meridie in orto Petri Jacobi, ab[e] occidente in via, ab[e] aquilone in orto dicti Raymundi Malleoli. Alius ortus affrontat ab[e] oriente in orto Brunissendis de *Quoron* et Arnaldi Martini, a meridie in quadrono Bernardi Poncii, ab[e] occidente in orto Bernardi Talanti, ab[e] aquilone in orto Garsendis Amblarde. Sicut in istis affrontacionibus includitur, sic vendimus totum jus nostrum et dominium, generaliter ac specialiter, cum ingressibus et egressibus suis, vobis et vestris, et cui volueritis, et cum omnibus in se habentibus et sibi pertinentibus, sicut melius ad utilitatem vestram et vestrorum successorum dici vel intelligi potest, pro CLXXXXV solidis malguriensium bonorum, de quibus sumus bene pacati[f] in utilitatem nostram, ita quod, ex

certa sciencia, excepcioni non numerate pecunie[g] consulte renunciamus. Et promittimus[h] vobis et vestris, bona fide et per firmam stipulationem, quod in hoc vos nec vestros non engannemus, nec decipi ullo modo permittemus,[i] set totum vobis et vestris tenere et possidere faciemus in pace, sine aliquo contradictu, perpetuo, renunciantes omni juri, legis vel consuetudinis, scripto vel non scripto, quo contra hec in aliquo vel in toto venire poterimus, in judicio vel extra judicium, et etiam illi legi qua subvenitur deceptis ultra dimidiam. Et nullum jus nec dominium in predictis nobis nec nostris retinemus, sed totum de jure nostro et dominio in jus vestrum et dominium irrevocabiliter transferimus, et ex toto nos denudamus et vos prorsus investimus, constituentes vos procuratores in rem vestram, tam in agendo quam in accipiendo, cedendo vobis et vestris omnes actiones, utiles et directas, excepciones, oppositiones,[j] voces et jura, et quicquid nos habemus vel habere debemus in predictis, promittentes[k] quod nichil fecimus, vel decetero faciemus, quominus valeat vobis nec vestris hec predicta vendicio, vel infringi possit, quod si forte fecimus vel faceremus, pro infecto habeatur, et nullas vires prorsus habeat, diffinientes ex gracia totum hoc quod dicta vendicio plus hoc precio modo valet vel valebit. Et promittimus[h] nos teneri de omni evictione et de omnibus missionibus, si quas in causa evictionis feceritis, ante litem contestatam vel post, unde obligamus vobis et vestris omnia bona nostra. Et ego dicta Maria, uxor dicti Guilelmi de Villa clara, laudo et confirmo vobis predictis et vestris successoribus predictam vendicionem sive empcionem, renuncians omni juri, legis et ypothecarum et omni alii legitimo auxilio quod, ratione dotis vel donacionis propter nupcias vel alio modo, in predictis habebam vel habere debebam, et specialiter renuncio beneficio privilegii legis julie de fundo dotali, qua cavetur ne, durante matrimonio, dos vel donatio valeat alienare nec vendere propter nupcias, solvens ac diffiniens totum jus et vinculum obligacionis et hypothece[l] quecumque ibi habebam. Profiteor quod pro hac[m] renunciacione et absolucione ac diffinicione valitura perpetuo, habui et recepi a dicto Guilelmo de Villa clara, viro meo, satisfactionem idoneam[n] pro emenda dictorum jurium et dominiorum, unde renuncio excepcioni satisfactionis mihi non facte. Et ad majorem[o] cautelam, ego Guilelmus de Villa clara, et ego Maria, uxor ejus, juramus corporaliter omnia supradicta attendere et complere tactis sacrosanctis IIII[or] Dei Evangeliis, quod sacramentum cum propriis nostris manibus sponte fecimus. Et est manifestum. Actum est hoc

VII° kalendas aprilis, anno dominice Incarnationis M° CCXXXVIII, Lodoyco regnante rege in Francia. Sig++na Guilelmi de Villa clara et uxoris ejus, Marie, predictorum, qui hoc totum fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+++na Arnaldi Andree, et Petri Jacobi, et Raymundi Andree, hominum de Palacio, testium, in presencia quorum hoc instrumentum fuit laudatum a Guilelmo de Villa clara. Sig+++na Berengarii Traverii, et Petri Menesquoti, et Johannis Troterii, hominum de Villa clara, testium, in presencia quorum hoc instrumentum fuit laudatum a dicta Maria.

Raymundus Picherii, publicus scriptor, scripsit et hoc signum (SM) fecit.

a. meti ve *B*. b. dimitere *B*. c. faxium *B*. d. dictum *B*. e. ab *omès B*. f. paccati *B*. g. peccunie *B*. h. promitimus *B*. i. permitemus *B*. j. opositiones *B*. k. promitentes *B*. l. ypothece *B*. m. ha *B*. n. ydoneam *B*. o. mayorem *B*.

359

1238, 27 d'abril

Pere Comte, d'Orla, ven a Pere Gallard i a la seva muller Guillema d'Orla un celler, amb una sitja contigua, que té a la cellera d'Orla. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 70 sous melgoresos. Guillem de Montesquiu confirma aquesta transacció, per la qual reconeix haver rebut el foriscapi. Saurina, vídua de Bernat de Montesquiu, confirma aquesta venda, per raó de la seva penyora i sota la reserva del dret [de senyoria] del castrum*, i reconeix haver rebut el lluïsme.*

A Original, pergamí, amplada 255/275 mm, alçada 150/155 mm, ADPO, 1B63.[269]

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod ego Petrus Comes de Orulo, per me et per omnes meos, presentes atque futuros, non inductus dolo neque vi nec circumventus in aliquo, set bona fide, cum hac presenti carta in perpetuum valitura, vendo et laudo firmiterque concedo atque in presenti yrrevocabiliter trado tibi, Petro Galardo, et uxori tue, Guilelme de Orulo, et vestris, et cui volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, unum cellarium meum et I[a] ciga, que est juxta cellarium,

269. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3170».

que habeo intus cellariam de Orulo, et affrontat ab oriente in via, a meridie in via, ab occidente in cellario Johannis Amalrici, ab aquilone in cellario Berengarii Comitis. Sicut in his prenominatis IIII[or] affrontacionibus includitur, sic vendo vobis, dictis Petro Galardo et uxori tue Guilelme, et vestris, totum prenominatum cellarium, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest, ad utilitatem vestram et vestrorum. Cedo eciam et dono vobis predictis et vestris, et cui volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates faciendas, omnes actiones et excepciones et jura, que adversus aliquas personas pro predicto cellario habeo, vel habere aliquo modo debeo, et modo in presenti vos in rem vestram procuratores constituo. Hanc autem vendicionem, cessionem et donacionem facio vobis, et vestris, et cui volueritis, precio LXX solidorum malguriensium bonorum, de quibus per paccatum me teneo, renuncians excepcioni peccunie non numerate; et illi legi qua juvantur illi qui ultra dimidium justi precii decepti sunt similiter renuncio. Et si hec vendicio modo plus valet predicto precio, vel in futura[a] est valitura, quicquid est illud seu illam magis valenciam vobis et vestris gratis inter vivos dono et laudo, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, salvo jure domini in omnibus. Promito[b] eciam vobis et vestris bona fide et per stipulacionem me et meos semper vobis et vestris de predicta vendicione fore legitimos auctores et defensores fideles ab omni persona, et teneri sine fraude de eviccione, obligans inde vobis et vestris per vinculum omnia bona mea mobilia et inmobilia, quecumque sint et ubicumque. Item, promito[b] vobis et vestris bona fide et per stipulacionem quod nichil feci, vel decetero faciam aliquod, quod minus hec vendicio vobis vel vestris valeat vel infringi possit, quod si forte feci vel facerem, pro infecto habeatur, et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nam in presenti de toto predicto cellario, a celo usque ad abissum, cum parietibus, cum tectis, cum portis, cum aqua ductibus, et cum omnibus sibi pertinentibus, et cum siga predicta, me denudo, et vos et vestros, et quos volueritis, prorsus investio, et in corporalem possessionem juris et facti vos mito,[c] ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas. Et quod contra hanc vendicionem numquam veniam, vel veniri faciam, per me vel per aliquam interpositam personam, bona fide

per stipulacionem vobis promito,[b] renuncians omni juri divino et humano, scripto et non scripto, generaliter et specialiter, michi competenti vel competituro ad hec infringenda, vel aliquid horum predictorum. Actum est hoc V kalendas madii, anno Domini M° CC° XXX° VIII°. Sig+num domini Guilelmi de Montesquivo, qui hoc laudo, salvo meo jure meorumque in omnibus, et inde habui foriscapium meum. Sig+num domine Saurine, uxoris Bernardi de Montesquivo quondam, que hec laudo racionem[d] pignoris mei, salvo jure castri in omnibus, et inde habui laudimium. Sig+num Petri Comitis predicti, qui hec laudo et firmo testesque firmari rogo. Sig+++na Berengarii Comitis, et Bernardi Fornerii, et Petri Raymundi, testium rogatorum. Johannes Salomonis, levita de Basono, scripsit hoc vice Bernardi Amalrici, sacriste de Orulo, et hoc sig-(SM)-num fecit.

Bernardus Amalrici, sacrista de Orulo, scriptor publicus, subscripsit hanc cartam et sic scribi fecit, et auctoritate domini B(ernardi), Elnensis episcopi, hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic A per* futurum. b. *Sic A per* promitto. c. *Sic A per* mitto. d. *Sic A per* ratione.

360

1238, 19 de desembre

Ramon d'Escanat, la seva esposa Ermessenda i llur fill Bernat venen a Guillem Sedasser, sabater, un peça de terra que tenen a la parròquia de Santa Maria de Malloles, a la reserva dels drets de la milícia del Temple, és a dir, l'agrer, una mesura de braçatge, una mesura d'acapte i la tercera part de la cossura. Com a preu d'aquesta venda, reconeixen haver rebut 14 sous melgoresos. Fra Guillem Garsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, confirma aquesta venda, per la qual declara haver rebut el foriscapi.

A[1] Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí, amplada 145/155 mm, alçada 50/160 mm, ADPO, Hp186.[270]

B Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 238-239, segons *A*[1].

270. El document porta al dors un regest del segle XV en català: «Carta d'en Guillem Cedacer sastre d'una peça de terra al terme de Maloles sot sens agrer bracatge et cossura etc. Malloles», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «nº 2121».

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Raymundus *Escanat*, et ego Ermessendis, uxor ejus, et ego Bernardo, filio eorum, per nos et per omnes nostros, presentes atque futuros, cum hac presenti publica scriptura in perpetuum valitura, vendimus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus tibi, Guilelmo Cedascerio, sutori, et tuis, et cui volueris, quandam peciam terre, quam habemus et habere debemus in terminis et in adjacencia Sancte Marie de Malleolis, et affrontat ab oriente in tenencia Marie Galeine, a meridie in vinea Petri Fabe, ab occidente in vinea Petri Tortosa, ab aquilone in tenencia Raymundi de Atciato. Sicut superius dictum est, sic vendimus tibi, dicto Guilelmo Cedascerio, et cui volueris, totam predictam peciam terre, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus. Cedimus etiam et damus tibi, et tuis, et cui volueris, omnes actiones et exceptiones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, que et quas in predicta et pro predicta pecia terre habemus et habere aliquo modo debemus. Et modo in presenti te in rem tuam procuratorem constituimus. Hanc vero vendicionem, cessionem et donacionem tibi et tuis facimus precio XIIII solidorum malguriensium bonorum, de quibus per paccatos nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie non numerate; et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi precii decepti sunt similiter renunciamus. Et si hec venditio modo plus valet dicto precio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu illa magis valencia gratis inter vivos tibi et tuis diffinimus et damus, ad omnes tuas voluntates omni tempore faciendas. Preterea de dicta venditione nos et nostros semper denudamus et te, et tuos, et quos volueris, prorsus investimus, et in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti dicte venditionis[a] te mittimus, ad omnes tuas voluntates omni tempore faciendas, salvo jure domus milicie Templi Perpiniani, videlicet agrario, et I[a] mensura de braciatico, et alia de accapito, et tercia parte cussure. Item, promittimus tibi et tuis bona fide et per stipulationem nos et nostros de predicta venditione fore legitimos auctores et deffensores[b] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ex quibus semper credamini plano vestro verbo absque testibus et juramento. Pro qua evictione et pro predictis sumptibus et pro omnibus aliis predictis et singulis tibi attendendis et complendis, obligamus tibi et tuis per vinculum omnia bona nostra mobilia et

inmobilia, quecumque sint et ubicumque. Item, promittimus tibi bona fide et per stipulationem quod nichil fecimus, vel decetero faciemus, quominus hec venditio tibi et tuis valeat, vel infringi possit. Actum est hoc XIIII kalendas januarii, anno Domini M° CC° XXX° VIII°. Sig+++na Raymundi de *Escanat*, et Ermessende, uxoris ejus, et Bernardi, filii eorum, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+num fratris Guilelmi Garxonis, preceptoris domus milicie Templi Perpiniani, qui hec omnia laudo et firmo, et de foriscapio per paccatum me teneo. Sig+++++++na Bernardi Sutoris de Fabrezano, et Bernardi Ferrarii, et fratris Poncii, et Ermengaldi de Orulo, et Petri *Vacher* de Salsis, et Guilelmi Sutoris et Guilelmi Ferrarii, testium.

Petrus de Villalonga scripsit hoc vice Bernardi *Sabors*, et suprascripsit in XIII[a] linea, et hoc sig-(SM)-num fecit.

Ego Bernardus *Sabors*, scriptor publicus, hanc cartam subscripsi mandato domini Nunonis Sancii, et feci hoc sig-(SM)-num.

a. dicte venditionis *afegit a la interlínia A*. b. *Sic A per* defensores.

361

1239 (nou estil), 5 de gener

Marquesa, amb el consentiment de Guillem de Cervià, el seu marit, ven a fra Pere de Malon, comanador del Masdéu, a tots els frares d'aquesta casa i a tots els homes de Terrats la totalitat de les albergues, censos, manutenencias, dominia, *drets i joves de tragí que té sobre tots els habitants de la vila i terme de Terrats. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 1.000 sous melgoresos. Marquesa renuncia igualment a tots els drets que té sobre els habitants d'aquesta vila. Guillem de Cervià confirma aquesta transacció el 31 de gener i renuncia a tots els seus drets sobre el que ha estat venut per la seva esposa.*

A Original, pergamí, amplada 290/300 mm, alçada 235/240 mm, ADPO, Hp190.[271]

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 69r-v, acta núm. 109, segons *A*.

271. El document porta al dors la menció «est factum» que indica la seva transcripció al cartulari al final del segle XIII, un regest del segle XV en català: «Compra que feu lo comanador del Mas Deu a Terratz», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 349».

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 587-589, segons *B*.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 193-198, segons sur *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego domina Marchesia, consilio et voluntate et laudamento Guilelmi de Cerviano, mariti mei, per me et per omnes meos, presentes atque futuros, non coacta ulla vi nec decepta aliqua fraude, set bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura in perpetuum[a] valitura, vendo et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado vobis, fratri Petro de *Malon*, preceptori Mansi Dei, et omnibus fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, et vobis omnibus hominibus de *Terratz*, scilicet Raymundo *Sala*, et Petro *Comte*, et Guilelmo de Poncio, et Pellicerio, et Guilelmo Adalberto, et Bernardo Adalberto, fratri ejus, et Guilelmo *Gros*, et omnibus aliis ipsius ville, presentibus et futuris, omnes alberguas, et census, et manutenencias, et dominia, et jura, et traginos, et omnia alia quecumque habeo et habere debeo aliquo modo, vel racione, vel jure, in omnibus hominibus de *Terrats*, et in eadem villa et in ejus terminis, et quecumque antecessores mei ibi habuerunt aliquo modo, vel racione, vel jure, totum, integriter ac generaliter, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad vestrum comodum et intellectum; cedendo etiam et dando vobis et vestris successoribus in perpetuum[a] omnes actiones et exceptiones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, quas et que in omnibus predictis et pro predictis habeo vel habere debeo; constituentes vos procuratores in rem vestram. Hanc autem venditionem, cessionem et donationem facio vobis et vestris successoribus precio mille solidorum malguriensium bonorum, de quibus per paccatam me teneo, renuntians exceptioni peccunie non numerate; et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi precii decepti sunt similiter renuncio, et generaliter omni legi et consuetudini et omni alii legitimo auxilio. Et si hec venditio plus valet dicto precio, vel in futurum est valitura, quicquid[b] est illud seu illa magis valentia gratis inter vivos vobis et vestris successoribus dono et diffinio, ad omnes vestras voluntates omni tempore fatiendas. Promitto[c] etiam vobis et successoribus vestris bona fide et per stipulationem me et meos semper vobis et vestris successoribus de predicta vendicione fore legitimos auctores et deffensores[d] ab omni persona, et teneri sine fraude de evictione et de sumptibus, siquos in causa evictionis vos vel vestros successores facere contigerit, ex quibus semper credamini

plano vestro verbo absque testibus et juramento. Pro quibus autem omnibus predictis et singulis obligo vobis et successoribus vestris per vinculum omnia bona mea mobilia et inmobilia, presentia et futura, quecumque sint et ubicumque. Item, promitto[c] vobis bona fide quod nichil feci vel decetero faciam quominus hec venditio vobis vel vestris valeat vel infringi possit. Nam in presenti de omnibus supranominatis que vobis superius vendidi, me et meos semper denudo et vos et vestros successores prorsus investio, et in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti vos mitto[e] ad omnes vestras voluntates omni tempore fatiendas pro libero et francho alodio. Item, solvo et diffinio in perpetuum[a] vobis, predictis hominibus de *Terratz*, totum quicquid juris in omnibus hominibus de *Terratz*, et in villa de *Terratz,* et in ejus terminis, habeo vel habere debeo aliquo modo, vel aliqua racione, vel aliquo jure, nullo jure ibi mihi vel meis retento, renuntians per virtutem subdicti sacramenti omni juri divino et humano et consuetudinario et omnibus legum auxiliis quibus mulieres juvari solent. Et quod ita hec omnia predicta et singula fideliter semper[f] teneam et observem, et quod contra nunquam veniam vel veniri fatiam[g] per me vel per aliquam interpositam personam, occulte vel manifeste, bona fide et per stipulationem promitto[c], et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Evangeliis, sponte juro. Actum est hoc nonas januarii, anno Domini MCCXXXVIII. Sig+num domine Marchesie predicte, que hec omnia laudo et firmo. Sig+++++na Bernardi, capellani de Astoerio, et Artaldi de Sancto Felice, et *Andreu* de Campo rotundo, et Guilelmi de Confluento, et Arnaldi *Troc* de Astoerio, testium. Sig+num Guilelmi de Cerviano, mariti dicti domine Marchesie, qui hec omnia predicta laudo et firmo II kalendas febroarii, anno Domini MCCXXXVIII, et solvo et diffinio in perpetuum[a] vobis, fratri Petro de *Malon*, preceptori Mansi Dei, et omnibus fratribus ipsius domus, presentibus et futuris, et vobis predictis hominibus de *Terratz*, et omnibus aliis ipsius ville, presentibus et futuris, quicquid juris in omnibus prenominatis, que vobis superius dicta uxor mea vendidit et solvit et diffinivit, ut dictum est, habeo vel habere debeo racione vinculi dotis, vel alio modo, promittendo[h] vobis quod nullo tempore contra veniam vel veniri fatiam[g] per me vel per aliquam interpositam personam, aliquo modo. Sig+++na Arnaldi de Monte *agut*, et Petri de Monte *Agut*, fratris ejus, et Petri Clerici, sacriste de *Baget*, testium. Petrus Calvetus, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. imperpetuum *B*. b. qui *B*. c. promito *B*. d. *Sic AB per* defensores. e. mito *B*. f. semper fideliter *B*. g. *Sic AB*. h. promitendo *B*.

362

1239 (nou estil), 18 de març

Berenguer de Requesens cedeix a la casa i als frares del Masdéu, a les mans de fra Mai, comanador de Palau [del Vidre], totes les vinyes, les trilles i tota l'honor que fra Cabot, aleshores comanador del castrum *de Palau, havia comprat a Arnau Mir de Sureda als termes de Palau i de Vilaclara.*[272] *Berenguer promet que d'ara endavant no exigirà res més en aquesta honor per la masada, pel* dominium *o per qualsevol altra raó. Es compromet igualment a defensar els interesos dels templers, davant la justícia o no, contra reivindicacions del seu germà, Arnau de Requesens, i de qualsevol altre membre de la seva família. Com a preu d'aquesta concessió, el comanador de Palau li dóna 100 sous melgoresos. Berenguer de Requesens cedeix igualment als frares del Masdéu tots els seus drets sobre el mas, la persona i els béns de Pere de Serola, raó per la qual rep 50 sous.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 134v, acta núm. 217.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, p. 589, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 359-361, segons *B*.

Sit notum cunctis quod ego Berengarius de *Requesen*, gratis et ex certa sciencia, per me et per omnes meos, presentes atque futuros, diffinio et imperpetuum remitto[a] Deo et domui Mansi Dei et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, in manu fratris Maini, comendatoris de Palacio, omnes illas vineas et truleas[b] et omnem honorem, cultum et heremum, cum omnibus in se habentibus, quem frater Cabatus, tunc temporis comendator castri de Palacio, emit ab Arnaldum Mir de Sureda. Qui honor est in terminis de Palacio et de Villa clara, ita quod decetero ego vel aliquis per me in predicto honore aliquid non exigam vel requiram, nec exigi vel requiri faciam, racione mansate vel dominii vel alio quolibet modo, set semper a me et a meis dictus honor dicte domui et comendatori et fratribus, presentibus et futuris, imperpetuum diffiniatur,

272. El 5 de març de 1219; vegeu més amunt l'acta núm. 266.

promittens[c] bona fide, quod si Arnallus de *Requesen*, frater meus, vel aliqua alia persona de genere meo, in predicto honore aliquid in futurum exigeret, quod defendam[d] dictam domum inde ab omni dampno et gravamine et missione, et me ponam ante ipsam domum et comendatorem et fratres ejusdem, presentes et futuros, in judicio vel extra, obligando inde[e] dicte domui omnia bona mea ubique. Pro qua diffinicio recipio a vobis, fratre Maino, comendatore, C solidos malguriensium. Item, per me et per meos, diffinio dicte domui Mansi Dei et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, in manu dicti fratris Maini, ejusdem comendatoris, imperpetuum, totum jus quod habeo et habere possum, aliqua racione, in manso Petri de Serola et persona ejusdem et rebus suis. Et propter hoc recipio a dicto fratre Mayno, comendatore, nomine dicte domus, L solidos malguriensium, renunciando excepcioni peccunie non numerate. Actum est hoc XV° kalendas aprilis, anno Domini M° CC° XXX° VIII°. Sig+num Berengarii de *Requesen*, qui hoc laudo et firmo. Sig+num Berengarii *Marag*, Sig+num Guilelmi de Pavo, Sig+num Terreni, hujus rey testium.

Sig-(SM)-num Guilelmi Petri, publici Castilionis scriptoris, qui hoc scripsit.

a. remito *B*. b. *Sic B, cal segurament llegir* trileas. c. promitens *B*. d. deffendam *B*. e. propter *B*.

363

1239, 5 d'abril

Arnau Pere de Llauró ven a fra Bernat de Montsó, lloctinent de fra Pere de Malon, comanador del Masdéu, i als frares d'aquesta casa la masada que fou del difunt Rainer de Nils, amb totes les seves dependències i les seves tinences, situada a la parròquia de Santa Maria de Nils. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 115 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 202r-v, acta núm. 353.
C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 199-202, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Arnaudus Petri de Laurono,[a] per me et per omnes meos presentes atque futuros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti carta imperpetuum valitura vendo, cedo et dono atque in presenti irrevocabiliter trado domino Deo et domui Mansi Dei milicie Templi et tibi, fratri Bernardo de *Monson*,

tenenti locum preceptoris fratris Petri de *Malon* domus Mansi Dei et omnibus fratribus presentibus et futuris jam dicte domus et cui volueritis, ad omnes vestras voluntates faciendas, totam illam meam mansatam, que fuit Raynerii de Anilibus condam, cum omnibus pertinentiis et tenedonibus suis, que dicta mansata est in villa et in adjacentia Sancte Marie de Anilibus, scilicet casas, casalia, ortos, ortalia, arbores fructiferas et infructiferas, campos,[b] vineas, cultas et incultas, et omnia alia jura et dominia eidem mansate pertinentia in dicta adjacentia Sancte Marie de Anilibus et in cunctis aliis locis, sicut melius et plenius vobis vel successoribus vestris intelligi vel dici potest, ad utilitatem vestram et successorum vestrorum. Cedo etiam et dono vobis et successoribus vestris, aut cui volueritis, ad omnes vestras voluntates faciendas, omnes actiones et exceptiones et omnia omnino jura que adversus aliquas personas pro predicta mansata et tenedonibus suis habeo vel habere aliquo modo debeo. Et modo in presenti vos et successores vestros in rem vestram procuratores constituo. Hanc autem veditionem, cessionem et donationem facio vobis et successoribus vestris, et cui volueritis, pretio CXV solidorum malguriensium bonorum, de quibus per paccatum me teneo, renuncians exceptioni peccunie non numerate; et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi pretii decepti sunt similiter renuncio Et si hec venditio modo plus valet dicto pretio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu illam magis (valentiam)[c] vobis et successoribus vestris gratis inter vivos dono et laudo, ad omnes vestras et successorum vestrorum voluntates omni tempore faciendas, per liberum et franchum alodium. Promitto[d] etiam vobis et successoribus vestris bona fide per stipulationem me et meos semper vobis et successoribus vestris de predicta venditione fore legitimos auctores et defensores[e] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, obligans inde vobis et successoribus vestris per vinculum omnia bona mea, quecumque sint et ubicumque. Nam in presenti de tota predicta mansata et de suis juribus me et meos denudo et vos et successores vestros, et quos volueritis, prorsus investio et in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti vos mitto,[f] ad omnes vestras voluntates et successorum vestrorum omni tempore faciendas. Actum est hoc nonas aprilis, anno Domini M° CC° XXX° VIIII°. Sig+num Arnaldi Petri predicti, qui hoc totum laudo et firmo firmarique rogo. Sig+++na Guilelmi Peregrini, et Petri de Sancto Johanne, de Pontiliano, et Guilelmi de Passano, testium rogatorum. Ego Guilelmus Pedregarius, sacerdos de Malleolis,

mandato Jacobi Peregrini, sacriste de Mallolis, scriptoris publici hanc cartam scripsit et hoc sig-(SM)-num feci. Jacobus Peregrini, sacerdos atque sacrista de Malleolis auctoritate domini B(ernardi) Elenensis episcopi, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Laurano *B*. b. campos *repetit per error B*. c. *Omissió de l'escrivà*. d. promito *B*. e. deffensores *B*. f. mito *B*.

364

1239, 27 de juny

Saurina, vídua d'Arnau Testor de Bages, i llur fill Marc, venen a fra Pere de Malon, comanador del Masdéu, i a tots els frares del Temple tot el dret que tenien i reclamaven sobre l'hort que Berenguer de Bages va vendre a la casa del Temple, el qual se situa a l'entrada del prat, prop dels Horts d'Amunt. Com a preu d'aquesta venda, reconeixen haver rebut 5 sous melgoresos. Confirmen la venda d'aquest hort feta a la casa del Temple per Berenguer de Bages.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 172r-v, acta núm. 291.
C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 203-205, segons *B*.

In Dei nomine. Sit notum cunctis quod ego Saurina, uxor condam Arnaldi Textoris qui fuit de Bagis, et ego Marchus, filius eorum, per nos et per omnes nostros, presentes ac futuros, non inducti dolo nec decepti in aliquo, set gratis et bona fide, cum hac presenti carta semper valitura vendimus, solvimus, diffinimus atque per cuncta secula derelinquimus atque desemparamus Deo et domui milicie Templi et vobis, fratri Petro de Melono, preceptori Mansi Dei, et omnibus aliis fratribus Templi, presentibus et futuris, totum illud jus et ratione quam habebamus et petebamus, et petere et requirere poteramus aliquo modo, in toto illo orto quem B(erengarius) de Bagis vendidit domui Templi. Qui ortus est ad intradam prati, juxta ortos superiores; et affrontat ab oriente et a meridie in prato Templi, ab occidente in orto Guilelmi *Panissars*, ab aquilone in orto Arnaldi Alisendis et Ferrarii Saurine qui fuit. Sicut in hiis affrontationibus includitur, sic vendimus et derelinquimus domui Templi et omnibus fratribus ejusdem totum jus et rationem quam in dicto orto habebamus aliquo modo. Hanc vero venditionem et diffinitionem facimus vobis et vestris, et cui volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, pretio V solidorum malguriensium bonorum, quos

a vobis recepimus ad vestrum comodum, renunciantes exceptioni non numerate peccunie. Et si forte hec venditio modo plus valet predicto pretio, totum illud seu illam magis valentiam vobis et vestris damus et diffinimus per omnia secula, et nos et nostros de dicto orto denudamus et vos et vestros ex ipso investimus[a] et in corporalem possessionem vos hodie constituimus, promittentes[b] quod contra hoc decetero non veniamus nos nec nostri in judicio vel extra judicium. Renunciamus specialiter omni juri divino et humano, scripto vel non scripto, nobis competenti vel competituro, ad hoc infringendum, vel aliquid horum predictorum. Et super hoc tenemur de evictione quod contra hoc non veniamus nos nec nostri, unde per vinculum super hoc omnia bona nostra vobis et vestris obligamus. Preterea confirmamus et ratam habemus totam illam venditionem quam B(erengarius) de Bagis fecit de dicto orto domui Templi, laudantes et concedentes illud instrumentum vendicionis quod B(erengarius) de Bagis domui Templi fecit, sicut plenius etiam in ipso instrumento continetur. Actum est hoc V° kalendas julii, anno Incarnationis Christi M° CC° XXX° VIIII°. Sig++na Saurine predicte et Marchi filii ejus, qui hoc laudamus, firmamus testesque firmare rogamus. Sig+++na Guilelmi de Sancto Johanne de Sella et Petri de Pontiliano, et Valespirii Somalerii, hujus rey testium.

Guilelmus de Bagis, scriptor publicus, hoc scripsit, et correxit in IIII[a] linea, et posuit suum (SM) signum.

a. vestimus *B*. b. promitentes *B*.

365

1239, 19 de juliol

Dalmau de Medinyà cedeix a la casa del Masdéu i a fra Pere de Malon, el seu comanador, tot el que té a l'honor que Arnau Mir de Sureda, el seu germà Guillem, clergue, i la filla del primer, Bigordana, havien venut a fra Ramon de Cervera, aleshores comanador del Masdéu, i a fra Cabot, aleshores comanador del castrum *de Palau [del Vidre], als termes de Santa Maria de Palau i de Vilaclara.*[273] *Dóna igualment als frares del Masdéu*

273. Venda efectuada el 5 de març de 1219; vegeu més amunt l'acta núm. 266. Els templers havien obtingut una renúncia similar de Berenguer de Requesens quatre mesos abans; vegeu més amunt l'acta núm. 362.

tot el dret que té sobre el mas i la masada de Pere de Serola, així com sobre la persona, els hereus i tots els béns d'aquest darrer. Per aquesta concessió, Dalmau reconeix haver rebut 150 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 117v-118, acta núm. 186.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 609-610, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 362-364, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Dalmacius de Mediniano, per me et per omnes meos, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura dono, concedo et diffinio Deo, et domui Mansi Dei, et vobis, fratri Petro de *Malon*, preceptori ejusdem domus, et omnibus fratribus ipsius domus, presentibus et futuris, quicquid et totum quicquid habeo vel habere possum in toto honore quem vendiderunt[a] olim Arnaldus Mir de Sureda et Guilelmus, clericus, frater ejus, et Bigordana, filia dicti Arnaldi, domui milicie Templi et fratri Raymundo de Cervaria, preceptori tunc Mansi Dei, et fratri *Cabot*, tunc preceptori castri de Palacio, scilicet omnia jura et quartos et usaticos et census et quicquid predicti vendiderunt domui milicie Templi, solvo et diffinio vobis predictis, imperpetuum, sicut melius omnia predicta continentur in instrumento vendicionis facte vobis a predictis, scripto per manum Petri de Palacio, scriptoris publici. Qui predictus honor est in terminis Sancte Marie de Palacio et de Villa clara. Et preterea dono et laudo et concedo vobis totum jus quod habeo vel habere possum in manso sive mansata Petri de Cerola et in persona et in omni prole ejus et omnibus rebus suis. Et pro predictis, habui et accepi a vobis CL solidos malguriensium bonorum, de quibus per paccatum me teneo, renuncians excepcioni peccunie non numerate, cedendo etiam vobis, rationibus predictis, omnes actiones et excepciones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, quas et que in predictis habeo vel habere debeo, constituendo vos in rem vestram procuratores. Et promitto[b] vobis bona fide, quod omnia predicta faciam vobis bona habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, obligans inde vobis per vinculum omnia bona nostra, mobilia et inmobilia, quecumque sint et ubicumque. Item, promitto[b] vobis quod nichil feci, vel decetero faciam, quominus hec omnia valeant, vel infringi possint. Nam in presenti de predictis me et meos semper denudo et vos prorsus investio, et in corporalem possessionem et quasi

possessionem juris et facti vos mitto,[c] ad omnes vestras voluntates faciendas. Actum est hoc XIIII° kalendas augusti, anno Domini M° CC° XXX° VIIII°. Sig+num Dalmacii de Mediniano predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++na Berengarii Laurencii, et Petri Pelejani, et Guilelmi de Vallis de Mila, testium.

Petrus Calvetus, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. vendidit *B*. b. promito *B*. c. mito *B*.

366

1239, 12 d'agost

Gausfred de Ceret fa testament. [1] Dóna el seu cos i la seva ànima per a ésser sebollit al cementiri de l'església Santa Maria del Masdéu, amb el seu llit guarnit amb llençols, i demana que s'hi faci un convit funerari el setè dia després de la seva mort. Vol que els seus executors testamentaris tornin a comprar les seves noves armes al ferrer que les té, i que les lliurin a la casa del Masdéu. Llega a la casa del Masdéu el mas de Mont-rodon, a la parròquia de Santa Maria de les Illes, amb tots els homes, dones i drets que en depenen, perquè els posseeixi en alou, sense cap oposició per part de Berenguer Ramon de la Selva o de qualsevol altre. I si algú s'apoderés de la totalitat o d'una part d'aquest mas, ordena als seus marmessors testamentaris i als tutors dels seus hereus que assisteixin i siguin fiadors de la casa del Masdéu, pagant les despeses amb els ingressos del seu patrimoni, fins que en tingui la plena i lliure possessió. [2] Ordena que es reparin els seus torts i que es paguin totes les deixes estipulades en el seu altre testament, que ha fet fer a mestre Berenguer de Ceret i que confirma, excepte les clàusules relatives a la partició del seu patrimoni entre els seus hereus i tot el que disposa en el present testament. [3] Ordena que els seus fills no puguin percebre els ingressos de llur herència mentre els seus deutes i les seves deixes no hagin estat íntegrament pagats. Suplica als senyors Bernat Hug i Guillem Hug [de Serrallonga] que vetllin per l'acompliment d'aquestes disposicions i que indemnitzin tots els qui es queixen d'ell amb els ingressos de les seves honors. [4] Llega 15 sous melgoresos als clergues del Masdéu i 10 sous als clergues de Ceret perquè cantin misses. [5] Ordena que es donin al Masdéu els 100 sous

que Ricsenda, la seva muller, havia llegat a aquest establiment per testament. [6] Mana que s'utilitzin els 1.500 sous que li deu Guillem Guerrejat per la compra dels seus delictes. [7] Llega la seva mula a Arnau de Caneres. [8] Ordena que es restitueixi a Saragossa l'honor que li ha comprat al Voló. Tanmateix, si no volgués recuperar-lo, aquesta honor revertiria a Berenguera, la filla del testador, que hauria de pagar al dit Saragossa el preu indicat a l'acta de venda. [9] Reconeix que deu 1.000 sous a Pere de Rocafort, que li hauran d'ésser reemborsats amb els ingressos del testador. [10] Llega 5 sous a la Mercè dels captius. [11] Institueix hereus el seu fill Galceran i la seva filla Berenguera. [12] Llega al seu fill Galceran tota l'honor que té a Argelers, la de Maçanet, el delme de la Pausada i el mas de Costa, que té a la parròquia de Sant Pere de Besalú, i la seva honor de Bolòs, Biaus i Rocabruna. Galceran tindrà igualment totes les honors, alous, feus, drets i senyories dels cavallers que són tinguts per ell en la seva part d'herència. En cas de decés sense descendència legítima, el substituirà la seva germana Berenguera. [13] Llega a la seva filla Berenguera tota la seva honor de Ceret, de les Illes, de l'Albera i de Rocafort, i la senyoria del castrum *de la Clusa, amb el delme que Bernat Hug va comprar a Guerau de Carcellar, i tots els seus altres béns mobles i immobles. Tindrà igualment tots els alous, feus, drets i senyories dels cavallers que són tinguts per ell en la seva part d'herència. En cas de decés sense descendència, el substituirà el seu germà Galceran. [14] Prega al senyor Bernat Hug i al seu fill, Guillem Hug, que vetllin per l'execució d'aquest testament, i els demana que protegeixin els seus fills.*

B Vidimus del 13 de novembre de 1246 per mestre Berenguer de Ceret, escrivà públic, pergamí perdut.[274]

C Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 112v-114, acta núm. 178, segons *B*.

D Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 604-609, segons *C*.

E Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 215-220, segons *B*.

Diem secundum hujus babentis vite mee pro imbecillitatibus[a] meis et juribus. Ideo, ego Gaufredus de Cereto, mentis me compos plenarie, cum plena et integra mea loquela, et habita deliberatione mee proprie voluntatis ne inter heredes et legatarios

274. Vegeu més endavant l'acta núm. 477.

et fideicommissarios[b] meos atque tutores meorum heredum quandoque litigandi oritur copia facio meum testamentum et dispono arbitrium meum seu ultimam voluntatem meam sicut scriptum inferius reperietur.

[1] In primis reddo domino Deo et Beate Marie Mansi Dei et omnibus fratris animam meam et corpus meum ad sepeliendum in cimiterio[c] ejusdem ecclesie et ibi eligo sepulturam meam, cum lecto meo pannis munito. Et ad diem septimum post mortem meam fiat refectio[d] honorifice ibi. Et volo et mando ut arme mee novee, que sunt in operatorio, ut manumissores mei redimant eas de magistro et tradant dicte domui. Item, dimitto[e] pro redempcione anime mee et parentum meorum et omnium fidelium defunctorum,[f] mansum meum de Monte rotundo, quem habeo infra terminos Sancte Marie de Insulis, domui Sancte Marie Mansi Dei, cum hominibus et feminis, et cum omnibus suis juribus ad dictum mansum pertinentibus in cunctis locis, quem mansum dono per liberum alodium sine retentu totius viventis persone, et sine retencione aliqua Berengarii Raymundi de Selva. Et volo atque jubeo[g] quod, si aliqua persona aliquid emparaverit vel abstulerit in toto vel in parte, vel inquietaret, tenedonem domus Mansi Dei, manumissores mei ac tutores meorum heredum faciant habere et tenere ac possidere in pace, sine clamore totius persone, dictum mansum, cum omnibus suis juribus, et sint tutores et defensores[h] atque legitimi auctores, cum expensis mearum reddituum, donec domus Mansi Dei juste et plenarie possideat libere et quiete sine clamore alicujus persone.

[2] Preterea volo et mando quod injurie mee restituantur et alia omnia legata solvantur sicut in alio testamento meo continetur, quodque testamento quandam fieri facto per manum magistri Berengarii de Cereto, quod testamentum prius factum laudo et confirmo in omnibus, preter quam institucionem heredum meorum et divisione honoris mei quam tunc feci inter filios meos, in quibus nolo illud valere, set volo quod istud valeat quantum ad institutionem heredum meorum et divisionem honoris quam inter filios meos facio, et etiam quantum ad alia que in hoc presenti testamento constituo atque lego.

[3] Et volo atque precipio quod aliquis meorum heredum non habeat nec percipiat de fructibus et redditibus sue hereditatis quousque omnia debita et delicta atque legata, que omnia injuria nota fuerint in presencia manumissorum meorum et defenssorum[i] meorum heredum, sint plenarie soluta. Et deprecor dominum

Bernardum *Ug* et Guilelmum *Ug*, quod ipsi faciant omnia complere ad noticiam eorum, et ut satisfaciant fieri omnibus de me conquerentibus de fructibus et redditibus mei honoris.

[4] Et volo ut detur pro missis canendis XXV solidi malguriensium: XV clericis Mansi Dei et X solidi clericis de Cereto.

[5] Volo et jubeo quod dentur C solidi malguriensium domui Mansi Dei, quos domina Rissendis, uxor mea, dimisit pro remedio anime sue, ut in suo testamento continetur. Precipio ut omnes confratrie in quibus sum, ut solvantur.

[6] Mando quod mille et D solidi malguriensium, quos Guilelmus *Gerrejat* mihi debet, ut dentur pro delictis meis redigendis.

[7] Dimitto[e] mulam meam Arnaldo de Caneres.

[8] Et jubeo quod honorem, quem emi *d'en Saragossa* ad Volenem, ut reddatur ei. Si autem ipse recuperare noluerit, Berengaria filia mea retineat sibi dictum honorem, et solvat dicto Saragossa denarios ut in cartis vendicionis dicti honoris continetur.

[9] Confiteor et recognosco quod debeo mille solidos malguriensium Petro de Rocha forte, quos dentur ei, et mando ut solvantur de fructibus et redditibus meis.

[10] Lego ad redemptionem captivorum V solidos malguriensium in omnibus meis bonis.

[11] Instituo mihi heredes, videlicet Gaucerandum, filium meum, et Berengariam, filiam meam.[j]

[12] Et dimitto[e] Gaucerando pro sua hereditate totum honorem meum, quem habeo ad *Argilers*, et honorem meum de *Massanet*, et decimam meam de *Pausada*, et mansum meum de *Costa*, quem habeo infra terminos Sancti Petri Bisuldunensis, et honorem meum de *Bolos* et de *Biaus* et de *Rochabruna*. Et hec omnia que ei dimitto[e] habeat jure institutionis. Et dictus Gaucerandus habeat omnes istos honores alodia, fevodia, jura, dominaciones militum, sicuti tenentur pro me dictis tenedonibus sue hereditatis. Et nichil aliud possit petere nec requirere aliquo jure Berengarie, filie mee. Et hec omnia que ei dimitto[e] habeat tali modo quod si decederet sine prole legitima, quod dicta hereditas revertatur dicte Berengarie vel suis heredibus.

[13] Et dimitto[e] Berengarie, filie mee, totum honorem meum de Cereto et de Insulis et de Albera et de Rocheforti, et dominatione castri de Clusa, cum decima, quam Bernardus Ugo compravit de Gueraldo de Carcellari. In omnibus istis honoribus et in omnibus

aliis meis bonis mobilibus et inmobilibus, que habeo et habere debeo aliquo jure in omnibus locis, instituo mihi heredem et hoc habeat jure institutionis. Et dicta Berengaria habeat omnia mea, preter ea que superius legavi alodia, fevoda, jura, dominaciones militum,[k] sicuti tenentur pro me dictis tenedonibus sue hereditatis. Et volo et mando quod nichil possit petere nec requirere dicto Gaucerando, nec Gaucerandus dicte Berengarie. Et hec omnia et alia que ei dimitto[e] habeat tali modo quod si ipsa decederet sine prole legitima, quod dicta hereditas revertatur dicto Gaucerando vel suis heredibus.

[14] Et omnia ista supradicta volo quod habeant firmitatem et quod nullus contravenire possit. Et si non valent jure testamenti, volo quod valeant jure codicillorum, vel illo modo quo aliqua ultima voluntas valere potest. Et volo quod aliquis racione alicujus sollemnitatis[l] qui desideratur in testamento redacto inscriptis contravenire possit. Et deprecor dominum Bernardum Ugonum et *Guillem Ug*, filium ejus, ut omnia predicta faciant complere et eis potestatem plenariam complendi[m] tribuo et concedo. Et rogo eos ut, amore Dei et intuitu misericordie et pietatis, infantes meos et eorum possessiones[n] protegant.

Actum est hoc II[e] idus augusti, anno Incarnationis Christi M° CC° XXX° nono. Sig+num Gaufredi de Cereto, qui hanc ultimam voluntatem nostram laudo, approbo et confirmo firmarique rogo atque precipio. Sig+++++++na Petri de Collo, Petri de *Furnols*, Raymundi de Palaudino, et Berengarii de Palaudino, Petri de Ruppe forti, Guilelmi de *Rocha fort*, et Vallispirani de *Rochabruna*, hujus testamenti testium.

a. inbecillitatibus *C*. b. fideicomissarios *C*. c. sepelliendum in ciminterio *C*. d. reffectio *C*. e. dimito *C*. f. deffunctorum *C*. g. juobeo *C*. h. deffensores *C*. i. deffensorum *C*. j. filium meum *C*. k. milititum *C*. l. sollempnitatis *C*. m. conplendi *C*. n. possessessiones *C*.

367

1239, 9 de setembre

Fra Guillem de Sant Esteve, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment dels frares Pere de Puig Otrer, Bernat del Forn i Ponç, dóna en acapte a Adelaida, vídua de Pere Desquer, i al seu fill Pere, un camp, amb totes les oliveres que hi ha, situat al terme de Santa Maria de Malloles. Els

terratgers deuran un cens anual de 12 diners el dia de Sant Miquel i el foriscapi en cas de mudament; i si hi planten una vinya, hauran de donar, en lloc del cens de 12 diners, la setena somada de la collita, que portaran a la vila de Malloles. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits. Per aquesta concessió, fra Guillem de Sant Esteve reconeix haver rebut 10 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 226r-v, acta núm. 399.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, p. 611, segons *B*.
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 240-243, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Sancto Stephano, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti carta imperpetuum valitura, consilio et voluntate ac laudamento fratris Petri de Podio Oltrerio et fratris Bernardi de Furno et fratris Poncii, dono et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado ad accapitum vobis, Aladaydi, uxori Petri *Desquer* condam, et Petro, filio ejus, et vestris, et cui volueritis, quandam campum, cum omnibus olivarii que ibi sunt, qui est in terminis Sancte Marie de Malleolis; et affrontat ab oriente in vinea Petri Giraldi, a meridie in campo de *na Bofila*, ab occidente in campo Patave, uxoris Petri *Barrot* condam, ab aquilone in Vassa. Sicut superius dictum est, ita dono ad accapitum vobis, predictis Aladaidi et Petro, filio ejus, et vestris, et cui volueritis, predictum campum, cum omnibus olivariis que ibi sunt, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestri, qui dictum campum habueritis et tenueritis, donetis mihi et dicte domui pro censu XII denarios quolibet anno, in festo sancti Michaelis septembris, et foriscapium si forte predictum campum venderetur vel inpignoraretur. Et si vineam ibi plantaveritis, donetis mihi et dicte domui VII[am] saumatam apportatam[a] intus villam de Malleolis in nostro posse, et nichil aliud, et quod deinde non teneamini dare dictis XII denariis. Verumtamen si forte predictum campum vendere vel inpignorare volueritis, primum mihi et dicte domui denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos ego et successores mei habeamus licentiam et potestatem retinendi eum sicuti alia persona ibi dare voluerit. Completis autem X diebus

cum eorum noctibus, si forte eum retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris eum vendere vel inpignorare, salvo semper jure dicte domus et foriscapio, ut dictum est. Et promitto[b] vobis bona fide et per stipulationem quod totum predictum campum, cum omnibus olivariis, faciam vobis et vestris bonum habere et tenere in pace ab omni persone, obligans inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus, mobilia et inmobilia, presentia et futura, in vita et in fine. Et profiteor et recognosco quod pro hac donatione habui et accepi a vobis pro accapito X solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatum[c] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[d] non numerate. Actum est hoc V° idus septembris, anno Domini M° CC° XXX° VIIII°. Sig++++na fratris Guilelmi de Sancto Stephano, et fratris Petri de Podio Oltrerio, et fratris Bernardi de Furno, et fratris Poncii, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Udulgarii Cerdani, et Petri Palejani, et Raymundi *Barrot*, sartoris, testium.

Guilelmus Ferrarius scripsit hoc vice Bernardi *Sabors* et hoc sig-(SM)-num fecit.

Ego Bernardus *Sabors*, scriptor publicus, hanc cartam subscripsi mandato domini Nunonis Sancii et feci[e] hoc sig-(SM)-num.

a. aportatam *B*. b. promito *B*. c. paccatum *B*. d. peccunie *B*. e. feci *afegit a la interlínia B*.

368

1239, 1 d'octubre

Andreu Sadol i la seva muller Astruga venen a fra Guillem de Sant Esteve, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, un camp que tenen a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat l'Estany. Com a preu d'aquesta venda, reconeixen haver rebut 28 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 233v-234, acta núm. 417.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 244-247, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Andreas *Sadol* et ego Astruga uxor ejus, simul in unum, per nos et per omnes nostros[a] presentes ac futuros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti carta imperpetuum valitura vendimus et laudamus firmiterque tradimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus tibi, fratri Guilelmo de Sancto Stephano, comendatori domus milicie Templi Perpiniani,

et omnibus successoribus tuis, et cui dare, dimittere[b] aut alienare volueritis, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, quendam campum nostrum, quem habemus et habere debemus in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato Stagnum; affrontat autem ab oriente in campo dicte domus milicie Templi Perpiniani, a meridie in campo Guilelmi Gasaudi, ab occidente in campo Berengarii de *Alainac* militis, ab aquilone in malleolo Ermengardi Brandini de Perpiniano. Sicut in hiis prenominatis IIII[or] affrontationibus includitur, sicut vendimus vobis, fratri Guilelmo de Sancto Stephano, comendatori domus prefate milicie Templi Perpiniani, et omnibus successoribus vestris,[c] et cui volueritis, totum predictum campum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni nostro enganno et successorum nostrorum et sine ullo malo ingenio, sicut melius a te vel a successoribus tuis intelligi vel dici potest, ad utilitatem tuam et successorum tuorum. Cedimus etiam et damus tibi et omnibus successoribus tuis, et cui volueritis, ad omnes voluntates vestras faciendas, omnes actiones et exceptiones et jura que adversus aliquas personas pro predicto campo habemus, vel habere aliquo modo debemus, et modo in presenti vos in rem vestram procuratores constituimus. Hanc autem venditionem, cessionem et donationem facimus tibi et cui volueris precio XXVIII solidorum malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[e] non numerate; (et)[f] illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi precii decepti sunt similiter renunciamus. Et si hec venditio modo plus valet predicto precio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu illa magis valentia tibi et omnibus successoribus tuis gratis inter vivos damus et laudamus ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, salvis semper juribus domus milicie Templi in omnibus et per omnia. Promittimus[g] tibi et omnibus successoribus tuis bona fide per stipulationem nos et nostros semper tibi et successoribus tuis de predicta venditione fore legitimos auctores[h] et defensores[i] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et omnibus successoribus tuis per vinculum omnia bona nostra, quecumque sint et ubicumque. Nam in presenti de omni predicto campo nos et nostros semper denudamus, et te et omnes successores tui et quos volueritis prorsus investimus, et in corporalem possessionem juris et facti mittimus, ad omnes tuas et successores tui voluntates. Et quod contra hanc venditionem non veniamus[j] vel veniri faciamus, per nos vel per

aliquam interpositam personam bona fide per stipulationem tibi promittimus,[g] et etiam per Deum et hec sancta IIII[or] Dei Evangelia ego dictus Andreas *Sadol*, sponte juro, quod sacramentum corporaliter facio. Actum est hoc kalendis octobris, anno Domini M° CC° XXX° VIIII°. Sig++na Andrei *Sadol* et Astruge, uxoris ejus, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus firmarique rogamus. Sig+++na Guilelmi Peregrini, et Guilelmi Gasaudi, et Petri *Cogombre*, testium. Ego Guilelmus Pedregarius, sacerdos de Malleolis, mandato Jacobi Peregrini, sacriste de Malleolis, scriptoris publici hanc cartam scripsi et hoc sig-(SM)-num feci.

Jacobus Peregrini, sacerdos atque sacrista de Malleolis, scriptor publicus, hoc sig-(SM)-num fecit.

a. meos *B*. b. dimitere *B*. c. tuis *B*. d. paccatos *B*. e. peccunie *B*. f. et *omès B*. g. promitimus *B*. h. actores *B*. i. deffensores *B*. j. contraveniamus *B*.

369

1239, 5 d'octubre

Guillem Ros de Tesà, per la salvació de la seva ànima, dóna a Santa Maria del Masdéu, a fra Pere de Malon, comanador, i als altres frares d'aquesta casa les cases que posseeix a la vila de Perpinyà i que havia comprat a Joan d'Eliard, tal com està estipulat a l'acta de venda confirmada per la mare i els germans d'aquest últim, acta que Guillem Ros lliura ara al comanador de Perpinyà.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 293r-v, acta núm. 522.
C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 206-208, segons *B*.

Notum sit cunctis quod cum commune sit omnibus mori et nullus possit morti resistere, et ad lapsum vite presentis nulli detur remedium, immo sicut umbra que numquam in eodem statu permanet ad exitum vite labendo, ut incerti cotidie de die in diem festinamus. Idcirco ego Guilelmus *Ros* de Tezano, cupiens saluti anime providere, gratis et spontanea voluntate, ob remedium anime mee, dono inter vivos et titulo pure donationis in presenti irrevocabiliter trado domino Deo et domui beate Marie Mansi (Dei)[a] et tibi, fratri Petro de *Melon*, ipsius comendatori, et successoribus tuis, et aliis fratribus ipsius domus, presentibus et futuris, illas domos meas, quas habeo intus villam Perpinia-

ni, quas emis a Johanne de Alliarde illius ville, sicut in carta emptionis quam ipse Johannes michi fecit, laudata a matre ejus Alasaide et a fratribus ejus, Bartholomeo et Bernardo, facta per manum Petri Calveti, plenius continetur. Quam cartam tibi, dicto fratri et comendatori, in presenti trado, cum omnibus juribus, actionibus, tam realibus quam personalibus, que et quas in dictis domibus et in returno pro illis michi in dicta carta facta, vel pro illis adversus dictas personas vel[b] quaslibet alias habeo et in dicta carta et seu habere debeo quocumque modo vel voce, nullum jus in predictis michi vel meis retinens, set penitus de toto me exuens te, dictum comendatorem, nomine dicte domus induo et in plenam possessionem mitto,[c] et etiam constituo te de toto procuratorem in rem propriam domus jam dicte. Et promitto[d] domino Deo et tibi, dicto comendatori, quod dictam donationem perpetuo fideliter observabo, et contra in aliquo numquam veniam vel veniri[e] faciam aliquo tempore. Et renuncio scienter omni juri et consuetudini quibus contravenire possem, et specialiter[f] illi legi qua[g] donationes ex causa ingratitudinis revocari[h] possunt, et omni alii legitimo auxilio michi competenti vel competituro.[i] Actum est hoc III° nonas octobris, anno Domini M° CC° XXX° VIIII°, regnante Lodoyco rege in Francia. Sig+num Guilelmi *Ros* predicti, qui hec omnia firmo firmarique rogo. Sig+++na Berengarii de Juja, presbiteri, Raymundi Picherii de Palacio, clerici, et Bartholomei Fusterii de Elna, testium. Johannes de Canois, caputscole hanc cartam scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Dei *omès B.* b. vel *afegit a la interlínia B.* c. mito *B.* d. promito *B.* e. veri *B.* f. fideliter *B.* g. quam *B.* h. remidi *B.* i. competenturo *B.*

370

1239, 29 de desembre

Bernat, abat de Sant Salvador de Breda, a la diòcesi de Girona, Guillem dels Plans, monjo i administrador de Sant Salvador de Cirà, a la diòcesi d'Elna, i tot el convent de Breda, atès que la casa de Sant Salvador de Cirà està gravada amb diversos deutes a causa de les despeses excessives que ha calgut assumir i també dels diversos danys ocasionats per la guerra que ha afectat molt de temps el Rosselló i que encara l'afecta actualment, i com que no subsisteix cap altre mitjà per a pagar els usurers, venen a fra Pere de Malon, comanador del Masdéu, i a tots els frares

d'aquesta casa una vinya que Sant Salvador de Cirà té a la parròquia de Sant Julià de Vilamulaca. Com a preu d'aquesta venda, reconeixen haver rebut 150 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 129v-130, acta núm. 208.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 612-614, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 209-214, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Bernardi, Dei gracia abbas Sancti Salvatoris de Bresa Gerundensis diocesis, et nos Guilelmus de Planis, monachus, minister Sancti Salvatoris de Cirano Elnensis diocesis, et tocius conventus ejusdem monasterii Dei Sancti Salvatoris de Bresis, scientes in veritate quod domus nostra Sancti Salvatoris de Cirano pluribus et diversis debitis est onerata[a] propter nimias et varias expensas quas facere opportuit,[b] et viciniam guerram que diu fuit in Rossilione et adhuc est, et propter damna[c] varia que inde sustinuit dicta domus, et cum eidem domui de Cirano non supersit aliquod mobile de quo sue necessitati[d] valeat subvenire et relevare ab onere[e] usurarum, propter utilitatem dicti loci de Cirano nos omnes simul unanimiter, per nos et per omnes successores nostros, non inducti dolo neque vi nec circumventi in aliquo, set bona fide, cum hac presenti carta imperpetuum valitura vendimus, cedimus et damus et in presenti irrevocabiliter tradimus vobis fratri Petro de *Melon*, preceptori domus Mansi Dei, et omnibus fratribus, presentibus et futuris, dicte domus Mansi Dei, ad omnes[f] vestras voluntates et successorum vestrorum omni tempore faciendas, quandam vineam cum terra qua plantata est, quam dicta domus Sancti Salvatoris de Cirano habet et habere debet in adjacencia et in terminis Sancti Juliani de Villamulacha. Affrontat autem dicta vinea ex tribus partibus in vineis predicte domus Mansi Dei, de quarta in quodam campo domus Mansi Dei. Sicut in hiis predictis quatuor affrontacionibus includitur, sic vendimus vobis, dictis fratri Petro de *Melon*, preceptori domus Mansi Dei, et omnibus fratribus dicte domus, et omnibus successoribus vestris, totam predictam vineam cum terra qua plantata est, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro enganno et sine omni malo ingenio, sicut melius a vobis vel a vestris successoribus intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et successorum vestrorum. Hanc autem vendicionem, cessionem et donacionem facimus vobis et omnibus

successoribus vestris precio CL solidorum malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[g] nos tenemus, renuncians exceptioni pecunie[h] non numerate et infectum et doli et omni alii auxilio competenti vel competituro per quod contravenire possimus. Nam [...][i] est quod [...][j] posuimus in utilitate dicte domus Sancti Salvatoris de [...][k] propter pauperitatem dicti loci de Cirano, ipsa vinea sterilis [...][l] racione alias venditionis [...][m] de *Malon*, preceptori dicte domus Mansi Dei et omnibus fratribus, presentibus et futuris, ejusdem domus, ad [omnes vestras] voluntates faciendas, omnia jura realia et personalia, directa, utilia [...][n] que nobis competunt et competere possunt racione dicte vinee contra alias personas, et in dicta vinea nos et omnes successores nostros [etiam] procuratores in ipsa constituimus, in vos et vestros dominium transferendo pro francho et libero alodio [...][o] aliquid dare, facere racione dominii servitutis vel alio modo vos nec vestri successores facere teneamini. Et promittimus,[p] bona fide et per stipulacionem, vobis et omnibus successoribus vestris quod totam predictam vineam cum terra qua plantata est faciemus vobis et omnibus successoribus vestris semper habere et tenere ab omni persona, et si aliquis vobis inde aliquid in dicta vinea evicerit in totum vel in parte, [...][q] quos in causa eviccionis feceritis vos vel vestri successores tam obtinendo quam subcumbendo, de quibus omnibus credamini vos et vestri successores plano verbo vestro absque testibus et juramento. Et pro omnibus predictis et singulis, obligamus vobis et successoribus vestris per vinculum omnia bona presencia et futura dicte domus Sancti Salvatoris de Cirano. Actum est hoc IIII° kalendas januarii, anno Domini M° CC° XXXVIIII°. (*croix pattée*) Bernardus, Dei gracia Sancti Salvatoris abbas, subscribo, Bernardus [D-...][r] camerarius, Petrus de Turrucella, prior. Sig+num Guilelmi de Planis, monachi Sancti Salvatoris de Bresis et ministri Sancti Salvatoris de Cirano predicti, qui hoc totum laudo et firmo firmarique rogo, videntibus et presentibus tribus testibus, videlicet [...][s] Vitale de [...][t] Elnensis canonico, et Guilelmo Poncio, diacono,[u] et Petro de Palagiano. Arnaldus[v] monacus Sig-(SM)-num [Berengarii] monachi et cellerarii. Bernardus monachus. Bernardus monachus. Guilelmus monachus. Raymundus monachus [...][w] monachus.

Sig-(SM)-num Guilelmi, procuratoris Sancti Salvatoris. Ferrarius [monachus].

Ego Guilelmus Pedregarius, sacerdos de Malleolis, mandato Jacobi Peregrini sacriste de Malleolis [scriptoris publici] hanc cartam scripsi, et rasi et emendavi in XIIII[a] linea, et hoc sig-(SM)-

num feci. Jacobus Peregrini, sacerdos atque sacrista de Malleolis, scriptor publicus auctoritate domini Bernardi Elnensis episcopi, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. honerata *B*. b. oportuit *B*. c. dampna *B*. d. nececitati *B*. e. honore *B*. f. omnes *repetit per error B*. g. paccatos *B*. h. peccunie *B*. i. *Paraula il·legible B*. j. *Una o dues paraules il·legibles, llacuna de 15 mm B*. k. *Passatge il·legible, llacuna de 70 mm B*. l. *Passatge il·legible, llacuna de 55 mm B*. m. *Passatge il·legible, llacuna de 25 mm B*. n. *Paraula il·legible B*. o. *Passatge il·legible, llacuna de 30 mm B*. p. promitimus *B*. q. *Passatge il·legible, llacuna de 50 mm B*. r. *Paraula il·legible B*. s. *Paraula il·legible B*. t. *Paraula il·legible B*. u. diachono *B*. v. Arnalldus *B*. w. *Paraula il·legible B*.

371

1240, 6 de juny

Ferrer de Malloles, germà del difunt Guillem de Malloles, ven a fra Guillem de Sant Esteve, comanador de la casa de la milícia del Temple de Perpinyà, i als altres frares d'aquesta casa la meitat del quartó, de l'agrer, del braçatge i de l'acapte, la tercera part de la cossura i tot el dret i senyoria directa que té sobre el camp d'Arnau Pelet de Malloles, situat a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat l'Estany. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 15 sous melgoresos. Ermengol Brandini confirma aquesta transacció i cedeix a la milícia del Temple tots els drets que té sobre el que precedeix.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 246r-v, acta núm. 446.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 251-255, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Ferrarius de Malleolis, frater condam Guilelmi de Malleolis, per me et per omnes meos, non coactus ulla vi nec deceptus aliqua fraude, set bona fide et absque ullo malo ingenio, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura vendo et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado domino Deo et domui milicie Templi Perpiniani et tibi, fratri Guilelmo de Sancto Stephano, preceptori ejusdem domus, et omnibus fratribus ejusdem loci, presentibus et futuris, ad omnes voluntates vestras imperpetuum, totum medium quartum et medium agrarium et braciaticum et accapitum, et terciam partem cussure, et totum jus et dominium, quod totum habeo et habere debeo, et accipio et accipere debeo, in toto illo campo Arnaldi *Pelet* de Malleolis, qui est in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco nominato ad Stagnum de Malleolis, qui affrontat

ab oriente in tenencia Mascarosie, uxoris condam Andree Crassi, a meridie in tenencia Petri Turani, ab occidente in tenencia Petri Tortose, ab aquilone in campo Guilelmi Porcelli. Sicut superius dictum est, sic vendo domino Deo et domui milicie Templi et tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, ad omnes voluntates vestras, totum predictum medium quartum et medium agrarium et brassiaticum et accapitum, et terciam partem cussure, et totum jus et dominium, quod totum habeo et habere et accipere debeo in toto prenominato campo, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni enganno et sine ullo malo ingenio dicte domus et tui, dicti preceptoris, et successorum tuorum, sicut melius a te vel a tuis successoribus intelligi vel dici potest, ad tuam utilitatem et successorum tuorum. Cedo etiam et dono Deo et dicte domui et tibi, dicto preceptori, et cui volueris, omnes actiones et exceptiones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, que et quas adversus aliquas personas pro premissis et singulis habeo vel habere aliquo modo debeo, et modo in presenti te in rem tuam procuratorem constituo. Hanc autem venditionem, cessionem et donationem facio tibi, et tuis, et cui volueris, precio XV solidorum malguriensium bonorum, de quibus per pacatum[a] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[b] non numerate, et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi precii decepti sunt similiter renuncio, et generaliter omni legi et consuetudini et omni alii legitimo auxilio etiam hic non expresso. Et si hec venditio modo plus valet dicto precio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu illa magis valentia gratis inter vivos Deo et dicte domui et tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, diffinio et dono, ad omnes vestras voluntates faciendas. Promitto[c] etiam bona fide per stipulationem Deo et dicte domui et tibi, dicto preceptori, semper me et meos de predicta venditione fore legitimos auctores et defensores[d] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione. Pro qua evictione et pro expensis et missionibus, si quas in causa evictionis feceris tu vel tui successores, et pro omnibus predictis et singulis, obligo tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, per vinculum, omnia bona mea mobilia et inmobilia, presentia et futura, in vita et in fine. Item, promitto[c] tibi, dicto preceptori, et tuis successoribus, bona fide per stipulationem, quod nichil feci, vel decetero faciam, quominus hec venditio vobis valeat, vel infringi possit, quod si forte feci vel facerem, pro infecto habeatur, et nullas prorsus vires aliquo

tempore habeat. Nam in presenti de omnibus premissis et singulis semper me et meos denudo, et dictam domum milicie et te dictum preceptorem, et successores tuos, et quos volueritis, prorsus investio et in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti vos mitto,[e] ad omnes voluntates vestras in infinitum faciendas. Actum est hoc VIII° idus junii, anno Domini M° CC° XL°. Sig+num Ferrarii de Malleolis predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+num Ermengaudi Brandini, qui hec omnia laudo et firmo et solvo et diffinio et penitus remitto[f] Deo et dicte domui et tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, quicquid juris in premissis et singulis habeo vel habere debeo aliquo modo. Sig+++na Guilelmi Pelegrini de Malleolis, et Petri Giraldi junioris, et Arnaldi Vole, clerici, testium. Bernardus *Sapte*, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatum *B*. b. peccunie *B*. c. promito *B*. d. deffensores *B*. e. mito *B*. f. remito *B*.

372

1240, 17 de juny

Berenguer d'Alenyà i el seu germà Guillem d'Alenyà, amb el consentiment de Gueraua, esposa de Berenguer, venen a la milícia del Temple de Perpinyà i al seu comanador, fra Guillem de Sant Esteve, una peça de terra que tenen a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat l'Estany. Com a preu d'aquesta venda, reconeixen haver rebut 35 sous melgoresos. Pere Bremon de Vilallonga confirma aquesta venda.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 294-295, acta núm. 525.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, pp. 635-636, segons *B*.

D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 256-260, presa de *B*.

a VERDON, Laure, «La femme en Roussillon aux XII[e] et XIII[e] siècles: statut juridique et économique», *Annales du Midi*, tom 111, núm. 227 (juliol-setembre de 1999), p. 308 (edició parcial).

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Berengarius de Alaniano, et ego Guilelmus de Alaniano, frater ejus, nos duo simul per nos et per omnes nostros, presentes atque futuros, non vi metuve compulsi, non dolo vel fraude inducti, set bona fide et absque ullo malo ingenio, cum hac presenti carta imperpetuum valitura, consilio et voluntate ac laudamento domine Guiralde,

uxoris mei dicti Berengarii de Alaniano, vendimus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti tradimus domino Deo, domui milicie Templi Perpiniani et tibi, fratri Guilelmo de Sancto Stephano, preceptori ejusdem domus, et successoribus tuis presentibus et futuris, ad omnes tuas voluntates omni tempore faciendas, quandam peciam terre nostram, quam habemus infra fines et terminos Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato Stagno de Malleolis; et affrontat ab oriente et a meridie in tenencia domus milicie Templi, ab occidente in campo Gallarde Venrelle, ab aquilone in vinea Arnaldi Cereti de Malleolis. Sicut superius dictum est, sic vendimus Deo et domui milicie et tibi, fratri Guilelmo de Sancto Stephano, et tuis fratribus, presentibus et futuris, totam predictam peciam[a] terre, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque successorum enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a te vel a tuis successoribus intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et successorum tuorum. Cedimus etiam et donamus tibi et tuis omnes actiones et exceptiones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, que et quas adversus aliquas personas pro predicta pecia terre habemus vel habere aliquo modo debemus. Et modo in presenti te et tuos in rem tuam procuratores constituimus. Hanc autem venditionem et cessionem et donationem facimus tibi et tuis successoribus, et cui volueritis, precio XXXV solidorum malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate; et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi precii decepti sunt similiter renunciamus, et generaliter omni legi et consuetudini et omni alii legitimo auxilio etiam hic non expresso. Et si hec venditio modo plus valet dicto precio, vel in futurum est valitura, quicquid illud seu illa magis valentia gratis inter vivos tibi et tuis fratribus et dicte domui diffinimus et damus, ad omnes vestras voluntates faciendas. Promittimus[d] etiam tibi et tuis fratribus nos et nostros semper de predicta donatione fore legitimos auctores et defensores[e] ab omni persona et teneri sine fraude de omni evictione. Pro qua evictio et pro expensis et missionibus, si quas in causa evictionis feceris tu vel tui, et pro omnibus predictis et singulis, obligamus Deo et dicte domui et tibi, dicto preceptori, et cui volueritis, per vinculum, omnia bona nostra mobilia et inmobilia, in vita et in fine. Item, promittimus[d] nos nichil fecisse quominus hec venditio valeat vel infringi possit. Nam in presenti de predicta pecia terre nos et nostros semper

denudamus et te, dictum preceptorem, et successores tuos prorsus investimus, et in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti vos mittimus,[f] ad omnes vestras voluntates in infinitum faciendas per liberum et francum alodium. Et ego predicta domina Giralda, uxor dicti Berengarii de Alaniano, hec omnia laudo et solvo et diffinio quicquid juris in dicta pecia terre habeo ratione dotis vel donationis propter nupcias vel ullo alio modo, renuncians juri hypothecarum,[g] et legi julie de fundo dotali, et beneficiis legum quibus mulieres juvari solent. Actum est hoc XV° kalendas julii, anno Domini M° CC° XL°. Sig+++na Berengarii de Alaniano et Guilelmi, fratris ejus, et domine Giralde predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+num Petri Bremundi de Villa longa, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++++na Arnaldi Famoni, et Raymundi de Aliniano, et Michaelis Fusterii, ejusdem ville, et Guilelmi Pelegrini de Malleolis et Perpiniani Crassi, testium.

Bernardus Sabte, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. pecciam *B*. b. paccatos *B*. c. peccunie *B*. d. promitimus *B*. e. deffensores *B*. f. mitimus *B*. g. ypothecarum *B*.

373

1240, 30 de novembre

Ponç de Fòssa, malalt, fa testament. Designa fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, fra Guillem de Sant Esteve, sotscomanador, i Guillem Pelegrí de Malloles executors testamentaris. [1] Llega el seu cos i la seva ànima a Déu i a la milícia del Temple del Masdéu, que rebrà 50 sous melgoresos i el seu llit guarnit amb llençols el dia de la seva mort. Llega al Masdéu el camp que ha comprat a la parròquia de Santa Maria de Malloles a Guillem Escanat, l'esposa del qual, Ramona, en conservarà l'usdefruit, i revertirà en plena propietat als templers després de la defunció d'aquella. [2] Llega 5 sous a l'església de Perpinyà, 5 sous a l'obra d'aquesta església, 4 diners a cada prevere i 2 diners a cada diaca d'aquesta església, 5 sous al llantier de Santa Maria, 12 diners al llantier de Sant Joan, 12 diners al llantier de Sant Pere, 12 diners al de Sant Miquel, 12 diners a Sant Llàtzer, 12 diners a Sant Martí, 12 diners al pont de la Tet, 12 diners a Sant Aciscle, 5 sous a l'obra dels frares menors, 12 diners a l'hospital dels pobres de Perpinyà,

12 diners a la Mercè dels captius, 12 diners a Sant Salvador, 12 diners a la casa de Santa Maria de l'Eula, 12 diners a la casa de l'Esperit Sant, 3 sous à la Confraria de Sant Feliu de Girona i 5 sous al prevere Joan de Bajoles. [3] Llega al seu cosí, Bernat de Fòssa, l'usdefruit d'una taula de vendre situada entre les taules de vendre dels blanquers, prop de la plaça; després de la defunció d'aquest, aquesta taula de vendre revertirà a la casa del Masdéu. [4] Llega les seves quatre cases contigües situades al defora de la Porta de Malloles, respectivament: la primera als seus nebots Ponç i Guillem, fills del seu difunt germà Guillem de Fòssa, la segona als fills de Joan Blancard, la tercera a la seva germana Maria i la quarta al seu germà Berenguer de Fòssa. [5] Lliura a la seva filla Perpinyana tota l'herència que li havia donat en temps del seu casament amb Jaume de Nils, a la qual afegeix un camp situat a Malloles, adjacent a aquell que els havia donat per llur casament. [6] Reconeix que la seva esposa Ramona li havia aportat en dot la quantitat de 1.000 sous melgoresos, a propòsit de la qual hom es referirà a llurs capítols matrimonials. [7] Institueix la casa i els frares del Masdéu hereus de tots els seus béns mobles i immobles.

A Original, pergamí, amplada 280/285 mm, alçada 335/355 mm, ADPO, Hp188.[275]

B Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 261-264, segons *A*.

Cum nil morte sit certius quamvis ejus hora dubia sit, et incerta per tempora enim et momenta labendo properamus ad finem. Sapientis enim et discreti est sua considerare novissima ne post transitum illius culpa sua questio aliqua oriatur. Idcirco, in Dei nomine, ego Poncius de Fossa, egritudine detentus, timeo penas inferni, et cupio pervenire ad gaudia paradisi. Ideoque facio hoc meum testamentum in meo bono sensu et in mea bona et plena memoria, in quo omnia bona mea mobilia et inmobilia scripta et ordinata reperiantur. Unde eligo meos manumissores, videlicet fratrem Martinum de Nissa, comendatorem domus Mansi Dei, et fratrem Guilelmum de Sancto Stephano, subpreceptorem ejusdem domus, et Guilelmum Pelegrinum de Malleolis, quod si forte mors michi evenerit antequam aliud testamentum michi liceret facere, isti habeant licentiam et auctoritatem ordinandi ac distribuendi

275. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2525».

omnia bona mea sicut inferius in hoc meo testamento scriptum reperietur, tamen absque omni dampno[a] et missione eorum.

[1] In primis dimitto corpus meum et animam meam domino Deo et domui milicie Templi Mansi Dei, cum L solidis malguriensium, et cum meo lecto bene munito de panis,[b] quos et quod ibi promisi dare ad diem obitus mei cum carta. Item, dimitto eidem domui Mansi Dei, salute anime mee, quendam campum meum, quem emi a Guilelmo *Escanat* in adjacencia Sancte Marie de Malleolis, quem campum debet tenere Raymunda, uxor mea, in tota vita sua tamen, post mortem vero suam dicte domui dictum campum revertatur absque omni vinculo.

[2] Relinquo ecclesie Perpiniani V solidos, et operi ejusdem ecclesie V solidos, et unicuique inde sacerdoti IIII denarios, et unicuique inde diachoni[c] II denarios, et candele beate Marie V solidos. Dimitto candele sancti Johannis et sancti Petri et sancti Michaelis unicuique XII denarios. Dimitto Sancto Latzaro et Sancto Martino et ponti Tetis unicuique XII denarios, et Sancto Acisclo XII denarios, et operi Fratrum Minorum V solidos. Dimitto Hospitali pauperum Perpiniani XII denarios, et Captivis Redimendis XII denarios, et Sancto Salvatori XII denarios, et domui Beate Marie de Eola XII denarios, et domui Sancti Spiritus XII denarios, et confratrie Sancti Felicis de Guironda III solidos, et Johanni de Bajolis, sacerdoti, V solidos.

[3] Dimitto Bernardo de Fossa, consanguineo meo, I tabulam meam, quam habeo infra tabulas curateriorum, tamen in vita sua; post mortem vero suam dicta tabula revertatur subdicto heredi meo libere absque omni vinculo. Que tabula affrontat ab oriente in via que transit infra tabulas curateriorum, a meridie in tabula Guilelmi de *Agnils*, ab occidente in platea, ab aquilone in tabula Hospitalis pauperum.

[4] Relinquo Poncio et Guilelmo nepotibus meis, filiis Guilelmi de Fossa quondam, quandam domum meam, de celo usque in habissum,[d] quam habeo juxta tenentia[e] Johannis Blancardi extra portale[f] de Malleolis, que affrontat ab oriente in mea tenentia, a meridie in via, ab occidente et ab aquilone in mea tenentia. Relinquo filiis Johannis Blancardi aliam domum meam de celo usque in habissum,[d] quam se continet cum domo quam dimitto dictis nepotibus meis. Relinquo Marie, sorori mee, aliam domum meam, de celo usque in habissum,[d] quam se continet cum domo quam dimitto filiis Johannis Blancardi. Relinquo Berengario de Fossa,

fratri meo, aliam domum meam de celo usque in habissum,[d] que se continet cum domo quam dimitto Marie sorori mee. Que predicte IIII[or] domus aperiunt versus viam que discurrit inter easdem domos et mansum Aimerici Pauci.

[5] Relinquo et lego Perpiniane, filie mee, jure institutionis et nomine hereditatis sue, totum quicquid sibi dedi cum viro suo, Jacobo de *Agnils*, tempore nuptiarum suarum. Item, dimitto et lego eidem filie mee nomine hereditatis sue I campum quem emi a *Mauran* in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, qui affrontat ab oriente in campo suo, quem sibi dedi cum marito suo tempore nuptiarum suarum, a meridie in campo Arnaldi *Picain*, ab occidente et ab aquilone in tenentia domus Templi.

[6] Recognosco Raymunde, uxori mee, quod attulit michi tempore nuptiarum nostrarum mille solidos malguriensium bonorum in dotem. Que dos et donatio propter nuptias suam sequatur conditionem secundum formam pactorum nuptialium sicut in instrumentis nuptialibus inter me et ipsam factis per alphabetum divisis continetur.

[7] In omnibus bonis meis mobilibus et inmobilibus et se moventibus, quecumque sint et ubicumque, instituo michi heredem domum Mansi Dei et omnes fratres dicte domus, presentes et futuros, ad omnes suas voluntates omni tempore faciendas, et ut ipsi fratres dicte domus Mansi Dei solvant et compleant totam meam supradictam manumissionem et legata mea, et restituant injurias meas prout ipsi noverint.

Hec est mea extrema voluntas, quam semper inviolabiliter servari precipio, que si non valet jure testamenti valeat saltem jure codicillorum sive alie ultime voluntatis. Actum est hoc II kalendas decembris, anno Domini MCCXL. Sig+num Poncii de Fossa predicti, qui hec omnia suprascripta et singula laudo et firmo testesque firmare rogo. Sig+++++++na Johannis de Bajolis, presbiteri, et Arnaldi de Belsa, et Johannis de Candello, et Bernardi de Palatio, et Guilelmi de Palatio, et Johannis Cerdani de Trularibus, et Raymundi Lobeti de Furchis, testium rogatorum.

Bernardus Sabte, scriptor publicus, mandato domini Nunonis Sancii scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic A per* damno. b. *Sic A per* pannis. c. *Sic A per* diaconi. d. *Sic A per* abyssum. e. *Sic A per* tenentiam. f. *Sic A per* portalem.

374

[1240, 25 de març-1241 (nou estil), 24 de març]

Guillem Gasau de Malloles la seva muller Arsenda i llur fill Pere venen a fra Guillem de Sant Esteve, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, un camp que tenen a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat l'Estany, salvat l'agrer, el braçatge, la tercera part de la cossura i una mesura d'acapte deguts a la casa del Temple de Perpinyà. Com a preu d'aquesta venda, reconeixen haver rebut 65 sous melgoresos. Els venedors es reserven la collita d'enguany.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 207r-v, acta núm. 360.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, p. 636, segons *B*.
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 248-250, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Guilelmus Gasaudus de Malleolis, et ego Arssendis, uxor ejus, et ego Petrus, filius eorum, nos omnes simul in unum, per nos et per omnes nostros presentes atque futuros bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti carta imperpetuum valitura vendimus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus tibi, fratri Guilelmo de Sancto Stephano, preceptori domus milicie Templi Perpiniani, et omnibus successoribus tuis, et cui volueritis, ad omnes vestras voluntates et successorum vestrorum omni tempore faciendas, quendam campum nostrum, quem habemus et habere debemus in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato Stagnum; affrontat ab oriente et a meridie et ab occidente in tenedone dicte domus milicie Templi Perpiniani, ab aquilone in quadam faxia terre Poncii Cucumeris de Malleolis. Sicut in hiis prenominatis IIII^{or} affrontationibus includitur, sic vendimus tibi, dicto fratri Guilelmo de Sancto Stephano, preceptori domus prefate milicie Templi Perpiniani, et omnibus successoribus tuis, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo enganno et successorum tuorum et sine ullo malo ingenio, sicut melius a vobis vel a successoribus vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et successorum tuorum. Cedimus etiam et damus tibi et successoribus tuis, et cui volueritis, ad omnes vestras et successorum vestrorum voluntates faciendas, omnes actiones et exceptiones et omnia omnino jura que adversus aliquas personas pro predicto campo habemus, vel habere aliquo modo

debemus, et modo in presenti vos in rem vestram procuratores constituimus. Hanc autem vendicionem, cessionem et donacionem facimus tibi et successoribus tuis, et cui volueritis, pretio LXV solidorum malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[a] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[b] non numerate; et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi pretii decepti sunt similiter renunciamus. Et si hec vendicio modo plus valet predicto pretio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu illa magis valentia tibi et successoribus tuis gratis inter vivos damus et laudamus, ad omnes tuas voluntates et successorum tuorum omni tempore faciendas, salvo jure dicte domus milicie Templi Perpiniani, videlicet agrario et braciatico et tercia parte cussure et una mensura de accapite. Promittimus[c] etiam tibi et successoribus tuis de predicta vendicione fore legitimos auctores et defensores[d] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et successoribus tuis per vinculum omnia bona nostra, quecumque sint et ubicumque. Nam in presenti de omni predicto campo nos et nostros denudamus et te et successores tuos, et quos volueritis, prorsus investimus et in corporalem possessionem juris et facti vos mittimus,[e] ad omnes vestras voluntates et successorum vestrorum omni tempore faciendas, retinendo nobis totum expletum predicti campi istius presentis anni. Anno Domini M° CC° XL . Sig+++na Guilelmi Gasaudi et Arsendis, uxoris ejus, et Petri, filii eorum, predictorum, qui hoc totum laudamus et firmamus firmarique rogamus. Sig+++na Arnaudi de Cereto, et Guilelmi *Cogombre* et Raymundi de Tovo, testium. Ego Guilelmus Pedregarius, sacerdos de Malleolis, mandato Jacobi Peregrini, sacriste de Malleolis, scriptoris publici hanc cartam scripsi et hoc sig-(SM)-num feci. Jacobus Peregrini, sacerdos atque sacrista de Malleolis, scriptor publicus auctoritate domini B(ernardi), Elnensis episcopi, subscripsit et hoc si-(SM)-num fecit.

a. paccatos *B*. b. peccunie *B*. c. promitimus *B*. d. deffensores *B*. e. mitimus *B*.

375

1241, 27 de març

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment de tot el convent del Masdéu, donen en acapte a Pere

Codoal un terreny d'una monallada d'ample i quatre monallades de llarg, situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 12 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Com a preu d'aquesta concessió reconeixen haver rebut 20 sous melgoresos. Concedeixen a més al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 363r-v, acta núm. 661.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, p. 656, segons *B*.
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 265-266, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciriria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu expresso tocius conventus dicte domus Mansi Dei, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Petro *Codoal*, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I monallatam de pati, de celo usque in abyssum,[a] in latitudine, et IIII[or] in longitudine, que est in terminis et in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, et affrontat ab oriente in tenencia Arnaldi de Campellis, a meridie in via publica, ab occidente in tenencia Pagani Fusterii, ab aquilone in via noella. Sicut superius dictum est, sic donamus ad accapitum tibi, dicto Petro *Codoal*, et tuis, et cui volueris, totam predictam monallatam de pati, de celo usque in abyssum,[a] integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et dicte domui Templi singulis annis in festo Natalis Domini XII denarios malgurienses de censu, vel monete curribilis per Rossillionem, et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel inpignoraretur. Verumtamen[b] si forte dictum pati vendere vel in-

pignorare volueris, nobis et successoribus nostris prius scire facias per spacium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare voluerit. Si autem forte retinere noluerimus, deinde liceat tibi et tuis illum vendere et obligare, ut dictum est, salvis juribus nostris et dicte domus Mansi Dei in omnibus. Pro hac autem donatione, quam tibi et tuis facimus, habuimus et accepimus a te XX solidos malguriensium, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Promittimus[e] etiam tibi et tuis bona fide per stipulacionem semper nos et nostros successores de predicta donacione fore legitimos auctores et defensores[f] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, et te defendemus[g] pro predicto pati adversus omnem personam placitantem te vel placitare volentem pro predicto pati, vel parte ipsius, sicut res proprie dicte domus, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona mobilia et inmobilia dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Preterea damus tibi aquaductum versus tenenciam dicte domus. Actum est hoc VI° kalendas aprilis, anno Domini M CC° XL° I°. Sig++na fratris Martini de Nessa, preceptoris domus Mansi Dei, et fratris Johannis de Ciriria, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Pagani Fusterii, et Guilelmi de Cauquolibero, et Johannis *Vel*, aluderii, testium. Ego Raymundus de Villa longa hanc cartam scripsi mandato Bernardi Sabte.

Bernardus Sabte, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. Verumptamen *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. promitimus *B*. f. deffensores *B*. g. deffendemus *B*.

376

1241, 29 de març

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Ramon Barrot, sastre, un terreny d'una monallada i mitja d'ample i quatre monallades de llarg, situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 18 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga

durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Com a preu d'aquesta concessió, reconeixen haver rebut 30 sous melgoresos. Concedeixen al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 310r-v, acta núm. 553.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 271-274, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciriria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, bona fide, sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu expresso totius conventus dicte domus Mansi Dei, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Raymundo Barroto, sartori,[a] et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I monallatam et dimidiam de pati, de celo usque in abyssum,[b] in latitudine, et IIII in longitudine, que est in terminis et in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, et affrontat ab oriente in tenencia domus Templi, a meridie similiter, ab occidente in tenencia Arnaldi Picherii, ab aquilone in via publica. Sicut superius dictum est, sic damus ad accapitum tibi, dicto Raymundo Barroto, et tuis, et cui volueris, totam predictam monallatam et dimidiam de pati, de celo usque in abissum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et dicte domui Templi singulis annis in festo Natalis Domini XVIII denarios malgurienses de censu, vel monete curribilis per Rossillionem, et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel inpignoraretur. Verumtamen si forte dictum pati vendere vel inpignorare volueris, nobis et successoribus nostris prius scire facias per spacium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare voluerit. Si autem forte retinere noluerimus, deinde liceat tibi et tuis illum vendere et obligare, ut dictum est, salvis juribus nostris et dicte domus Mansi Dei in omnibus. Pro hac autem donatione, quam tibi et tuis facimus, ha-

buimus et accepimus a te XXX solidos malguriensium, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Promittimus etiam tibi et tuis bona fide per stipulationem semper nos et nostros successores de predicta donatione fore legitimos auctores et defensores[e] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, et te defendemus[f] pro predicto pati adversus omnem personam placitantem te vel placitare volentem pro predicto pati, vel parte ipsius, sicut res proprie dicte domus, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona mobilia et inmobilia dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Preterea damus tibi aqueductum versus tenenciam dicte domus. Actum est hoc IIII kalendas aprilis, anno Domini M CC° XL° I°. Sig++na fratris Martini de Nessa, preceptoris domus Mansi dei, et fratris Johannis de Ciriria, preceptoris domus Templi Perpiniani, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Pagani Fusterii, et Guilelmi de Caucolibero, et Guilelmi Pelegrini de Malleolis, testium. Ego Raymundus de Villa longa hanc cartam scripsi mandato Bernardi Sabte.

Bernardus Sabte, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. sutori *B*. b. habissum *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. defensores *B*. f. deffendemus *B*.

377

1241, 29 de març

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Guillem de Cotlliure un terreny d'una monallada i mitja d'ample i quatre monallades de llarg, situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 18 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 30 sous melgoresos. Concedeixen al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 410v-411, acta núm. 763.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 269-270, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciriria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu expresso totius conventus dicte domus Mansi Dei, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo de Cauquolibero, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I monallatam et dimidiam de pati, de celo usque in abyssum,[a] in latitudine, et IIII[or] in longitudine, quas habemus in terminis et in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, et affrontant ab oriente in tenencia Bernardi de *Prissilans*, a meridie in via publica, ab occidente in tenencia Poncii de Cauquolibero, ab aquilone in via noella. Sicut superius dictum est, sic damus ad accapitum tibi, dicto Guilelmo de Cauquolibero, et tuis, et cui volueris, totam predictam monallatam et dimidiam de pati, de celo usque in abyssum,[a] integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et dicte domui Templi singulis annis in festo Natalis Domini XVIII denarios malgurienses de censu, vel monete curribilis per Rossillionem, et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel inpignoraretur. Verumtamen[b] si forte dictum pati vendere vel inpignorare volueris, nobis et successoribus nostris prius scire facias per spacium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare voluerit, si autem forte retinere noluerimus, deinde liceat tibi et tuis illum vendere et inpignorare, ut dictum est, salvis juribus nostris et dicte domus Mansi Dei in omnibus. Pro hac autem donacione, quam tibi et tuis facimus, habuimus et accepimus a te XXX solidos malguriensium, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Promittimus[e] etiam tibi et tuis bona fide per stipulationem semper nos et nostros successores de predicta donacione fore legitimos auctores et defensores[f] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, et te defendemus[g] pro predicto pati

adversus omnem personam placitantem te, vel placitare volentem pro predicto pati, vel parte ipsius, sicut res proprie dicte domus, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona mobilia et inmobilia dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Preterea damus tibi aquaductum versus tenenciam dicte domus. Actum est hoc IIII° kalendas aprilis, anno Domini M° CC° XL° I°. Sig++na fratris Martini de Nessa, preceptoris domus Mansi Dei, et fratris Johannis de Ciriria predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Poncii de Cauquolibero, et Petri Cadoalis, et Pagani Fusterii, testium. Ego Raymundus de Villa longa hanc cartam scripsi mandato Bernardi Sapte. Bernardus Sapte, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum B. b. verumptamen *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. promitimus *B*. f. deffensores *B*. g. deffendemus *B*.

378

1241, 29 de març

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Joan Vilavedre, pellaire, un terreny de dues monallades, és a dir, dues monallades d'ample i quatre monallades de llarg, situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 40 sous. Concedeixen al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 412r-v, acta núm. 767.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 267-268, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciriria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu expresso totius conventus dicte domus Mansi Dei, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter

tradimus ad accapitum tibi, Johanni *Vilavedre*, pellicerio, et tuis et cui volueris, ad omnes tuas voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, II monallatas de pati, de celo usque in abyssum,[a] videlicet II in latitudine et IIII[or] in longitudine, quas habemus in terminis et in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, et affrontant ab oriente in tenencia Johannis Fabri, a meridie in tenencia domus Templi, ab occidente in via noella, ab aquilone in via publica. Sicut superius dictum est, sic damus ad accapitum tibi, dicto Johanni *Vilavedre,* et tuis, et cui volueris, totas predictas II monallatas de pati, de celo usque in abyssum,[a] integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et dicte domui Templi singulis annis in festo Natalis Domini II solidos malguriensium de censu, vel monete curribilis per Rossillionem, et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel inpignoraretur. Verumtamen si forte dictum pati vendere vel inpignorare volueris, nobis et successoribus nostris prius scire facias per spacium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare voluerit. Si autem forte retinere noluerimus, deinde liceat tibi et tuis illum vendere et obligare, ut dictum est, salvis juribus nostris et dicte domus Mansi Dei in omnibus. Pro hac autem donacione, quam tibi et tuis facimus, habuimus et accepimus a te XL solidos malguriensium, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Promittimus[d] etiam tibi et tuis bona fide per stipulationem semper nos et nostros successores de predicta donacione fore legitimos auctores et defensores[e] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, et te defendemus[f] pro predicto pati adversus omnem personam placitantem te, vel placitare volentem pro predicto pati, vel parte ipsius, sicut res proprie dicte domus, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona mobilia et inmobilia dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Preterea damus tibi aquaductum versus tenenciam dicte domus. Actum est hoc IIII° kalendas aprilis, anno Domini M° CC° XL° primo. Sig++na fratris Martini de Nessa, preceptoris domus Mansi Dei, et fratris Johannis de Ciriria predictorum, qui hec omnia laudamus et fir-

mamus. Sig+++na Pagani Fusterii, et Guilelmi de Cauquolibero et Guilelmi Pelegrini de Malleolis, testium. Ego Guilelmus Sapte hanc cartam scripsi mandato Bernardi Sapte. Bernardus Sapte, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. paccatos *B*. c. peccunie *B*. d. promitimus *B*. e. deffensores *B*. f. deffendemus *B*.

379

1241, 29 de març

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Joan Vel, adober, un terreny d'una monallada d'ample i quatre monallades de llarg, situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 12 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 20 sous melgoresos. Concedeixen al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 418r-v, acta núm. 781.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 275-276, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciriria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu expresso tocius conventus dicte domus Mansi Dei, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Johanni *Vel*, aluderio, et tuis et cui volueris, ad omnes tuas voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I monallatam de pati, de celo usque in abyssum,[a] in latitudine et IIII[or] in longitudine, quas habemus in terminis et in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, et affrontant ab oriente in tenencia Pagani Fusterii, a meridie in via publica, ab occidente in via que transit per tenenciam nostram et tenenciam domus Fratrum Minorum, ab aquilone in via noella. Sicut superius dictum est, sic

damus ad accapitum tibi, dicto Johanni *Vel*, et tuis, et cui volueris, totam predictam monallatam de pati, de celo usque in abyssum,[a] integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et[b] egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et dicte domui Templi singulis annis in festo Natalis Domini XII denarios malgurienses de censu, vel monete curribilis per Rossillionem, et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel inpignoraretur. Verumtamen si forte dictum pati vendere vel inpignorare volueris, nobis et successoribus nostris prius scire facias per spacium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare voluerit. Si autem forte retinere noluerimus, deinde liceat tibi et tuis illum vendere vel inpignorare, ut dictum est, salvis juribus nostris et dicte domus Mansi Dei in omnibus. Pro hac autem donacione, quam tibi et tuis facimus, habuimus et accepimus a te XX solidos malguriensium, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Promittimus[e] etiam tibi bona fide per stipulacionem semper nos et nostros successores de predicta donacione fore legitimos auctores et defensores[f] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, et te defendemus[g] pro predicto pati adversus omnem personam placitantem te, vel placitare volentem pro predicto pati, vel parte ipsius, sicut res proprie dicte domus, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona mobilia et inmobilia dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Preterea damus tibi aquaductum versus tenenciam dicte domus. Actum est hoc IIII° kalendas aprilis, anno Domini M° CC° XL° primo. Sig++na fratris Martini de Nessa, preceptoris domus Mansi Dei, et fratris Johannis de Ciriria predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Petri *Carles*, et Pagani Fusterii, et Guilelmi de Cauquolibero, testium. Ego Raymundus de Villa longa hanc cartam scripsi mandato Bernardi Sapte. Bernardus Sapte, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. suis et *afegit a la interlínia B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. promitimus *B*. f. deffensores *B*. g. deffendemus *B*.

380

1241, 29 de març

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Pagà Fuster un terreny de dues monallades d'ample i quatre monallades de llarg, situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 40 sous. Concedeixen al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 413v, acta núm. 770.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 277-278, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciriria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu expresso totius conventus dicte domus Mansi Dei, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Pagano Fusterio, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, II monallatas de pati, de celo usque in abyssum,[a] in latitudine et IIII[or] in longitudine, quas habemus in terminis et in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, et affrontant ab oriente in tenencia Petri *Cadoal*, a meridie in via publica, ab occidente in tenencia Johannis *Vel*, ab aquilone in via noella. Sicut superius dictum est, sic damus ad accapitum tibi, dicto Pagano Fusteri, et tuis, et cui volueris, totas predictas II monallatas de pati, de celo usque in abyssum,[a] integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et dicte domui Templi singulis annis in festo Natalis Domini II solidos malguriensium de censu, vel monete curribilis per Rossillionem,

et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel inpignoraretur. Verumtamen si forte dictum pati vendere vel inpignorare volueris, nobis et successoribus nostris prius scire facias per spacium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare voluerit. Si autem forte retinere noluerimus, deinde liceat tibi et tuis illum vendere et obligare, ut dictum est, salvis juribus nostris et dicte domus Mansi Dei in omnibus. Pro hac autem donacione, quam tibi et tuis facimus, habuimus et accepimus a te XL solidos malguriensium, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Promittimus[d] etiam tibi et tuis bona fide per stipulationem semper nos et nostros successores de predicta donacione fore legitimos auctores et defensores[e] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, et te defendemus[f] pro predicto pati adversus omnem personam placitantem te, vel placitare volentem pro predicto pati, vel parte ipsius, sicut res proprie dicte domus, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona mobilia et inmobilia dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Preterea damus tibi aquaductum versus tenenciam dicte domus. Actum est hoc IIII° kalendas aprilis, anno Domini M° CC° XL° I°. Sig++na fratris Martini de Nessa, et fratris Johannis de Ciriria predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi de Cocolibero, et Guilelmi Pelegrini de Malleolis, et Johannis *Vel*, testium. Ego Guilelmus Sapte hanc cartam scripsi mandato Bernardi Sapte.

Bernardus Sapte, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. paccatos *B*. c. peccunie *B*. d. promittimus *B*. e. deffensores *B*. f. deffendemus *B*.

381

1241, 8 d'abril

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Guillem Fabre de Ripoll i a Guillema, la seva esposa, un terreny d'una monallada i mitja d'ample i quatre monallades de llarg que tenen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. Els terratgers hauran de donar-los 18 diners melgoresos de

cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 30 sous melgoresos. Concedeixen als terratgers el dret d'evacuar llurs aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 390r-v, acta núm. 717.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 281-282, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego (frater)[a] Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciraria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu expressu tocius conventus dicte domus Mansi Dei, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo Fabri de Riupullo, et tibi, Guilelme, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis, ad omnes vestras voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I monallatam et dimidiam de pati, de celo usque in abyssum,[b] in latitudine, et IIII[or] in longitudine, quas habemus in terminis et in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, et affrontant ab oriente in tenencia Bernardi Caironi, a meridie in tenencia nostra, ab occidente in tenencia Guilelmi de Sala, ab aquilone in via publica. Sicut superius dictum est, sic damus ad accapitum vobis, dictis Guilelmo Fabro et Guilelme, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis, totam predictam monallatam et dimidiam de pati, de celo usque in abyssum,[b] integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, sub tali quidem forma et pacto quod vos vel vestri, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et dicte domui Templi singulis annis in festo Natalis Domini XVIII denarios malgurienses de censu, vel monete curribilis per Rossillionem, et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel inpignoretur. Verumtamen si forte dictum pati vendere vel inpignorare volueritis, nobis et successoribus nostris prius scire faciatis[c] per spacium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare voluerit; et si forte retinere noluerimus, deinde liceat vobis et vestris illum

vendere et obligare, ut dictum est, salvis juribus nostris et dicte domus Mansi Dei in omnibus. Pro hac autem donacione, quam vobis et vestris facimus, habuimus et accepimus a vobis XXX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[e] non numerate. Promittimus[f] etiam vobis et vestris bona fide per stipulationem semper nos et nostros successores de predicta donacione fore legitimos auctores et defensores[g] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, et vos defendemus[h] pro predicto pati adversus omnem personam placitantem vos, vel placitare volentem pro predicto pati, vel parte ipsius, sicut res proprie dicte domus, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona mobilia et inmobilia dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Preterea damus vobis aquaductum versus tenenciam dicte domus. Actum est hoc VI° idus aprilis, anno Domini M° CC° XL° primo. Sig++na fratris Martini de Nessa, et fratris Johannis de Ciriria, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Bernardi Caironi, et Guilelmi Pelegrini de Malleolis et Guilelmi Sapte, testium. Ego Raymundus de Villa Longa hanc cartam scripsi mandato Bernardi Sapte.

Bernardus Sabte, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. frater *omès B.* b. habissum *B.* c. facias *B.* d. paccatos *B.* e. peccunie *B.* f. promitimus *B.* g. deffensores *B.* h. deffendemus *B.*

382

1241, 8 d'abril

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Ponç de Cotlliure un terreny d'una monallada i mitja d'ample i quatre monallades de llarg que tenen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 18 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 30 sous melgoresos. Concedeixen al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

A[1] Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la F, pergamí, amplada 230 mm, alçada 110 mm, ADPO, Hp188.[276]

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 441r-v, acta núm. 836, versemblantment segons *A*[1].

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 279-280, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciriria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura in perpetuum[a] valitura, voluntate et assensu expresso totius conventus dicte domus Mansi Dei, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Poncio de Cauquolibero, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I monallatam et dimidiam de pati, de celo usque in habissum,[b] in latitudine, et IIII[or] in longitudine, qui[c] est in terminis et in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano; et affrontant ab oriente in tenencia Guilelmi de Cauquolibero,[d] a meridie in via publica, ab occidente in tenencia Guilelmi Fabri de Castro Rossilione,[e] ab aquilone in via novella. Sicut superius dictum est, sic damus ad accapitum tibi, dicto Poncio de Cauquolibero, et tuis, et cui volueris, totam predictam I monallatam et dimidiam de pati, de celo usque in habissum,[b] integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a te vel a tuis intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et dicte domui Templi singulis annis in festo Natalis Domini XVIII denarios malgurienses de censu, vel monete curribilis per Rossilionem,[f] et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel inpignoraretur. Verumtamen si forte dictum pati vendere vel inpignorare volueris, nobis et successoribus nostris prius scire facias per spacium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare voluerit. Si autem forte retinere noluerimus, deinde liceat tibi et tuis illum vendere et obligare, ut dictum est,

276. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2755».

salvis juribus nostris et dicte domus Mansi Dei in omnibus. Pro hac autem donatione, quam tibi et tuis facimus, habuimus et accepimus a te XXX solidos malguriensium bonorum, de quibus per paccatos[g] nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie[h] non numerate. Promittimus[i] tibi et tuis bona fide per stipulationem semper nos et nostros successores de predicta donatione fore legitimos auctores et deffensores[j] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, et te deffendemus[k] pro predicto pati adversus omnem personam placitantem te, vel placitare volentem pro predicto pati, vel parte ipsius, sicut res proprie dicte domus, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona mobilia et inmobilia dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Preterea damus tibi aquaductum versus tenenciam dicte domus.

Actum est hoc VI idus aprilis, anno Domini MCCXLI. Sig++na fratris Martini de Nessa, et fratris Johannis de Ciriria[l] predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Petri *Cadoal*, et Guilelmi Pelegrini de Malleolis, et Guilelmi de Cauquolibero, testium. Ego Guilelmus Sabte[m] hanc cartam scripsi mandato Bernardi Sabte.[m]

Bernardus Sabte,[m] scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. imperpetuum *B*. b. *Sic A*^{1} *B per* abyssum. c. quod *B*. d. Caucolibero *B*. e. Rossillione *B*. f. Rossillionem *B*. g. *Sic A*^{1} *B per* pacatos. h. *Sic A*^{1} *B per* pecunie *B*. i. promitimus *B*. j. *Sic A*^{1} *B per* defensores. k. *Sic A*^{1} *B per* deffendemus. l. Ciraria *B*. m. Sapte *B*.

383

1241, 9 d'abril

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Bernat Cairó, sabater, un terreny d'una monallada i mitja d'ample i quatre monallades de llarg que tenen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 18 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 30 sous melgoresos. Concedeixen al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 350, acta núm. 636.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 283-284, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciriria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu expresso tocius conventus dicte domus Mansi Dei, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Bernardo *Cairon*, sutori, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I monallatam et dimidiam de pati, de celo usque in abyssum,[a] in latitudine, et IIII[or] in longitudine, quas habemus in terminis et in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, et affrontant ab oriente in tenencia Arnaldi Picherii, a meridie in tenencia nostra, ab occidente in tenencia Guilelmi Fabri de Riupullo, ab aquilone in via publica. Sicut superius dictum est, sic damus ad accapitum tibi, dicto Bernardo *Cairon*, et tuis, totam predictam monallatam et dimidiam de pati, de celo usque in abyssum,[a] integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et dicte domui Templi singulis annis in festo Natalis Domini XVIII denarios malgurienses de censu, vel monete curribilis per Rossillionem, et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel inpignoraretur. Verumtamen si forte dictum pati vendere vel inpignorare volueris, nobis et successoribus nostris prius scire facias per spacium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare voluerit. Et si autem forte retinere noluerimus, deinde liceat tibi et tuis illum vendere et obligare, ut dictum est, salvis juribus nostris et dicte domus Mansi Dei in omnibus. Pro hac autem donacione, quam tibi et tuis facimus, habuimus et accepimus a te XXX[a] solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Promittimus[d] etiam tibi et tuis bona fide per stipulationem semper nos et nostros successores de

predicta donacione fore legitimos auctores et defensores[e] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione; et te defendemus[f] pro predicto pati adversus omnem personam placitantem te, vel placitare volentem pro predicto pati, vel parte ipsius, sicut res proprie dicte domus, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona mobilia et inmobilia dicte domus Mansi Dei quecumque sint et ubicumque. Preterea damus tibi aquaductum versus tenenciam dicte domus. Actum est hoc V° idus aprilis, anno Domini M° CC° XL° primo. Sig++na fratris Martini de Nessa, et fratris Johannis de Ciriria, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Pelegrini de Malleolis, et Guilelmi Fabri de Riupullo, et Petri Mascioti, testium. Ego Guilelmus Sabte hanc cartam scripsi mandato Bernardi Sabte. Bernardus Sabte, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. paccatos *B*. c. peccunie *B*. d. promitimus *B*. e. deffensores *B*. f. deffendemus *B*.

384

1241, 14 d'abril

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Bernat Canisser un terreny de dues monallades d'ample i quatre monallades de llarg que tenen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 40 sous. Concedeixen al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 355v-356, acta núm. 647.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 289-290, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciriria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu expresso tocius conventus dicte domus Mansi Dei,

donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Bernardo Canisserio, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, II monallatas de pati, de celo usque in abyssum,[a] in latitudine, et IIII[or] in longitudine, quas habemus in terminis et in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Berengarii Amalrici, a meridie in tenencia dicte domus, ab occidente in tenencia Bernardi Cerdani, ab aquilone in via publica. Sicut superius dictum est, sic donamus ad accapitum tibi, dicto Bernardo Canisserio, et tuis, et cui volueris, predictas totas II monallatas de pati, de celo usque in abyssum,[a] integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et dicte domui Templi singulis annis in festo Natalis Domini II solidos malguriensium de censu, vel monete curribilis per Rossillionem, et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel inpignoraretur. Verumtamen[b] si forte dictum pati vendere vel inpignorare volueris, nobis et successoribus nostris prius scire facias per spacium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare voluerit. Et si forte retinere noluerimus, deinde liceat tibi et tuis illum vendere et obligare, ut dictum est, salvis juribus nostris et dicte domus Mansi Dei in omnibus. Pro hac autem donacione habuimus et accepimus a te XL solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Promittimus[e] etiam tibi et tuis bona fide per stipulacionem semper nos et nostros successores de predicta donacione fore legitimos auctores et defensores[f] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, et te defendemus[g] pro predicto pati adversus omnem personam placitantem te, vel placitare volentem pro predicto pati, vel parte ipsius, sicut res proprie dicte domus, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona mobilia et inmobilia dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Preterea damus tibi aquaductum versus tenenciam dicte domus. Actum est hoc XVIII° kalendas madii, anno Domini M° CC° XL° I°. Sig++na fratris Martini de Nessa, et fratris Johannis de Ciriria predictorum,

qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Bernardi Timiame, et Arnaldi Piquerii, et Petri de Corniliano, pellicerii, testium. Ego Guilelmus Sapte, mandato Bernardi *Sabors*, scripsi post mortem Bernardi Sapte, scriptoris publici, hoc instrumentum laudatum in posse suo. Ego Bernardus *Sabors*, scriptor publicus, huic instrumento laudato in posse Bernardi Sapte condam publici scriptoris, post mortem ejus, mandato domini Nunonis Sancii, subscripsi, et feci hoc sig-(SM)-num.

a. habissum *B*. b. verumptamen *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. promitimus *B*. f. deffensores *B*. g. deffendemus *B*.

385

1241, 14 d'abril

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Guillem Fabre de Castell-rosselló un terreny de dues monallades d'ample i quatre monallades de llarg que tenen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 40 sous. Concedeixen al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 365, acta núm. 665.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 287-288, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciriria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu expresso tocius conventus dicte domus Mansi Dei, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo Fabro de Castro Rossilione, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, II monallatas de pati, de celo usque in abyssum,[a] in latitudine, et IIII[or] in longitudine, quas habemus in terminis et in adjacencia

Sancti Johannis de Perpiniano, et affrontat ab oriente in tenencia Poncii de Cauquolibero,[b] a meridie in via publica, ab occidente in tenencia Ermengaldi de Furchis, ab aquilone in via novella. Sicut superius dictum est, sic donamus ad accapitum tibi, dicto Guilelmo Fabro, et tuis, et cui volueris, totas predictas II monallatas de pati, de celo usque in abyssum,[a] integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et dicte domui Templi singulis annis in festo Natalis Domini II solidos malguriensium de censu, vel monete curribilis per Rossillionem, et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel inpignoraretur. Verumtamen[c] si forte dictum pati vendere vel inpignorare volueris, nobis et successoribus nostris prius scire facias per spacium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare voluerit. Et si forte retinere noluerimus, deinde liceat tibi et tuis illum vendere et obligare, ut dictum est, salvis juribus nostris et dicte domus Mansi Dei in omnibus. Pro hac autem donacione, quam tibi et tuis facimus, habuimus et accepimus a te XL solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[e] non numerate. Promittimus[f] etiam tibi et tuis bona fide per stipulacionem semper nos et nostros successores de predicta donacione fore legitimos auctores et defensores[g] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, et te defendemus[h] pro predicto pati adversus omnem personam placitantem te, vel placitare volentem pro predicto pati, vel parte ipsius, sicut res proprie dicte domus, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona mobilia et immobilia dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Preterea damus tibi aquaductum versus tenenciam dicte domus. Actum est hoc XVIII° kalendas madii, anno Domini M° CC° XL° primo. Sig++na fratris Martini de Nessa, et fratris Johannis de Ciriria, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Ermengaldi de Furchis, et Berengarii *Lanter*, et Arnaldi Capelle, testium. Ego Guilelmus Sapte, mandato Bernardi *Sabors*, scripsi post mortem Bernardi Sapte, scriptoris publici, hoc instrumentum laudatum in posse suo. Ego Bernardus *Sabors,* scriptor publicus, huic instrumento laudato in posse Bernardi Sapte condam publici

scriptoris, post mortem ejus, mandato domini Nunonis Sancii, subscripsi, et feci hoc sig-(SM)-num.

a. habissum *B*. b. Caucoquolibero *B*. c. verumptamen *B*. d. pacatos *B*. e. pecunie *B*. f. promitimus *B*. g. deffensores *B*. h. deffendemus *B*.

386

1241, 14 d'abril

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Ramon Cogombre de Malloles un terreny d'una monallada i mitja d'ample i quatre monallades de llarg que tenen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 18 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 30 sous melgoresos. Concedeixen al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 378r-v, acta núm. 691.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 285-286, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciriria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu expresso tocius conventus dicte domus Mansi Dei, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Raymundo Cucumerio de Malleolis, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam monallatam et dimidiam de pati in latitudine et IIII^{or} in longitudine, quas habemus in terminis et in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, et affrontant ab oriente in tenencia Guilelmi Cucumeri, a meridie in tenencia Templi, ab occidente in tenencia Berengarii *Valsera*, ab aquilone in via novella. Sicut superius dictum est, sic damus ad accapitum tibi, dicto Raymundo Cucumero, et tuis, et cui volueris, totam predictam monallatam et dimidiam de pati, de celo usque in abyssum,[a] integriter ac generaliter, cum

ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et dicte domui Templi singulis annis in festo Natalis Domini XVIII denarios malgurienses de censu, vel monete curribilis per Rossillionem, et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel inpignoraretur. Verumtamen, si forte dictum pati vendere vel inpignorare volueris, nobis et successoribus nostris prius scire facias per spacium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare voluerit. Et si forte retinere noluerimus, deinde liceat tibi et tuis illum vendere et obligare, ut dictum est, salvis juribus nostris et dicte domus Mansi Dei in omnibus. Pro hac autem donacione, habuimus et accepimus a te XXX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Promittimus[d] etiam tibi et tuis bona fide et per stipulacionem semper nos et nostros successores de predicta donacione fore legitimos auctores et defensores[e] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione. Et te defendemus[f] pro predicto pati adversus omnem personam placitantem te vel placitare volentem pro predicto pati, vel parte ipsius, sicut res proprie dicte domus, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona mobilia et immobilia dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Preterea damus tibi aquaductum versus tenenciam dicte domus. Actum est hoc XVIII° kalendas madii, anno Domini M° CC° XL° primo. Sig++na fratris Martini de Nessa, et fratris Johannis de Ciriria predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Pelegrini de Malleolis, et Bernardi Timiame, et Bernardi Boneti, testium. Ego Guilelmus Sapte, mandato Bernardi *Sabors*, scripsi post mortem Bernardi Sapte, scriptoris publici, hoc instrumentum laudatum in posse suo. Ego Bernardus *Sabors,* scriptor publicus, huic instrumento laudato in posse Bernardi Sapte condam publici scriptoris, post mortem ejus, mandato domini Nunonis Sancii, subscripsi, et suprascripsi in XXV linea «dicte domus Mansi Dei», et feci hoc sig-(SM)-num.

a. habissum *B*. b. pacatos *B*. c. pecunie *B*. d. promitimus *B*. e. deffensores *B*. f. deffendemus *B*.

FUNDACIÓ ROGUERA

387

1241, 14 d'abril

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Ermengol de Forques, blanquer, un terreny de dues monallades d'ample i quatre monallades de llarg que tenen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 40 sous. Concedeixen al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 404, acta núm. 747.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 291-292, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciriria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu expresso tocius conventus dicte domus Mansi Dei, donamus, laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Ermengaudo de Furchis, curaterio, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, II monallatas de pati, de celo usque in abyssum,[a] in latitudine et IIII[or] in longitudine, quas habemus in terminis et in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, et affrontant ab oriente in tenencia Guilelmi Fabri, a meridie in via publica, ab occidente in tenencia Bernardi de Siurana, ab aquilone in via noella. Sicut superius dictum est, sic donamus ad accapitum tibi, dicto Emengaldo de Furchis, et tuis, et cui volueris, totas predictas II monallatas de pati, de celo usque in abyssum,[a] integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et dicte domui Templi singulis annis in festo Natalis Domini II solidos

malguriensium de censu, vel monete curribilis per Rossillionem, et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel inpignoraretur. Verumtamen, si forte etiam dictum pati vendere vel inpignorare volueris, nobis et successoribus nostris prius scire facias per spacium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare voluerit; et si forte retinere noluerimus, deinde liceat tibi et tuis illum vendere et obligare, ut dictum est, salvis juribus nostris et dicte domus Mansi Dei in omnibus. Pro hac autem donacione, quam tibi et tuis facimus, habuimus et accepimus a te XL solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Promittimus[d] etiam tibi et tuis bona fide et per stipulacionem semper nos et nostros successores de predicta donacione fore legitimos auctores et defensores[e] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, et te defendemus[f] pro predicto pati adversus omnem personam placitantem te, vel placitare volentem pro predicto pati, vel parte ipsius, sicut res proprie dicte domus, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona mobilia et inmobilia dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Preterea damus tibi aquaductum versus tenenciam dicte domus. Actum est hoc XVIII° kalendas madii, anno Domini M° CC° XL° I°. Sig++na fratris Martini de Nessa, et fratris Johannis de Ciriria predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Fabri, et Berengarii *Lanter*, et Arnaldi Capelle, testium. Ego Guilelmus Sapte hanc cartam scripsi mandato Bernardi Sapte.

Bernardus Sapte, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. pacatos *B*. c. pecunie *B*. d. promitimus *B*. e. deffensores *B*. f. deffendemus *B*.

388

1241, 15 d'abril

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Arnau de Campelles un terreny d'una monallada i mitja d'ample i quatre monallades de llarg que tenen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 18 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi

en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 30 sous melgoresos. Concedeixen al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 342r-v, acta núm. 621.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 297-300, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciraria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu expresso tocius conventus dicte domus Mansi Dei, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Arnaldo de *Campels*, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I monallatam et dimidiam de pati, de celo usque in abyssum,[a] in latitudine, et IIII[or] in longitudine, quas habemus in terminis et in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, et affrontant ab oriente in tenencia Bernardi de Siurana, a meridie in via, ab occidente in tenencia Petri *Cadoal*, ab aquilone in via *noel*. Sicut superius dictum est, sic donamus ad accapitum tibi, dicto Arnaldo de *Campels*, et tuis, et cui volueris, totam predictam monallatam et dimidiam de pati, de celo usque in abyssum,[a] integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et dicte domui Templi singulis annis in festo Natalis Domini XVIII denarios malgurienses de censu, vel monete curribilis per Rossillionem, et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel inpignoraretur. Verumtamen si forte dictum pati vendere vel inpignorare volueris, nobis et successoribus nostris prius scire facias per spacium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare[b] voluerit; et si forte retinere noluerimus, deinde liceat tibi et tuis illum vendere et obligare, ut dictum est, salvis juribus nostris et dicte domus Mansi Dei in omnibus.

Pro hac autem donacione, quam tibi et tuis facimus, habuimus et accepimus a te XXX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Promittimus[e] etiam tibi et tuis bona fide per stipulacionem semper nos et nostros successores de predicta donacione fore legitimos auctores et defensores[f] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, et te defendemus[g] pro predicto pati adversus omnem personam placitantem te, vel placitare volentem pro predicto pati vel parte ipsius, sicut res proprie dicte domus, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona mobilia et inmobilia dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Preterea damus tibi aquaductum versus tenenciam dicte domus. Actum est hoc XVII° kalendas madii, anno Domini M° CC° XL° I°. Sig++na fratris Martini de Nessa et fratris Johannis de Ciriria predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Arnaldi Picherii, et Petri de Corniliano, pellicerii, et Bernardi Timiame, testium. Ego Raymundus de Villa longa, mandato Bernardi *Sabors* scripsi post mortem Bernardi Sapte, scriptoris publici, hoc instrumentum laudatum in posse suo. Ego Bernardus *Sabors,* scriptor publicus, huic instrumento laudato in posse Bernardi Sapte condam publici scriptoris, post mortem ejus, mandato domini Nunonis Sancii subscripsi, et suprascripsi in IIII[a] linea «Dei», et feci hoc sig-(SM)-num.

a. habissum *B*. b. acomodare *B*. c. pacatos *B*. d. pecunie *B*. e. promitimus *B*. f. deffensores *B*. g. deffendemus *B*.

389

1241, 15 d'abril

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Bernat Cerdà, pelleter, un terreny de dues monallades d'ample i quatre monallades de llarg que tenen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 40 sous. Concedeixen al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 345v-346, acta núm. 628.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 301-303, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciraria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu expresso tocius conventus dicte domus Mansi Dei, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Bernardo Cerdano, pellipario, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, II monallatas de pati, de celo usque in abyssum,[a] in latitudine, et IIII[or] in longitudine, quas habemus in terminis et in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano,[b] et affrontat ab oriente in tenencia Bernardi *Canisser*, a meridie[c] et ab occidente in tenencia Templi, ab aquilone in via. (Sicut)[d] superius dictum est, sic donamus ad accapitum tibi, dicto Bernardo Cerdano, et tuis, et cui volueris, totas predictas II monallatas de pati, de celo usque in abyssum,[a] integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et dicte domui Templi singulis annis in festo Natalis Domini II solidos malguriensium de censu, vel monete curribilis per Rossillionem, et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel inpignoraretur. Verumtamen si forte dictum pati vendere vel inpignorare volueris, nobis et successoribus nostris prius scire facias per spacium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare voluerit; et si forte retinere noluerimus, deinde liceat tibi et tuis illum vendere et obligare, ut dictum (est),[e] salvis juribus nostris et dicte domus Mansi Dei in omnibus. Pro hac autem donacione quam tibi et tuis facimus, habuimus et accepimus a te XL solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[f] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[g] non numerate. Promittimus[h] etiam tibi et tuis bona fide per stipulacionem semper nos et nostros successores de predicta donacione fore legitimos

auctores et defensores[i] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, et te defendemus[j] pro predicto pati adversus omnem personam placitantem te, vel placitare volentem pro predicto pati vel parte ipsius, sicut res proprie dicte domus, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona mobilia et inmobilia dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Preterea damus tibi aquaductum versus tenenciam dicte domus. Actum est hoc XVII kalendas madii, anno Domini M° CC° XL° primo. Sig++na fratris Martini de Nessa, et fratris Johannis de Ciriria predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Arnaldi Picherii, et Petri de Corniliano, pelliparii, et Bernardi Timiame, testium. Ego Raymundus de Villa longa, mandato Bernardi *Sabors*, scripsi post mortem Bernardi Sapte, scriptoris publici, hoc instrumentum laudatum in posse suo, et suprascripsi in XX[a]III[a] linea «et B. Timiame.» Ego Bernardus *Sabors,* scriptor publicus, huic instrumento laudato in posse Bernardi Sapte quondam publici scriptoris, post mortem ejus, mandato domini Nunonis Sancii, subscripsi, et feci hoc sig-(SM)-num.

a. habissum *B*. b. Perpiniani de Perpiniano *B*. c. meridie *afegit a la interlínia B*. d. sicut *omès B*. e. est *omès B*. f. pacatos *B*. g. pecunie *B*. h. promitimus *B*. i deffensores *B*. j. deffendemus *B*.

390

1241, 15 d'abril

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Joan Fabre de Sala un terreny d'una monallada d'ample i quatre monallades de llarg, situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 12 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 20 sous melgoresos. Concedeixen al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 376v-377, acta núm. 688.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 293-294, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes

de Ciriria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu tocius conventus dicte domus Mansi Dei, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Johanni Fabro de Sala, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam monallatam de pati, de celo usque in abyssum,[a] in latitudine, et IIII[or] in longitudine, quas habemus in terminis et in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, et affrontat ab oriente in tenencia Guilelmi de Sala, a meridie in tenencia Templi, ab occidente in tenencia Guilelmi *Croses*, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, sic donamus ad accapitum tibi dicto Johanni Fabro de Sala, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates faciendas, totam predictam monallatam de pati, de celo usque in abyssum,[a] integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et dicte domui Templi singulis annis in festo Natalis Domini XII denarios malgurienses de censu, vel monete curribilis per Rossillionem, et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel inpignoraretur. Verumtamen,[b] si forte dictum pati vendere vel inpignorare volueris, nobis et successoribus nostris prius scire facias per spacium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare voluerit; et si forte retinere noluerimus, deinde liceat tibi et tuis illum vendere et obligare, ut dictum est. Pro hac autem donacione, quam tibi et tuis facimus, habuimus et accepimus a te XX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Promittimus[e] etiam tibi et tuis bona fide per stipulacionem semper nos et nostros successores de predicta donacione fore legitimos auctores et defensores[f] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, et te defendemus[g] pro predicto pati adversus omnem personam placitantem te, vel placitare volentem pro predicto pati, vel parte ipsius, sicut res proprie dicte domus, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona mobilia et

inmobilia dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Preterea damus tibi aquaductum versus tenenciam dicte domus. Actum est hoc XVII° kalendas madii, anno Domini M° CC° XL° primo. Sig++na fratris Martini de Nessa et fratris Johannis de Ciriria predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Raymundi *Barrot,* et Bernardi de Siurana, et Guilelmi Fabri de Sala, testium. Ego Raymundus de Villa longa, mandato Bernardi *Sabors*, scripsi post mortem Bernardi Sapte, scriptoris publici, hoc instrumentum laudatum in posse suo. Ego Bernardus *Sabors,* scriptor publicus, huic instrumento laudato in posse Bernardi Sapte condam publici scriptoris, post mortem ejus, mandato domini Nunonis Sancii, subscripsi, et feci hoc sig-(SM)-num.

a. habissum *B*. b. verumptamen *B*. c. pacatos *B*. d. pecunie *B*. e. promitimus *B*. f. deffensores *B*. g. deffendemus *B*.

391

1241, 15 d'abril

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Arnau Piquer un terreny de dues monallades d'ample i quatre monallades de llarg que tenen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 40 sous. Concedeixen al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 408r-v, acta núm. 757.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 295-296, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciriria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu tocius conventus dicte domus Mansi Dei, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Arnaldo Picherio, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et

eorum uxoribus et domibus religionum, II monallatas de pati, de celo usque in abyssum[a], in latitudine, et IIII[or] in longitudine, quas habemus in terminis et in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, et affrontat ab oriente in tenencia Raymundi *Barrot*, a meridie in tenencia nostra, ab occidente in tenencia Bernardi Caironi, ab aquilone in via publica. Sicut superius dictum est, sic damus ad accapitum tibi, dicto Arnaldo Picherio, et tuis, et cui volueris, totas predictas II monallatas de pati, de celo usque in abyssum,[a] integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad tuam utilitatem et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et dicte domui Templi singulis annis in festo Natalis Domini II solidos malguriensium de censu, vel monete curribilis per Rossillionem, et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel inpignoraretur. Verumtamen, si forte dictum pati vendere vel inpignorare volueris, nobis et successoribus nostris prius scire facias per spacium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare voluerit; et si forte retinere noluerimus, deinde liceat tibi et tuis illum vendere et obligare, ut dictum est, salvis nostris juribus et dicte domus Mansi Dei in omnibus. Pro hac autem donacione, quam tibi et tuis facimus, (habuimus)[b] et accepimus a te XL solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Promittimus[e] etiam tibi et tuis bona fide per stipulacionem semper nos et nostros successores de predicta donacione fore legitimos auctores et defensores[f] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, et te defendemus[g] pro predicto pati adversus omnem personam placitantem te, vel placitare volentem pro predicto pati, vel parte ipsius, sicut res proprie dicte domus, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona mobilia et inmobilia dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Preterea damus tibi aquaductum versus tenenciam dicte domus. Actum est hoc XVII° kalendas madii, anno Domini M° CC° XL° I°. Sig++na fratris Martini de Nessa, et fratris Johannis de Ciriria, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Ermengaldi de Furchis, et Berengarii Lanterii et Arnaldi de *Campels*, testium. Ego Raymundus de Villa longa, mandato Bernardi *Sabors*, scripsi

post mortem Bernardi Sapte, scriptoris publici, hoc instrumentum laudatum in posse suo. Ego Bernardus *Sabors,* scriptor publicus, huic instrumento laudato in posse Bernardi Sapte condam publici scriptoris, post mortem ejus, mandato domini Nunonis Sancii, subscripsi, et feci hoc sig-(SM)-num.

a. habissum B. b. habuimus *omès B.* c. pacatos *B.* d. pecunie *B.* e. promitimus *B.* f. deffensores *B.* g. deffendemus *B.*

392

1241, 17 d'abril

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Guillem Croses júnior, fuster, un terreny d'una monallada i mitja d'ample i quatre monallades de llarg que tenen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 18 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 30 sous melgoresos. Concedeixen al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 347v-348v, acta núm. 632.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 306-308, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciriria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu expresso tocius conventus dicte domus Mansi Dei, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo *Croses*, fusterio, juniori, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I monallatam et dimidiam de pati, de celo usque in abyssum,[a] in latitudine, et IIII^{or} in longitudine, quas habemus in terminis et in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, et affrontant ab oriente in tenencia Johannis Fabri, a meridie in tenencia Templi, ab oc-

cidente in tenencia Johannis *Vilavedre*, ab aquilone in via publica. Sicut superius dictum est, sic damus ad accapitum tibi, dicto Guilelmo *Croses*, et tuis, et cui volueris, totam predictam monallatam et dimidiam de pati, de celo usque in abyssum,[a] integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et dicte domui Templi singulis annis in festo Natalis Domini XVIII denarios malgurienses de censu, vel monete curribilis per Rossillionem, et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel inpignoraretur. Verumtamen si forte dictum pati vendere vel inpignorare volueris, nobis et successoribus nostris prius scire facias per spacium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare voluerit; et si forte retinere noluerimus, deinde liceat tibi et tuis illum vendere et obligare, ut dictum est, salvis juribus nostris et dicte domus Mansi Dei in omnibus. Pro hac autem donacione, habuimus et accepimus a te XXX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Promittimus[d] etiam tibi et tuis bona fide et per stipulacionem semper nos et nostros successores de predicta donacione fore legitimos auctores et defensores[e] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, et te defendemus[f] pro predicto pati adversus omnem personam placitantem te, vel placitare volentem pro predicto pati, vel parte ipsius, sicut res proprie dicte domus, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona mobilia et inmobilia dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Preterea damus tibi aquaductum versus tenenciam dicte domus. Actum est hoc XV° kalendas madii, anno Domini M° CC° XL° I°. Sig++na fratris Martini de Nessa, et fratris Johannis de Ciriria, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Johannis Fabri de Sala, et Raymundi *Barrot*, et Raymundi de Siurana, testium. Ego Guilelmus Sapte, mandato Bernardi *Sabors* scripsi post mortem Bernardi Sapte, publici scriptoris, hoc instrumentum laudatum in posse suo. Ego Bernardus *Sabors,* scriptor publicus, huic instrumento laudato in posse Bernardi Sapte condam publici scriptoris, post mortem ejus, mandato domini Nunonis Sancii, subscripsi, et feci hoc sig-(SM)-num.

a. habissum *B*. b. pacatos *B*. c. pecunie *B*. d. promitimus *B*. e. deffensores *B*. f. deffendemus *B*.

393

1241, 17 d'abril

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Guillem Fabre de Sala un terreny d'una monallada i mitja d'ample i quatre monallades de llarg que tenen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 18 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 30 sous melgoresos. Concedeixen al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 352r-v, acta núm. 640.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 311-313, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciriria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu expresso tocius conventus dicte domus Mansi Dei, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo Fabri de Sala, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I monallatam et dimidiam de pati, de celo usque in abyssum,[a] in latitudine, et IIII^{or} in longitudine, quas habemus in terminis et in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, et affrontant ab oriente in tenencia Guilelmi de Riupullo, a meridie in tenencia Templi, ab occidente in tenencia Johannis Fabri de Sala, ab aquilone in via publica. Sicut superius dictum est, sic donamus ad accapitum tibi, dicto Guilelmo Fabro, et tuis, et cui volueris, totam predictam monallatam et dimidiam de pati, de celo usque in abyssum,[a] integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque engan-

no et sine ullo malo ingenio, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et dicte domui Templi singulis annis in festo Natalis Domini XVIII denarios malgurienses de censu, vel monete curribilis per Rossillionem, et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel inpignoraretur. Verumtamen si forte dictum pati vendere vel inpignorare volueris, nobis et successoribus nostris prius scire facias per spacium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona (ibi dare)[b] vel accomodare voluerit; et si forte retinere noluerimus, deinde liceat tibi et tuis illum vendere et obligare, ut dictum est, salvis juribus nostris et dicte domus Mansi Dei in omnibus. Pro hac autem donacione, quam tibi et tuis facimus, habuimus et accepimus a te XXX solidos malgurienssium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Promittimus[e] etiam tibi et tuis bona fide et per stipulacionem semper nos et nostros successores de predicta donacione fore legitimos auctores et defensores[f] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, et te defendemus[g] pro predicto pati adversus omnem personam placitantem te, vel placitare volentem pro predicto pati, vel parte ipsius, sicut res proprie dicte domus, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona mobilia et inmobilia dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Preterea damus tibi aquaductum versus tenenciam dicte domus. Actum est hoc XV° kalendas madii, anno Domini M° CC° XL° primo. Sig++na fratris Martini de Nessa, et fratris Johannis de Ciriria, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Johannis Fabri de Sala, et Bernardi de Saurina, et Raymundi *Barrot*, testium. Ego Raymundus de Villa longa, mandato Bernardi *Sabors* scripsi post mortem Bernardi Sapte, scriptoris publici, hoc instrumentum laudatum in posse suo, et suprascripsi in VIII[a] linea «tenencia». Ego Bernardus *Sabors,* scriptor publicus, huic instrumento laudato in posse Bernardi Sapte condam publici scriptoris, post mortem ejus, mandato domini Nunonis Sancii, subscripsi, et feci hoc sig-(SM)-num.

a. habissum *B*. b. ibi dare *omès B*. c. pacatos *B*. d. pecunie *B*. e. promitimus *B*. f. deffensores *B*. g. deffendemus *B*.

394

1241, 17 d'abril

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Bernat de Siurana un terreny d'una monallada i mitja d'ample i quatre monallades de llarg que tenen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 18 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 30 sous melgoresos. Concedeixen al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 359v-360, acta núm. 654.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 309-310, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciriria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu expresso tocius conventus dicte domus Mansi Dei, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Bernardo de Siurana, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I monallatam et dimidiam de pati, de celo usque in abyssum,[a] in latitudine, et IIII[or] in longitudine, quas habemus in terminis et in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, et affrontant ab oriente in tenencia Ermengaldi de Furchis, a meridie in via publica, ab occidente in tenencia Arnaldi *Campell*, ab aquilone[b] in via novella. Sicut superius dictum est, sic donamus ad accapitum tibi, dicto Bernardo de Siurana, et tuis, et cui volueris, totam predictam I monallatam et dimidiam de pati, de celo usque in abyssum,[a] totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui

dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et dicte domui Templi singulis annis in festo Natalis Domini XVIII denarios malgurienses de censu, vel monete curribilis per Rossillionem, et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel inpignoraretur. Verumtamen si forte dictum pati vendere vel inpignorare volueris, nobis et successoribus nostris prius scire facias per spacium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare voluerit; et si forte retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis illum vendere et obligare, ut dictum est, salvis juribus nostris et dicte domus Mansi Dei in omnibus. Pro hac autem donacione quam tibi et tuis facimus, habuimus et accepimus a te XXX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Promittimus[e] etiam tibi et tuis bona fide per stipulacionem semper nos et nostros successores[f] de predicta donacione fore legitimos auctores et defensores[g] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, et te defendemus[h] pro predicto pati adversus omnem personam placitantem te vel placitare volentem pro predicto pati, vel parte ipsius, sicut res proprie dicte domus, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona mobilia et inmobilia dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Preterea damus tibi aquaductum versus tenenciam dicte domus. Actum est hoc XV° kalendas madii, anno Domini M° CC° XL° I°. Sig++na fratris Martini de Nessa, et fratris Johannis de Ciriria, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Bernardi Timiame, et Arnaldi *Campell*, et Arnaldi Picherii, testium. Ego Guilelmus Sapte, mandato Bernardi *Sabors* scripsi post mortem Bernardi Sapte, scriptoris publici, hoc instrumentum laudatum in posse suo. Ego Bernardus *Sabors,* scriptor publicus, huic instrumento laudato in posse Bernardi Sapte condam publici scriptoris, post mortem ejus, mandato domini Nunonis Sancii, subscripsi, et suprascripsi in X[a] linea et feci hoc sig-(SM)-num.

a. habissum *B*. b. aquillone *B*. c. pacatos *B*. d. pecunie *B*. e. promitimus *B*. f. successores *afegit a la interlínia B*. g. deffensores *B*. h. deffendemus *B*.

FUNDACIÓ NOGUERA

395

1241, 17 d'abril

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Berenguer Amalric, hortolà, un terreny d'una monallada i mitja d'ample i quatre monallades de llarg que tenen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 18 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 30 sous melgoresos. Concedeixen al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 392v-393, acta núm. 722.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 304-305, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciriria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni enganno, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Berengario Amalrico, ortolano, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I monallatam et dimidiam de pati, de celo usque in abyssum,[a] in latitudine, et IIII[or] in longitudine, quas habemus in terminis et in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, et affrontant ab oriente in tenencia Johannis de Petro Guilelmo, a meridie in tenencia Templi, ab occidente in tenencia Bernardi Canisserii, ab aquillone in via publica. Sicut superius dictum est, ita donamus ad accapitum tibi, dicto Berengario Amalrico, et tuis, et cui volueris, totam predictam I monallatam et dimidiam de pati, de celo usque in abyssum,[a] integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et dicte domui Templi singulis annis in festo Natalis Domini XVIII denarios malgurienses de censu, vel monete curribilis per Rossillionem, et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel inpignoraretur.

Verumtamen si forte dictum pati vendere vel inpignore[b] volueris, nobis et successoribus nostris prius scire facias per spacium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare voluerit; et si forte retinere noluerimus, deinde liceat tibi et tuis illum vendere et obligare, ut dictum est, salvis juribus nostris et dicte domus Mansi Dei in omnibus. Pro hac donacione, habuimus et accepimus a te XXX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Promittimus[e] etiam tibi et tuis bona fide per stipulacionem semper nos et nostros successores de predicta donacione fore legitimos auctores et defensores[f] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, et te defendemus[g] pro predicto pati adversus omnem personam placitantem te, vel placitare volentem pro predicto pati, vel parte ipsius, sicut res proprie dicte domus, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona mobilia et inmobilia dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Preterea damus tibi aquaductum versus tenenciam dicte domus. Actum est hoc XV° kalendas madii, anno Domini M° CC° XL° I°. Sig++na fratris Martini de Nessa, et fratris Johannis de Ciriria predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Bernardi Timiame, et Arnaldi *Piquer*, et Petri de Corniliano, testium. Ego Guilelmus Sapte, mandato Bernardi *Sabors*, scripsi post mortem Bernardi Sapte, scriptoris publici, hoc instrumentum laudatum in posse suo. Ego Bernardus *Sabors,* scriptor publicus, huic instrumento laudato in posse Bernardi Sapte condam publici scriptoris, post mortem ejus, mandato domini Nunonis Sancii, subscripsi et feci hoc sig-(SM)-num.

a. habissum *B*. b. *Sic B per* inpignorare. c. pacatos *B*. d. pecunie *B*. e. promitimus *B*. f. deffensores *B*. g. deffendemus *B*.

396

1241, 2 de juny[277]

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte

277. El copista del cartulari ha versemblantment comès un error en escriure per equivocació «julii» en lloc de «junii». El cartoral conserva, en efecte, una acta original datada del 4 de les nones de juny que porta la concessió en acapte a un altre adober d'un terreny adjacent a aquest, on figuren els mateixos testimonis; vegeu més endavant l'acta núm. 397.

a Pere Godal, adober, un terreny d'una monallada d'ample i quatre monallades de llarg, situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 12 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 20 sous melgoresos. Concedeixen al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 362r-v, acta núm. 659.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 316-317, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciriria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu expresso tocius[a] conventus dicte domus Mansi Dei, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Petro *Godal*, aluderio, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I monallatam de pati, de celo usque in abyssum,[b] in latitudine, et IIII[or] in longitudine, quas habemus in terminis et in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, et affrontat ab oriente in blanqueria Templi, a meridie in via noella, ab occidente in tenencia Guilelmi de Villa longa, ab aquilone in orto Templi. Sicut superius dictum est, sic donamus ad accapitum tibi, dicto Petro *Godal,*[c] aluderio, et tuis, et cui volueris, totam predictam monallatam de pati, de celo usque in abyssum,[b] integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini XII denarios malgurienses de censu, vel monete curribilis per Rossillionem, et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel impignoraretur. Verumtamen[d] si forte dictum pati vendere vel inpignorare volueris, nobis et successoribus nostris prius scire facias per spacium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona ibi dare vel

accomodare voluerit. Et si forte retinere noluerimus, deinde liceat tibi et tuis illum vendere et obligare, ut dictum est, salvis juribus nostris et dicte domus Mansi Dei in omnibus. Pro hac autem donacione, quam tibi et tuis facimus, habuimus et accepimus a te XX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[e] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[f] non numerate. Promittimus[g] etiam tibi et tuis bona fide et per stipulacionem semper nos et nostros successores de predicta donacione fore legitimos auctores et defensores[h] ab omni persona, et tenebimur sine fraude de omni evictione, et te defendemus[i] pro predicto pati adversus omnem personam placitantem te, vel placitare volentem pro predicto pati, vel parte ipsius, sicut res proprie dicte domus, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona mobilia et inmobilia dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Preterea damus tibi aquaductum versus tenenciam dicte domus. Actum est hoc IIII° nonas junii,[j] anno Domini M° CC° XLI°. Sig++na fratris Martini de Nessa et fratris Johannis de Ciriria predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Ermengaldi de Furchis, et Guilelmi Pelegrini de Malleolis et Guilelmi de Villalonga, testium. Ego Raymundus de Villa longa, mandato Bernardi *Sabors* scripsi post mortem Bernardi Sapte, scriptoris publici, hoc instrumentum laudatum in posse suo. Ego Bernardus *Sabors,* scriptor publicus, huic instrumento laudato in posse Bernardi Sapte quondam publici scriptoris, post mortem ejus, mandato domini Nunonis Sancii, subscripsi[k] et feci hoc sig-(SM)-num.

a. tocius *repetit per error B*. b. habissum *B*. c. Sadol *B*. d. verumptamen *B*. e. pacatos *B*. f. pecunie *B*. g. promitimus *B*. h. deffensores *B*. i. deffendem us *B*. j. julii *B*. k. subscriptsit *B*.

397

1241, 2 de juny

Fra Martí de Nessa, comanador del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Guillem de Vilallonga, adober, un terreny d'una monallada d'ample i quatre monallades de llarg que tenen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 12 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alie-

nació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 15 sous melgoresos. Concedeixen al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

A[1] Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la F, pergamí, amplada 175 mm, alçada 115/120 mm, ADPO, Hp188.[278]

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Martinus de Nessa, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciriria, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura in perpetuum[a] valitura, voluntate et assensu expresso totius conventus dicte domus Mansi Dei, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo de Villalonga, aluderio, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I monallatam de pati, a[b] celo usque in abyssum,[c] in latitudine, et IIII[or] in longitudine, quas habemus in terminis et in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, et affrontat ab oriente in tenencia Petri *Godal*, a meridie in via novella,[d] ab occidente in tenencia Templi, ab aquilone in orto Templi. Sicut superius dictum est, sic damus ad accapitum tibi, dicto Guilelmo de Villalonga, et tuis, totam predictam monallatam de pati, de celo usque in abyssum,[c] integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio,[e] sicut melius a te vel a tuis intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et dicte domui Templi singulis annis in festo Natalis Domini XII denarios malgurienses de sensu,[f] vel monete curribilis per Rossilionem,[g] et foriscapium si forte dictum pati venderetur vel inpignoraretur. Verum tamen si forte dictum pati vendere vel inpignorare volueris, nobis et successoribus nostris prius scire facias per spatium XV dierum cum eorum noctibus, in quibus nos et successores nostri habeamus licenciam ipsum retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare voluerit; et si forte retinere noluerimus, deinde[h] liceat

278. El document porta al dors un regest del segle XV en català: «Carta de una casa o pati al carrer de la Trilla den Guillem de Vilalonga aluder fa sens VII d.- Perpinya», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3193».

tibi et tuis illum vendere et obligare, ut dictum est, salvis juribus nostris et dicte domus Mansi Dei in omnibus. Pro hac autem donatione, habuimus et accepimus a te XV[i] solidos malguriensium bonorum, de quibus per paccatos nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie non numerate. Promittimus[j] etiam tibi et tuis bona fide et per stipulationem semper nos et nostros successores de predicta donatione fore legitimos auctores et deffensores ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Preterea damus tibi aquaductum versus tenenciam dicte domus.

Actum est hoc IIII nonas junii, anno Domini MCCXLI. Sig++na fratris Martini de Nessa, et fratris Johannis de Ciriria predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Ermengaldi de Furchis, et Guilelmi Pelegrini et Petri *Godal*, testium. Ego Guilelmus Sabte, mandato Bernardi *Sabors* scripsi post mortem Bernardi Sapte, scriptoris publici, hoc instrumentum laudatum in posse suo. Ego Bernardus *Sabors,* scriptor publicus, huic instrumento laudato in posse Bernardi Sapte quondam publici scriptoris, post mortem ejus, mandato domini Nunonis Sancii, subscripsi et feci hoc sig-(SM)-num.

a. imperpetuum *B*. b. de *B*. c. habissum *B*. d. noella *B*. e. et sine ullo malo ingenio *omès B*. f. censu *B*. g. Rossillionem *B*. h. abinde *B*. i. XX *B*. j. promitimus *B*.

398

1241, 2 de novembre

Fra Berenguer de Bosc, comanador de la casa del Masdéu, i fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Pere de Coma, fuster, i a la seva muller Estefania un terreny d'una monallada i mitja d'ample i quatre monallades de llarg, situat a Perpinyà, perquè hi construeixin una o diverses cases. Els concedeixen el dret d'evacuar llurs aigües cap al camp del Temple i cap a la via pública. Els terratgers hauran de donar-los 18 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 40 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 358, acta núm. 651.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 318-319, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Berengarius de Boscho, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Johannes de Cireria, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, damus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Petro de Coma, fusterio, et tibi Stephanie, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati nostrum, de celo usque in abyssum,[a] ad faciendum ibi domum vel domos. Quod pati est unius monallate et dimidie in latitudine et de IIII[or] monallatis in longitudine. Quod pati est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente et a meridie in nostro campo, ab occidente in nostris bordis, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum vobis, predictis Petro de Coma et Stephanie, uxori ejus, et vestris, predictum[b] pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, et quod vos et vestri habeatis semper aqueductum versus nostrum campum ex parte meridie[c] et versus viam publicam, sub tali quidem forma quod vos et vestri, qui predicta habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et successoribus nostris et dicte domui nostre pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini XVIII denarios monete curribilis per Rossillionem. Et si forte predicta vendere vel inpignorare volueritis, primum nobis denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare voluerit. Quibus completis, si predicta retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris ea vendere et obligare cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo censu nostro predicto. Et quandocumque et quocienscumque venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et promittimus[d] vobis stipulantibus quod predictam donacionem faciemus vobis et vestris imperpetuum bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenemur vobis et vestris de evictione, obligantes inde vobis omnia bona ubique, presencia et futura, dicte domus milicie Templi Mansi Dei. Et pro hac donacione habuimus et accepimus a vobis XL solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[e] nos tenemus, renunciantes ex-

ceptioni pecunie[f] non numerate, quam pecuniam[g] recognoscimus versam esse et redactam in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc IIII° nonas novembris, anno Domini M° CC° XL° primo. Sig++na fratris Berengarii de Boscho, preceptoris Mansi Dei, et fratris Johannis de Cirera, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Petri *Carles*, et Guilelmi Peregrini de Malleolis, et Guilelmi Fabri de Castro Rossillione, testium.

Petrus Calvetus, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. predicti *B*. c. meridici *B*. d. promitimus *B*. e. paccatos *B*. f. peccunie *B*. g. peccuniam *B*.

399

1241, 17 de novembre

Fra Berenguer de Bosc, comanador del Masdéu, fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Pere de Puig Otrer i fra Bernat de Calce donen en acapte a Ponç de Costa de Tuïr un terreny d'una monallada i mitja d'ample i quatre monallades de llarg, situat a Perpinyà, perquè hi construeixi una o diverses cases. Li concedeixen el dret d'evacuar les seves aigües cap al camp del Temple i cap a la via pública. El terratger haurà de donar-li 18 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 30 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 369r-v, acta núm. 672.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 320-321, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Berengarius de Bosco, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Johannes de Ciriria, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater Petrus *Pujotrer*, et ego Bernardus de Calcia, per nos et per omnes successores nostros, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus tibi, Poncio de Costa de Toyrio, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati nostrum, de celo usque in abyssum,[a] ad faciendum ibi domum

vel domos. Quod pati est unius monallate et dimidie in latitudine et de IIII monallatis in longitudine. Quod pati est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Johannis Vilavedre, a meridie in nostro campo, ab occidente in tenencia Berengarii Amalrici, ab aquilone in via publica. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi, dicto Poncio de Costa, et tuis, predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus. Et quod tu et tui habeatis semper aqueductum versus nostrum campum et versus viam publicam. Sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et successoribus nostris et dicte domui nostre pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini XVIII denarios monete curribilis per Rossillionem. Et si forte predicta vendere vel inpignorare tu vel tui volueritis, primum nobis denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit; quibus completis, si forte eum retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis illum vendere et obligare cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo censu nostro predicto. Et quandocumque et quocienscumque venderetur vel inpignoraretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et promittimus[b] tibi, stipulanti, quod predictam donacionem faciemus tibi et tuis imperpetuum bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenemur tibi et tuis de evictione, obligantes inde tibi et tuis omnia bona dicte domus milicie Templi Mansi Dei mobilia et inmobilia quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione et concessione, habuimus et accepimus a te pro accapito XXX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse et redactam in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc XV° kalendas decembris, anno Domini M° CC° XL° primo. Sig++++na fratris Berengarii de Bosco, preceptoris Mansi Dei, et fratris Johannis de Ciriria, et fratris Petri Pujotrerii, et fratris Bernardi de Calcia predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Bertrandi, presbiteri, et Raymundi Cames et Bernardi Rasedorii de Toyrio, testium.

Petrus Calvetus, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. Promitimus *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. peccuniam *B*.

400

1241, 20 de desembre

Fra Berenguer de Bosc, comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i dels altres frares d'aquesta casa, dóna en acapte a Joan Fabre de Sala una casa, amb un pati contigu, situada a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 200 sous melgoresos. El terratger haurà de donar-los 6 sous de cens anual el dia de Nadal, és a dir, 4 sous per la casa i 2 sous pel pati.

A^{1} Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí, amplada 195 mm, alçada 130 mm, ADPO, Hp188.[279]

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 314, acta núm. 562, versemblantment segons *A*^{1}.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 322-325, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Berengarius de Bosco,[a] preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, per me et per omnes successores meos, cum hac presenti publica scriptura in perpetuum[b] valitura, consilio et laudamento fratris Johannis de Cirira, preceptoris domus milicie Templi Perpiniani, et aliorum fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Guilelmi de Sancto Arnaco,[c] et fratris Stephani, et fratris *Feliu*, dono et[d] laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado ad accapitum tibi, Johanni Fabro de Sala, et tuis, et cui volueris, quandam domum nostram, cum pati quod cum ea se tenet. Qui[e] domus et pati sunt in adjacentia Sancti Johannis Perpiniani, extra portam que dicitur de Malleolis,[f] et affrontant ab oriente in tenencia nostra et in tenencia Berengarii *Valsera* de Malleolis, a meridie in via publica, ab occidente in tenencia Bernardi de Fossa, ab aquilone in via novella. Sicut superius dictum est, ita dono ad accapitum tibi, dicto Johanni Fabro, et tuis, in perpetuum[b] predictam domum, cum dicto pati, de celo usque in habissum,[g] integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et

279. El document porta al dors un regest del segle XV en català: «Carta den Johan Fabra de Sala dins Perpinya en tenencia de Sent Johan fora lo portal de Malloles fa VI s. - Perpinya», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «nº 1989».

pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus. Et promitto[h] tibi et tuis bona fide et per stipulationem quod predictam domum et pati ego et successores mei faciemus tibi et tuis bonum habere et tenere in pace ab omni persona in perpetuum,[b] et tenemur[i] tibi et tuis de evictione, obligans inde tibi et tuis omnia bona dicte domus nostre Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et ratione hujus accapiti, cedo tibi et tuis omnes actiones et jura, quas et que in dicta domo et pati dicta domus nostra habet vel habere debet, constituendo vos in rem vestram procuratores. Et ut eorum plenam possessionem habeatis tu et tui, predicta nomine tuo constituo me possidere, et quod tu et tui possitis dictam domum et pati vendere, alienare cuicumque volueritis, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, salvo nostro foriscapio et laudimio et censu infrascripto. Et si forte predicta tu vel tui vendere vel alienare volueritis, primum michi et successoribus meis denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis predicta vendere vel alienare cuicumque volueritis, ut superius dictum est, et possis in dicta domo et pati facere quicquid volueris. Hanc vero donationem et accapitum facio tibi et tuis precio CC solidorum malguriensium bonorum, de quibus per paccatum me teneo, renuncians exceptioni peccunie non numerate, quam peccuniam recognosco verssam[j] esse et redactam in maxima utilitate dicte domus nostre, sub tali quidem forma et pacto quod tu et illi qui dictam domum et pati tenueritis, faciatis michi et successoribus meis quolibet anno in festo Natalis Domini VI solidos malguriensium pro censu, scilicet IIII solidos pro dicta domo, et II solidos pro dicto pati. Actum est hoc XIII kalendas januarii, anno Domini MCCXLI. Sig+num fratris Berengarii de Bosco, preceptoris Mansi Dei, predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig++++na fratris Johannis de Cirira, et fratris Guilelmi de Sancto Arnaco,[c] et fratris Stephani, et fratris *Feliu*, predictorum, qui hec omnia laudamus et confirmamus. Sig+++na Mathey[k] Escuderii, et Ferrarii Alixandri[l] et Raimundi[m] de Villalonga, testium. Petrus Calvetus, scriptor publicus mandato domini Nunonis Sancii, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. de Bacco *B*. b. imperpetuum *B*. c. Arnacho *B*. d. et *omès B*. e. que *B*. f. portale de Malleolis *B*. g. *Sic AB per* abyssum. h. promito *B*. i. tenebimur *B*. j. versam *B*. k. Mathei *B*. l. Alexandri *B*. m. Raymundi *B*.

401

1242 (nou estil), 2 de març

Fra Berenguer de Bosc, comanador del Masdéu, i fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Guillem de Cotlliure tot el que ha pres a la tinença del Temple a fi d'engrandir la tinença que té per ells a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles.[280] *El terratger haurà de donar-los 7 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 13 sous melgoresos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 364r-v, acta núm. 663.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 326-327, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Berengarius de Boscho, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Petrus de Sancto Romano, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo de Caucolibero, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas tuorumque voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, totum illum augmentum, quod de nostra tenencia augmentasti ad tuam tenenciam, quam pro nobis tenes in terminis et in adjacentia Sancti Johannis Perpiniani, extra portale quod dicitur de Malleolis, et affrontat ab oriente in tenencia Bernardi de Fossa, a meridie in tua tenencia, ab occidente in tenencia Poncii de *Cogliure*, ab aquilone in via noella. Sicut superius dictum est, sic donamus ad accapitum tibi, Guilelmo de Cauquolibero, et tuis, et cui volueris, totum predictum augmentum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum augmentum habebunt et tenebunt, donetis

280. Aquesta tinença li havia estat concedida el 29 de març de 1241; vegeu més amunt l'acta núm. 377.

semper nobis et successoribus nostris pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini VII denarios malgurienses, vel monete curribilis per Rossillionem, et quandocumque et quocienscumque dictum augmentum venderetur vel inpignoraretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Verumtamen, si forte dictum augmentum vendere vel inpignorare volueris, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicuti alia persona ibi dare voluerit; quibus completis, si forte retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis illud vendere vel inpignorare, ut dictum est, salvis juribus nostris et dicte domus Templi in omnibus. Preterea promittimus[a] tibi et tuis bona fide et per stipulationem quod totum prenominatum augmentum faciemus tibi et tuis bonum habere et tenere in pace ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, mobilia et inmobilia, presencia et futura, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te XIII solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Actum est hoc VI° nonas martii, anno Domini M° CC° XL° primo. Sig++na fratris Berengarii de Boscho, et fratris Petri de Sancto Romano predictorum, qui hec laudamus et confirmamus. Sig+++na Guilelmi Pelegrini, et Petri de Coma, et Raymundi *Cames*, testium. Ego Raymundus de Villa longa hanc cartam scripsi mandato Raymundi *Carles*.

Raymundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus *B*. b. paccatos *B*. c. peccunie *B*.

402

1242 (nou estil), 2 de març

Fra Berenguer de Bosc, comanador del Masdéu, i fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Eimeric Fuster un terreny d'una monallada d'ample i quatre monallades de llarg, situat prop de Perpinyà, perquè hi construeixi una o diverses cases. El terratger haurà de donar-los 12 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga

durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 20 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 425v-426, acta núm. 798.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 334-335, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod nos, frater Berengarius de Bosco, preceptor Mansi Dei, et frater Petrus de Sancto Romano, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, presentes atque futuros, cum hac presenti carta imperpetuum valitura, damus ad accapitum tibi, Aymerico Fusterio, et tuis, et cui volueris, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, quodam pati, de celo usque in abyssum,[a] juxta Perpinianum, ad faciendum ibi domum vel domos, quod pati est in latitudine unius monallate et in longitudine IIII monallatarum, et affrontat ab oriente et a meridie in nostra tenencia, ab occidente in tenencia Petri de Coma, quam tenet pro nobis, ab aquilone in via publica. Sicut superius dictum est, sic damus ad accapitum tibi, dicto Aymerico Fusterio, et tuis, imperpetuum, totum predictum pati ad faciendum et edificandum[b] ibi domum vel domos, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum pati habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini XII denarios malgurienses de censu, vel monete caterni curribilis per Rossillionem, et si forte dictum pati vendere vel inpignorare volueritis tu vel tui, primum nobis et nostris successoribus denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem et licenciam retinendi sicuti alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, deinde liceat tibi illud vendere vel inpignorare, salvo jure nostro predicto, et foriscapio si venderetur vel inpignoraretur. Et promittimus[c] tibi et tuis bona fide et per stipulationem quod totum predictum pati faciemus tibi et tuis bonum habere et tenere in pace ab omni persona, et tenemur sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona domus milicie Templi, mobilia et inmobilia, quecumque sint et ubicumque. Et profitemur et in veritate recognoscimus quod pro predicta donacione, habuimus et accepimus a te XX solidos malguriensium bonorum de accapito, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[e] non numerate. Actum

est hoc VI nonas marcii, anno Domini M° CC° XL° I°. Sig++na fratris Berengarii de Bosco, et fratris Petri de Sancto Romano predictorum, qui hec laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Fabri de Castro Rossilione, et Johannis Fabri de Sala et Petri de Coma, testium. Petrus de Villa longa scripsit hoc vice Raymundi *Carles* et hoc sig-(SM)-num fecit.

Raymundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. hedificandum *B*. c. promitimus *B*. d. paccatos *B*. e. peccunie *B*.

403

1242 (nou estil), 2 de març

Fra Berenguer de Bosc, comanador del Masdéu, i fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Ponç de Cotlliure tot el que ha pres a la tinença del Temple a fi d'engrandir la tinença que té per ells a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles. El terratger haurà de donar-los 6 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 10 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 440v-441, acta núm. 835.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 332-333, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Berengarius de Bosco, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Petrus de Sancto Romano, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Poncio de Cauquolibero, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, totum illud augmentum, quod de nostra tenencia augmentasti ad tuam tenenciam, quam pro nobis tenes in terminis et in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, extra portale quod dicitur de Malleolis, et affrontat ab oriente in tenencia Guilelmi de *Cogliure*, a meridie in tua tenencia,

ab occidente in tenencia Guilelmi Fabri, ab aquilone in via noella. Sicut superius dictum est, sic donamus ad accapitum tibi, dicto Poncio de Cauquolibero, et tuis, totum predictum augmentum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum augmentum habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et successoribus nostris pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini VI denarios malgurienses, vel monete caterni curribilis per Rossillionem, et quandocumque et quocienscumque dictum augmentum venderetur vel inpignoraretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Verumtamen[a] si forte dictum augmentum vendere vel inpignorare tu vel tui volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si forte retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis illud vendere vel inpignorare cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo censu nostro predicto et salvo nostro foriscapio. Preterea promittimus[b] tibi bona fide quod totum predictum augmentum faciemus tibi et tuis bonum habere et tenere in pace ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, mobilia et inmobilia, presencia et futura. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te X solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Actum est hoc VI nonas martii, anno Domini M° CC° XL° primo. Sig++na fratris Berengarii de Bosco, et fratris Petri de Sancto Romano predictorum, qui hec omnia laudamus et confirmamus. Sig+++na Guilelmi Pelegrini, et Petri de Coma et Raymundi *Cames*, testium rogatorum. Ego Raymundus de Villa longa hanc cartam scripsi mandato Raymundi *Carles*.

Raymundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. verumptamen *B*. b. promitimus *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*.

FUNDACIÓ NOGUERA

404

1242 (nou estil), 4 de març

Fra Berenguer de Bosc, comanador del Masdéu, i fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Pere Patau, moliner, i a Ermengarda, la seva esposa, un terreny d'una monallada d'ample i quatre monallades de llarg, situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles, perquè hi construeixin una o diverses cases. Els terratgers hauran de donar-los 12 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 20 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 380r-v, acta núm. 696.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 336-337, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod nos, frater Berengarius de Bosco, preceptor domus Mansi Dei, et frater Petrus de Sancto Romano, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, donamus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter[a] tradimus ad accapitum vobis, Petro Patavo, monerio, et Ermenjardi, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[b] scilicet unam monallatam in latitudine et quatuor in longitudine, ad faciendum et edificandum[c] ibi domum et domos quod pati est infra terminos Perpiniani, in adjacencia Sancti Johannis ejusdem ville, extra portale quod dicitur de Malleolis, et affrontant ab oriente in tenencia Guilelmi de Villa longa, aluderii, a meridie in via, ab occidente et ab aquilone in nostra tenencia. Sicut superius dictum est, sic donamus ad accapitum vobis dictis Petro *Patau*, monerio, et Ermengaudi, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis, totum predictum pati, de celo usque in abyssum,[b] integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro vestrorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestri, qui dictum pati habebunt et

tenebunt, donetis semper nobis et successoribus nostris de censu quolibet anno in festo Natalis Domini XII denarios malgurienses, vel monete caterni curribilis per Rossillionem. Et quandocumque et quocienscumque dictum pati venderetur vel inpignoraretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Verumtamen,[d] si forte dictum pati vendere vel inpignorare vos vel vestri volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si forte retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris[e] illud vendere vel inpignorare, ut dictum est, salvis juribus nostris et dicte domus milicie Templi in omnibus. Preterea promittimus[f] vobis bona fide et per stipulationem quod totum predictum pati faciemus vobis et vestris bonum habere et tenere in pace ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei mobilia et immobilia, presencia et futura. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a vobis XX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[g] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[h] non numerate. Actum est hoc IIII° nonas martii, anno Domini M° CC° XL° primo. Sig++na fratris Berengarii de Bosco et fratris Petri de Sancto Romano predictorum, qui hec omnia laudamus et confirmamus. Sig+++na Guilelmi Pelegrini de Malleolis, et Ermengaldi de Furchis et Petri *Carles*, testium. Ego Raymundus de Villa longa hanc cartam scripsi mandato Raymundi *Carles*, et rasi et emendavi in XVI[a] linea «linea».

Raymundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. irrevocabiliter *afegit a la interlínia B*. b. habissum *B*. c. hedificandum *B*. d. verumptamen *B*. e. tibi et tuis *B*. f. promitimus *B*. g. paccatos *B*. h. pecunie *B*.

405

1242 (nou estil), 10 de març

Fra Berenguer de Bosc, comanador de la casa del Temple del Masdéu, fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Freol donen en acapte a Berenguer Taló i a Ramon Taló, el seu germà, un terreny de dues monallades i mitja d'ample i quatre monallades de llarg de llur camp anomenat

del Colomer, situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, perquè hi construeixin cases. Els terratgers hauran de donar-los 2 sous i 6 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 50 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 430, acta núm. 809.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 328-329, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Berengarius de Bosco, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus de Sancto Romano, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Freol*, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus ad accapitum vobis, Berengario Talono et Raymundo Talono, fratri ejus, et vestris, et quibus volueritis imperpetuum, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, II monallatas et dimidiam de pati in latitudine et IIII^{or} monallatas in longitudine de nostro campo qui vocatur de Columbario, ad faciendum ibi domos, qui est in adjacentia Sancti Johannis Perpiniani, quod pati affrontat ab oriente in tenencia Ermengaldi Lobeti, et a meridie in nostra tenencia, ab occidente in tenencia Eymerici de Dones, fusterii, quam pro nobis tenet, ab aquilone in via publica, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem pacto quod vos et vestri, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et dicte domui nostre quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos VI denarios malguriensium pro censu, vel monete caterni curribilis per Rossillionem, et quocienscumque vendantur vel inpignorentur, nos et dicta domus nostra habeamus inde nostrum foriscapium; verum quandocumque vos vel vestri eas vendere volueritis, primum nobis vel successoribus nostris denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi eas sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si eas retinere noluerimus, abinde liceat vobis eas vendere, salvis juribus nostris predictis. Et nos et successores nostri faciemus vobis et vestris predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde vobis de evictione, obligantes inde vobis et vestris omnia bona dicte domus nostre. Et pro hac donacione, habuimus a vobis pro accapito L solidos malguriensium, de quibus per pacatos^{a} nos

tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[b] non numerate, quos misimus in utilitate dicte domus. Actum est hoc VI° idus marcii, anno Domini M° CC° XL° I°. Sig+++na fratris Berengarii de Bosco, preceptoris Mansi Dei, et fratris Petri de Sancto Romano, et fratris *Freol* predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Vitalis Grimaldi, et Johannis Fabri et Petri de Coma, testium.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et suprascripsit in IIII[a] linea, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatos *B*. b. peccunie *B*.

406

1242 (nou estil), 10 de març

Fra Berenguer de Bosc, comanador de la casa del Temple del Masdéu, fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Freol donen en acapte a Ermengol Llobet de Forques un terreny de dues monallades i mitja d'ample i quatre monallades de llarg de llur camp anomenat del Colomer, situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, perquè hi construeixin cases. Els terratgers hauran de donar-los 2 sous i 6 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 50 sous.

A[1] Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí, amplada 120/130 mm, alçada 95/100 mm, ADPO, Hp188.[281]

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 444, acta núm. 843, segons *A*[1].

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 330-331, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Berengarius de Bosco, preceptor domus Mansi Dei, et frater Petrus de Sancto Romano, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et frater *Freol*, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus ad accapitum tibi, Ermengaldo Lobeto de Furchis, et tuis, et quibus volueris in perpetuum,[a] exceptis sanctis et

281. El document porta al dors una anotació del segle XV: «Forques. Perpinya Cala», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2764».

militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, II monallatas et dimidiam de pati in latitudine et IIII monallatas in longitudine de nostro campo qui vocatur de Columbario, ad faciendum ibi domos, qui est in adjacentia Sancti Johannis Perpiniani, quod pati affrontat ab oriente et a meridie in nostra tenencia, ab occidente in tenencia Berengarii Taloni et Raymundi, fratris ejus, ab aquilone in via publica, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et dicte domui nostre quolibet anno in festo Natalis Domini pro censu II solidos et[b] VI denarios malguriensium, vel monete caterni curribilis per Rossilionem,[c] et quoscienscumque venderentur vel inpignorarentur, nos et nostri habeamus inde nostrum foriscapium; tamen, quandocunque tu vel tui volueritis eas vendere, primum nobis vel nostris successoribus denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi eas sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si eas retinere noluerimus, abinde liceat vobis eas vendere, salvis juribus nostris predictis. Et nos et successores nostri faciemus vobis et vestris predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde vobis de evictione, obligantes inde vobis omnia bona dicte domo[d] nostre. Et pro hac donacione, habuimus a te pro accapito L solidos malguriensium, de quibus per paccatos[e] nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie[f] non numerate, quos misimus in utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc VI idus marcii, anno Domini MCCXLI. Sig+++na fratris Berengarii de Bosco, et fratris Petri de Sancto Romano, et fratris *Freol* predictorum, qui hec[g] laudamus. Sig+++na Vitalis Grimaldi, et Johannis Fabri et Petri de Coma, testium. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. imperpetuum *B*. b. et *omès B*. c. Rossillionem *B*. d. domus *B*. e. *Sic A*[1] *B per* pacatos. f. *Sic A*[1] *B per* pecunie. g. hec omnia *B*.

407

1242 (nou estil), 10 de març

Galceran de Ceret, fill del difunt Gausfred de Ceret, dóna a fra Berenguer de Bosc, comanador del Masdéu, i als altres frares d'aquesta casa el seu home de nom Berenguer, fill de Jacma,

dona de Bages, i del difunt Arnau Testor, el seu espòs, amb tota la progenitura que pugui tenir en el futur i amb tots els seus béns, de manera que sigui d'ara endavant home propi del Temple. Els cedeix igualment tots els drets que pot tenir sobre la mare de Berenguer, Jacma, que és dona pròpia del Temple. Per aquesta concessió, reconeix haver rebut una almoina de 20 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 162v-163, acta núm. 269.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. IX, p. 655, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 221-223, segons *B*.

In Dei nomine. Sit notum cunctis quod ego Gaucerandus de Cereto, filius Joffrendi de Cereto qui fuit, per me et per omnes meos presentes et futuros, non inductus dolo neque vi compulsus, set gratis ac bona fide, cum hac presenti carta semper valitura, dono, laudo firmiterque concedo atque trado per omnia secula Deo et domui milicie Templi Mansi Dei et vobis, fratri Berengario de Bosco, preceptori ejusdem, et omnibus aliis fratribus Templi, presentibus et futuris, et vestris, et cui volueritis, sine omni meo meorumque retentu, unum hominem meum nomine Berengarium, filium Jacme mulieris de Bagis et Arnaldi Textoris quondam hominis mei. Sicut superius dictum est et inferius etiam plenius continetur, sic dono, laudo, diffinio et trado atque solvo Deo et domui Templi Mansi Dei et vobis, fratri Berengario de Bosco, preceptori ejusdem, et aliis fratribus Templi, presentibus et futuris, et vestris, et cui volueritis, dictum Berengarium, hominem meum, cum omni progenie que ab ipso decetero exierit et descenderit, et cum omnibus rebus suis que habet et decetero habebit, quecumque sint et ubicumque, et nichil juris vel dominii in dicto Berengario neque in illis qui ab ipso exierint neque in rebus suis mihi nec meis retineo, set decetero sit proprius homo et solidus domus Templi cum descendentibus et rebus suis. Si quod vero jus in dicta muliere vestra nomine Jacma et matre dicti Berengarii habeo vel aliquo modo habere debeo, totum illud cum dicto Berengario filio suo Deo et domui Templi et vobis fratribus, presentibus et futuris, diffinio, solvo et desemparo, cum omnibus rebus suis, ita quod decetero in dicta muliere Jacma neque in dicto Berengario, filio suo, sive progenie[a] dicti Berengarii, neque in rebus suis aliquid non petam nec petere faciam ego nec mei, occulte vel manifeste. Hanc vero venditionem et diffinitionem facio Deo et domui domui Templi

et vobis, fratribus predictis, amore Dei et remissione peccatorum meorum et patris mei Joffrendi de Cereto qui fuit. Et habui etiam inde pro servicio de caritate[b] Templi XX solidos malguriensium bonorum, de quibus sum pacatus[c] ad meum bonum comodum. Et renuncio exceptioni non numerate pecunie.[d] Actum est hoc VI idus marcii, anno incarnationis Christi M° CC° XL° I°. Sig+num Gaucerandi de Cereto predicti, qui hoc laudo, firmo testesque firmare rogo. Sig+++na Berengarii de Bagis, et Berengarii de *Casalnadal,* et Johannis, sacriste de Bagis, hujus rei testium.

Guilelmus de Bagis, scriptor publicus, hoc scripsit, et suprascripsit «jus» in VII[a] linea et in VIII[a] «dicti Berengarii», et posuit suum (SM) signum.

a. projenie *B*. b. karitate *B*. c. paccatus *B*. d. peccunie *B*.

408

1242, 2 de maig

Fra Berenguer de Bosc, comanador de la casa del Temple del Masdéu, i fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Pere Carles i a Beatriu, la seva esposa, tot el que aquests darrers han pres a la tinença que tenen per ells a Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles, amb la condició que tinguin aquesta extensió de la mateixa manera que la resta de la tinença i que paguin un cens anual de 3 diners melgoresos el dia de Nadal. Per aquesta concessió, els templers reconeixen haver rebut 3 sous melgoresos.

A[*1*] Original, en forma de carta partida per la part inferior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí, amplada 200 mm, alçada 95/100 mm, ADPO, Hp188.[282]

B Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 338-339, segons *A*[*1*].

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod nos, frater Berengarius de Bosco, preceptor domus Mansi Dei, et frater Petrus de Sancto Romano, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, damus et concedimus

282. El document porta al dors un regest del segle XV en català: «Carta den Pere Carles de sert millorament feu ab l'altre sua tenencia de la casa fora lo portal de Malloles, e fa per aço cens III d. Perpinya», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2760».

ad accapitum vobis, Petro *Carles* et Beatrici, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis, totum illud augmentum quod fecistis de quadam tenencia nostra ad vestram tenenciam, quam pro nobis tenetis in terminis Perpiniani, extra portale quod dicitur de Malleolis, ita quod dictum augmentum decetero vos et vestri teneatis pro nobis et successoribus nostris eadem forma et pacto quo tenetis pro nobis dictam vestram aliam tenentiam; ita tamen quod pro dicto augmento teneamini vos et vestri nobis et successoribus nostris dare III denarios malgurienses de censu, vel monete caterni curibilis per Rossilione, quolibet anno in festo Natalis Domini. Et promittimus quod dictum augmentum faciemus vobis et vestris bonum habere et tenere in pace ab omni persona in perpetuum, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus. Et profitemur et recognoscimus quod pro predicta donatione habuimus et accepimus a vobis III solidos malguriensium bonorum, de quibus per paccatos[a] nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie[b] non numerate, quos misimus ad magnam utilitatem dicte domus. Actum est hoc VI nonas madii, anno Domini MCCXLII. Sig++na Berengarii de Bosco, preceptoris, et fratris Petri de Sancto Romano, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Arnaldi de Fonte Cuberta, et Arnaldi *Beferta* et Petri *Dacelma*, testium rogatorum.

Raimundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani hanc cartam scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic A¹ per* pacatos. b. *Sic A¹ per* pecunie.

409

1242, 2 de maig

Fra Berenguer de Bosc, comanador del Masdéu, i fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Arnau Beferta i a Maria, la seva muller, tot el que aquests darrers han pres a la tinença del Temple a fi d'engrandir la tinença que tenen per ells a Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles, amb la condició que tinguin aquesta extensió de la mateixa manera que la resta de la tinença i que paguin un cens anual d'1 diner melgorès el dia de Nadal. Per aquesta concessió, els templers reconeixen haver rebut 19 sous melgoresos.

A[1] Original, en forma de carta partida per la part inferior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí mutilat, amplada 170 mm, alçada 115/120 mm, ADPO, Hp188.[283]

B Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 340-341, segons *A*[1].

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod nos, frater Berengarius de Bosco, preceptor domus Mansi Dei, et frater Petrus de Sancto Romano, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, damus et concedimus ad accapitum vobis, Arnaldo *Beferta* et Marie, uxori ejus, et vestris, totum illud augmentum quod fecistis de quadam tenentia nostra ad vestram tenentiam, quam pro nobis tenetis in terminis Perpiniani, extra portale quod dicitur de Malleolis; ita quod dictum augmentum decetero vos et vestri teneatis pro nobis et successoribus nostris eadem forma et pacto quo tenetis pro nobis dictam vestram aliam tenenciam, ita tamen quod predicto augmento teneamini vos et vestri nobis et successoribus nostris dare I denarium malguriensem de censu, vel monete caterni curribilis per Rossilionem, quolibet anno in festo Natalis Domini. Et promittimus quod dictum augmentum faciemus vobis et vestris bonum habere et tenere in pace ab omni persona in perpetuum, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus. Et profitemur et recognoscimus quod pro predicta donatione habuimus et accepimus a vobis XVIIII denarios malgurienses bonos, de quibus per paccatos[a] nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie[b] non numerate, quos misimus ad proficuum dicte domus. Actum est hoc VI nonas madii, anno Domini MCCXLII. Sig++na fratris Berengarii de Bosco, et fratris Petri de Sancto Romano, predictorum, qui hec omnia firmamus firmarique rogamus. Sig+++na Petri *Carles*, et Arnaldi de Fonte Cuberta et Petri *Dacelma*, testium rogatorum.

Raimundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic A*[1] *per* pacatos. b. *Sic A*[1] *per* pecunie.

283. El document porta al dors un regest del segle XV: «Carta ab hun diner de cens de cert avinent. Perpinya», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3123».

410

1242, 2 d'octubre

Fra Berenguer de Bosc, comanador de la casa del Temple del Masdéu, amb el consentiment de fra Berenguer de Pi, comanador de Sant Hipòlit, i de fra Pere de Puig Otrer, de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Estefania i a Pere de Calmella, el seu marit, un terreny d'una monallada, situat a la trilla que el Temple té a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles. El terratger haurà de donar-los 12 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 15 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 310v, acta núm. 554.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, p. 16, segons *B*.
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 342-345, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater, Berengarius de Boscho, preceptor domus Mansi Dei, per me et per omnes successores meos, cum hac presenti carta publica imperpetuum valitura, consilio et voluntate ac laudamento fratris Berengarii de Pinu, preceptoris domus Templi Sancti Ypoliti, et fratris Petri *Puygotrer*, domus milicie Templi Perpiniani, dono et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado ad accapitum vobis, Stephanie et Petro de *Calmesela*, marito ejus, et vestris, et cui volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, quoddam pati, videlicet unam monallatam, de celo usque in abyssum,[a] de mea trilla, que est in terminis et in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, extra portale quod dicitur de Malleolis. Quod predictum pati affrontat ab oriente in tenencia Patavi, monerii, a meridie in via publica, ab occidente et ab aquilone in tenencia dicte domus Mansi Dei. Sicut superius dictum est, ita dono ad accapitum vobis, dictis Stephanie et Petro *Calmesela*, marito ejus, et vestris, et cui volueritis, totum predictum pati, videlicet unam monallatam totam, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et sanius intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum,

sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestri, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper michi et successoribus meis pro censu, quolibet anno in festo Natalis Domini, XII denarios malgurienses, vel monete caterni curribilis per Rossillionem, et foriscapium si venderetur vel impignoraretur. Verumtamen,[b] si forte dictum pati vendere vel inpignorare vos vel vestri volueritis, primum michi et successoribus meis denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicuti alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si forte retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris illum vendere vel inpignorare cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo semper jure predicto dicte domui Mansi Dei. Et promitto[c] tibi bona fide quod totum predictum pati, de celo usque in abyssum,[a] faciam vobis et vestris bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et teneri sine fraude de omni evictione, obligans inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, mobilia et inmobilia, presentia et futura, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donatione et concessione, habui et accepi a vobis XV solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatum[d] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[e] non numerate. Actum est hoc VI° nonas octobris, anno Domini M° CC° XL° secundo. Sig+num fratris Berengarii de Boscho, preceptoris predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig++na fratris Berengarii de Pinu et fratris Petri *Puygotrer* predictorum, qui hec omnia laudamus et concedimus. Sig+++na Petri *Moles*, et Johannis Sobirani et Petri *Costa*, testium rogatorum. Raymundus de Villa longa scripsit hoc vice Raymundi *Carles* et hoc sig-(SM)-num fecit. Raymundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. verumptamen *B*. c. promito *B*. d. paccatum *B*. e. peccunie *B*.

411

1243 (nou estil), 24 de febrer

Fra Berenguer de Bosc, comanador del Masdéu, i fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Ramon Mestre d'Arles i a Maria Ferrera, la seva esposa, un terreny d'una monallada d'ample i quatre monallades de llarg situat al camp que tenen al defora de la Porta

de Malloles, a Perpinyà. Els terratgers hauran de donar-los 12 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, els templers reconeixen haver rebut 20 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 327v-328, acta núm. 593.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, p. 16, segons *B*.
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 346-348, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Berengarius de Bosco, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus de Sancto Romano, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, donamus ad accapitum vobis, Raymundo Magistro de Arulis et Marie Ferrarie, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati, videlicet unam monallatam in latitudine et IIII^{or} in longitudine, de illo campo nostro que est in terminis et in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, extra portale quod dicitur de Malleolis, et affrontat ab oriente in tenencia Petri Monerii, a meridie in tenencia dicte domus Templi, ab occidente similiter in tenencia dicte domus, ab aquilone in via publica, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus suis, sicut melius et sanius intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestri, qui dictum pati, sive domum vel domos quas ibi feceritis, habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini XII denarios malgurienses bonos de censu. Et si forte dictum pati, sive domum vel domos quas ibi feceritis, vendere vel inpignorare volueritis vos vel vestri, primum nobis et nostris denuncietis spatio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam retinendi sicut alia persona ibi dare vel accomodare[a] voluerit, quibus completis, si forte retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris dictam donationem vendere vel inpignorare cuicumque volueritis, salvo semper jure nostro predicto et etiam foriscapio quandocumque et quocienscumque venderetur vel inpignoraretur sive alienaretur. Preterea promittimus[b] vobis, bona fide per stipulationem per nos et per omnes successores nostros, quod totam predictam donationem faciemus nos et successores nostros vobis et vestris bonam habere

et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona domus. Et recognoscimus quod pro hac donatione habuimus et accepimus a vobis, ad utilitatem dicte domus Templi, XX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Actum est hoc VI kalendas marcii, anno Domini M° CC° XL° II°. Sig++na fratris Berengarii de Bosco, et fratris Petri de Sancto Romano, predictorum, qui hec omnia firmamus firmarique rogamus. Sig+++na Guilelmi Pelegrini de Malleolis, et Petri Monerii et Petri Caironi, sutoris, testium rogatorum.

Raymundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani hanc cartam scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. acomodare *B*. b. promitimus *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*.

412

1243 (nou estil), 24 de febrer

Fra Berenguer de Bosc, comanador del Masdéu, i fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Pere Moner de Sureda i a Volona, la seva esposa, un terreny d'una monallada i mitja d'ample i quatre monallades de llarg situat al camp que tenen al defora de la Porta de Malloles, a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. Els terratgers hauran de donar-los 18 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, els templers reconeixen haver rebut 30 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 354v-355, acta núm. 645.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 349-351, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Berengarius de Boscho, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus de Sancto Romano, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, donamus ad accapitum vobis, Petro Monerio de Sureda et Volone, uxori ejus, et vestris, imperpetuum, et etiam cui volueritis, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati, videlicet unam monallatam et dimidiam in latitudine et IIII monallatas in longitudine, de illo campo nostro qui est[a] extra

portale quod dicitur de Malleolis, in terminis et in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, et affrontat dictum pati ab oriente in tenencia Bernardi Cerdani, pelliparii, a meridie et ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in via publica, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, sicut melius et sanius intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestri, qui dictum pati, sive domos quas ibi feceritis, habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris et dicte domui nostre quolibet anno in festo Natalis Domini XVIII denarios malgurienses bonos, vel monete quaterni curribilis per Rossilionem. Verumtamen, si forte dictum pati, sive domum vel domos que ibi feceritis, vendere vel inpignorare sive alienare volueritis vos vel vestri, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spatio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam retinendi sicuti alia persona ibi dare vel accomodare voluerit, quibus completis, si forte retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris dictam donacionem vendere, inpignorare et alienare cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo semper censu nostro predicto, et etiam foriscapio quandocumque et quocienscumque venderetur vel inpignoraretur sive alienaretur. Preterea promittimus[b] vobis, per nos et per omnes successores nostros, quod totam predictam donacionem faciemus vobis et vestris bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus milicie Templi, presencia et futura. Et profitemur et in veritate recognoscimus quod pro hac donacione habuimus a te XXX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse et redactam in maxima utilitate dicte domus. Actum est hoc VI kalendas marcii, anno Domini M° CC° XL° II°. Sig++na fratris Berengarii de Boscho et fratris Petri de Sancto Romano, preceptorum predictorum, qui hec omnia firmamus firmarique rogamus. Sig+++na Guilelmi Pelegrini de Malleolis, et Raymundi Magistri de Arulis et Petri Caironi, sutoris, testium rogatorum.

Raymundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani hanc cartam scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. est *afegit a la interlínia B*. b. promitimus *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. peccuniam *B*.

FUNDACIÓ NOGUERA

413

1243, 28 d'abril

Fra Berenguer de Bosc, comanador del Masdéu, i fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Bernat de Fòssa un terreny situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta donació, reconeixen haver rebut 39 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 332r-v, acta núm. 602.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 352-354, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Berengarius de Boscho, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Petro de Sancto Romano, preceptor domus milicie[a] Templi Perpiniani, cum consilio et voluntate et assensu expresso tocius conventus dicte domus Mansi Dei, donamus ad accapitum tibi, Bernardo de Fossa, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati, de celo usque in abyssum,[b] quod est in terminis et in adjacentia Sancti Johannis Perpiniani, extra portale quod dicitur de Malleolis, et affrontat ab oriente in tenencia Johannis Fabri, a meridie in camino publico, ab occidente in tenencia Guilelmi de *Cogliure*, ab aquilone in via novella. Sicut superius dictum est, ita donamus ad accapitum tibi, dicto Bernardo de Fossa, et tuis, totum predictum pati, de celo usque in abyssum,[b] integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum pati habueritis et tenueritis, donetis semper dicte domui Templi Perpiniani quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos malguriensium, vel monete caterni curribilis per Rossilionem, pro censu. Et si forte dictum pati tu vel tui vendere vel inpignorare volueritis, primum nobis et successoribus nostris denunciatis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam et potestatem retinendi sicuti alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si forte retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis illud vendere vel inpignorare cuicumque

volueris, ut dictum est, salvo jure predicto dicte domui Templi, et etiam foriscapio. Et promittimus[c] tibi bona fide per stipulacionem, quod totum predictum pati, de celo usque in abyssum,[b] faciemus tibi et tuis bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et teneri sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona Mansi Dei ubique. Et pro hac donacione et concessione habuimus et accepimus a te pro accapito XXXVIIII solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes excepcioni pecunie[e] non numerate, quam pecuniam[f] recognoscimus versam esse et redactam in maxima utilitate dicte domus. Actum est hoc III° kalendas madii, anno Domini M° CC° XL III°. Sig++na fratris Berengarii de Bosco et fratris Petri de Sancto Romano predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi de *Cogliure*, et Bernardi Fabri et Bernardi Timiame, testium. Ego Raymundus de Turre hanc cartam scripsi mandato Raymundi *Carles*.

Raymundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. milicie *repetit per error B*. b. habissum *B*. c. promitimus *B*. d. paccatos *B*. e. peccunie *B*. f. peccuniam *B*.

414

1243, 20 de maig

Arnau de Tesà ven a la milícia del Temple i a fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa de Perpinyà, tot el dret i la senyoria que té sobre una meitat del mas que havia pertangut a Ponç Roer, situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. I pel seu dret de senyoria sobre aquesta meitat de mas rebia 12 diners de moneda de quatern de cens anual.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 296r-v, acta núm. 528.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 355-357, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Arnaldus de Tesano, per me et per omnes meos, cum hac presenti carta imperpetuum valitura vendo domino Deo et domui milicie Templi et tibi, fratri Petro de Sancto Romano, preceptori domus milicie Templi Perpiniani, et successoribus tuis, presentibus et futuris, et omnibus fratribus Mansi Dei, totum jus et dominium et seniorivum quem habeo et habere et accipere debeo in tota illa medietate mansi

qui fuit olim Poncii Roerii, qui mansus est intus Perpinianum, in adjacentia Sancti Johannis ejusdem ville. Et affrontat medietas dicti mansi ab oriente in manso Sancte Marie de Cola,[a] a meridie in via publica, ab occidente in alia medietate mansi que est Perpiniane, filie dicti Poncii Roerii condam, totum, integriter ac generaliter, sicut melius et sanius intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et successorum vestrorum. Dono etiam et cedo vobis et successoribus vestris ratione dicte venditionis omnes actiones et exceptiones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, quas et que in predicta medietate dicti mansi ratione dominii vel alio modo habeo vel habere aliquo modo debeo, et modo in presenti vos in rem vestram procuratores me constituo,[b] renuncians exceptioni pecunie[c] non numerate, et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi pretii decepti sunt similiter renuncio. Et si hec venditio modo plus valet dicto pretio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu illa magis valentia gratis inter vivos vobis et successoribus vestris diffinio et dono, ad omnes vestras voluntates perpetuo faciendas. Promitto[d] etiam bona fide per stipulationem me et meos semper vobis et successoribus vestris de predicta venditione fore legitimos auctores et deffensores ab omni persona imperpetuum, et teneri sine fraude de omni evictione, obligans inde vobis et successoribus vestris et dicte domui per vinculum omnia bona mea, presentia et futura. Et incontinenti de tota predicta venditione me et meos semper denudo, et dictam domum et vos et successores vestros prorsus investio et in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti vos mitto[e] ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates perpetuo faciendas pro libero et francho alodio. Et est certum quod in dicta medietate dicti mansi habebam et accipiebam pro dominio et seniorivo quolibet anno de censu XII denarios monete quaterni curribilis per Rossellionem. Et quod contra predicta vel aliquid de predictis non veniam, bona fide per stipulationem vobis promitto.[c] Actum est hoc XIII° kalendas junii, anno Domini M° CC° XLIII°. Sig+num Arnaldi de Tesano predicti, qui hec omnia firmo firmarique rogo. Sig+++na Berengarii Laurencii, et Bernardi *Sabors* et Raymundi Stephani, testium rogatorum. Raymundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani hanc cartam scripsit et suprascripsit in XVIII[a] linea «vobis» et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic B, cal segurament llegir* Eula. b. teneo *B*. c. peccunie *B*. d. promito *B*. e. mito *B*.

415

1243, 7 de juny

Fra Berenguer de Bosc, comanador del Masdéu, i fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Guillem de Fontrodona, a la seva muller Maria, a llur fill Ferrer i a l'esposa d'aquest, Ermessenda, un terreny d'una monallada d'ample i quatre monallades de llarg, situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles. Els terratgers hauran de donar-los 12 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 15 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 391r-v, acta núm. 719.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 362-363, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod nos, frater Berengarius de Bosco, preceptor Mansi Dei, et frater Petrus de Sancto Romano, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes nostros successores, presentes atque futuros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, donamus et laudamus et incontinenti tradimus ad accapitum vobis, Guilelmo de Fonte rotunda, et Marie, uxori ejus, et Ferrario, filio eorum, et Ermessendi, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati, videlicet unam monallatam in latitudine et IIII^{or} in longitudine, de nostra tenencia que est extra portale de Malleolis, in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Petri de Calmesela, a meridie in via, ab occidente in tenencia domus Templi, ab aquilone in orto dicte domus. Sicut superius dictum est, ita damus vobis predictis, et vestris, ad accapitum totum predictum pati, de celo usque in abyssum,[a] totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestri, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper dicte domui Templi Perpiniani quolibet anno in festo Natalis Domini XII denarios malgurienses, vel monete caterni curribilis per Rossillionem, pro censu. Et si forte dictum pati vos vel vestri vendere

vel inpignorare volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam et potestatem retinendi sicuti alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si forte retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris illud vendere vel inpignorare cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo jure predicto dicte domui Templi, et etiam foriscapio. Et promittimus[b] vobis bona fide per stipulacionem quod totum predictum pati, de celo usque in abyssum,[a] faciemus vobis et vestris bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et teneri sine fraude de omni evictione, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona Mansi Dei ubique. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a vobis pro accapito XV (solidos)[c] malguriensium, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes excepcioni pecunie[e] non numerate. Actum est hoc VII° idus junii, anno Domini M° CC° XL° III°. Sig++na fratris Berengarii de Bosco, et fratris Petri de Sancto Romano predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Berengarii Amalrici, et Laurencii de Mansone et Johannis Andree, testium rogatorum. Raymundus de Villa longa scripsit hoc vice Raymundi *Carles* et hoc sig-(SM)-num fecit.

Raymundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. promitimus *B*. c. solidos *omès B*. d. paccatos *B*. e. peccunie *B*.

416

1243, 2 d'octubre

Fra Berenguer de Bosc, comanador del Masdéu, i fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment de fra Pere de Puig Otrer i de tot llur convent, donen en acapte a Guillem Fabre de Castell-rosselló un terreny de tres monallades d'ample i quatre monallades de llarg situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles, per a construir-hi una o diverses cases. El terratger haura de donar-los 3 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 45 sous. Concedeixen a més al terratger el dret d'evacuar les aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 315, acta núm. 565.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 364-367, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Berengarius de Boscho, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Petrus de Sancto Romano, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, presentes atque futuros, cum hac presenti carta imperpetuum valitura, voluntate et laudamento fratris Petri Pujotrerii, et totius alius conventus nostri, damus, concedimus et incontinenti tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo Fabri de Castro Rossillione, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas tuorumque voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati, de celo usque in abyssum,[a] videlicet III monallatas in latitudine, et IIII[or] in longitudine, de nostra tenentia que est extra portale quod dicitur de Malleolis, in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, ad faciendum et edificandum[b] ibi domum vel domos. Quod predictum pati affrontat ab oriente et aquilone in tenencia domus Templi, a meridie in via *noella*, ab occidente in tenencia Petri *Carles*. Predictum autem pati, ut superius dictum est, tibi et tuis damus et concedimus ad accapitum totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper dicte domui Templi Perpiniani pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini III solidos malguriensium, vel monete caterni curribilis per Rossillionem. Et si forte tu vel tui dictum pati vendere vel inpignorare volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spatio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam et potestatem retinendi sicuti alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si forte retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis illud vendere vel inpignorare cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo semper jure nostro predicto et etiam foriscapio. Et promittimus[c] tibi bona fide quod totum predictum pati faciemus tibi et tuis bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, obligantes tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei ubique. Et pro hac donatione et cessione, habuimus et accepimus a te XLV solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes omni exceptioni, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse et redactam in maxima utilitate dicte domus. Preterea

damus et concedimus tibi et tuis imperpetuum ratione dicti accapiti in dicto pati tuo aqueversum versus tenenciam dicte domus Templi. Actum est hoc VI nonas octobris, anno Domini M° CC° XL° III°. Sig++na fratris Berengarii de Boscho et fratris Petri de Sancto Romano predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+num fratris Petri Pujotrerio predicti, qui hec omnia laudo. Sig+++na Raymundi *Cames*, et Raymundi *Vesola* et Guilelmi *Cerda*, testium rogatorum. Raymundus de Villalonga scripsit hoc vice Raymundi *Carles* et hoc sig-(SM)-num fecit.

Raymundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. hedificandum *B*. c. promitimus *B*. d. paccatos *B*. e. peccuniam *B*.

417

1243, 2 d'octubre

Fra Berenguer de Bosc, comanador del Masdéu, i fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment de fra Pere de Puig Otrer i de tot llur convent, donen en acapte a Pere Carles un terreny de dues monallades d'ample i quatre monallades de llarg situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles, per a construir-hi una o diverses cases. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 30 sous. Concedeixen a més al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

A[1] Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí, amplada 210/215 mm, alçada 120/130 mm, ADPO, Hp188.[284]

A[2] Original, perdut.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 392r-v, acta núm. 721, versemblantment segons *A*[2].

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 358-359, segons *B*.

284. El document porta al dors un regest del segle XV en català: «Carta dun pati Pere Carles per casa ab cens de II s. Perpinya», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2758».

Notum sit cunctis quod ego frater Berengarius de Bosco, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Petrus de Sancto Romano, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, presentes atque futuros, cum hac presenti carta in perpetuum[a] valitura, voluntate et laudamento fratris Petri Pujotrerii et totius alius conventus nostri, damus et concedimus et incontinenti tradimus ad accapitum tibi, Petro *Carles*, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas tuorumque voluntates faciendas, I pati, de celo usque in habissum,[b] videlicet II monallatas in latitudine et IIII[c] in longitudine, de nostra tenencia, que est extra portale quod dicitur de Malleolis, in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, ad faciendum et edificandum[d] ibi domum vel domos, quod pati affrontat ab oriente in tenencia Guilelmi Fabri, meridie[e] in via noella, ab occidente in tenencia Arnaldi de Fonte Cuberta, aquilone in tenencia domus Templi. Predictum autem pati, ut superius dictum est, damus[f] et concedimus ad accapitum totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper domui Templi Perpiniani de censu quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos malguriensium, vel monete caterni curribilis per Rossilionem,[g] et si forte dictum pati tu vel tui vendere vel inpignorare volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spatio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam et potestatem retinendi sicuti alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si forte retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis illud vendere vel inpignorare cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo jure nostro predicto, et etiam foriscapio, promittentes[h] tibi bona fide quod totum predictum pati, de celo usque in habissum, faciemus tibi et tuis bonum habere et tenere in pace ab omni persona in perpetuum,[a] obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona domus Mansi Dei[i] ubique. Et pro hac donatione et concessione,[j] habuimus et accepimus a te XXX solidos malguriensium bonorum, de quibus per paccatos[k] nos tenemus, renunciantes omni exceptioni, quos etiam recognoscimus versos esse, et redactos, in maxima utilitate dicte domus. Preterea damus et concedimus tibi et tuis ratione dicti accapiti in dicto pati tuo aquaversum versus tenenciam domus Templi. Actum est hoc VI nonas octobris, anno Domini MCCXLIII. Sig++na fratris Berengarii de Bosco, et fratris Petri de Sancto Romano predictorum, qui hec omnia laudamus.

Sig+num fratris Petri Pujotrerii predicti, qui hec omnia laudo. Sig+++na Raimundi[l] *Cames*, et Raimundi[l] *Vesola*, et Guilelmi *Cerda,*[m] testium rogatorum. Raimundus[n] de Villalonga scripsit hoc vice Raymundi *Carles* et hoc sig-(SM)-num fecit, et rasit et emendavit in XI linea «quod». Raimundus[l] *Carles*, notarius publicus Perpiniani, hanc[o] cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.[p]

a. imperpetuum *B*. b. *Sic AB per* abyssum. c. IIII[or] *B*. d. hedificandum *B*. e. a meridie *B*. f. tibi et tuis damus *B*. g. Rossillionem *B*. h. promitentes *B*. i. Dei *omès B*. j. et concessione *omès B*. k. *Sic A*[1]*B per* pacatos. l. Raymundi *B*. m. Cerdani *B*. n. Raymundus *B*. o. han *B*. p. fecit *omès B*.

418

1243, 2 d'octubre

Fra Berenguer de Bosc, comanador del Masdéu, i fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment de fra Pere de Puig Otrer i de tot llur convent, donen en acapte a Arnau de Fontcoberta i a Bernarda, la seva muller, un terreny de dues monallades d'ample i quatre monallades de llarg situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles, per a construir-hi una o diverses cases. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 30 sous. Els concedeixen a més el dret d'evacuar llurs aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 385, acta núm. 706.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 370-371, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Berengarius de Boscho, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Petrus de Sancto Romano, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, presentes atque futuros, cum hac presenti carta imperpetuum valitura, consilio et voluntate fratris Petri Pujotrerii et totius alius conventus nostri, damus, laudamus et concedimus ad accapitum tibi, Arnaldo de Fonte cuberta, et tibi, Bernarde, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati, de celo usque

in abyssum,[a] videlicet II monallatas in latitudine et IIII[or] in longitudine, ad faciendum et edificandum[b] ibi domum vel domos, de nostra tenencia que est extra portale quod dicitur de Malleolis, in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Petri *Carles*, a meridie in via noella, ab occidente in tenencia Guilelmi *Croses*, ab aquilone in tenencia domus Templi. Sicut superius dictum est, sic damus et concedimus vobis et vestris totum predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus. Sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestri, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper dicte domui Templi Perpiniani quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos malguriensium de censu, vel monete caterni curribilis per Rossillionem. Et si forte dictum pati vos vel vestri vendere vel inpignorare volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam et potestatem retinendi sicuti alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si forte retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris illud vendere vel inpignorare cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo jure nostro predicto, et etiam foriscapio, promittentes[c] vobis bona fide per stipulacionem quod totum predictum pati faciemus vobis et vestris bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona domus Mansi Dei ubique. Et pro hac donacione et concessione, habuimus et accepimus a vobis XXX solidos malguriensium, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes excepcioni pecunie[e] non numerate, quam pecuniam[f] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus, dantes etiam et concedentes vobis et vestris imperpetuum racione dicti accapiti in dicto pati vestro aquaversum versus tenenciam nostram. Actum est hoc VI° nonas octobris, anno Domini M° CC° XL° III°. Sig++na fratris Berengarii de Bosco et fratris Petri de Sancto Romano predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+num fratris Petri Pujotrerii predicti, qui hec omnia laudo. Sig+++na Raimundi *Cames*, et Raimundi *Vesola,* et Guilelmi *Cerda*, testium rogatorum. Raymundus de Villa Longa scripsit hoc vice Raymundi *Carles* et hoc sig-(SM)-num fecit.

Raymundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. hedificandum *B*. c. promitentes *B*. d. paccatos *B*. e. peccunie *B*. f. peccuniam *B*.

419

1243, 2 d'octubre

Fra Berenguer de Bosc, comanador del Masdéu, i fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment de fra Pere de Puig Otrer i de tot llur convent, donen en acapte a Guillem Croses júnior, fuster, un terreny d'una monallada d'ample i dues monallades de llarg situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles, per a construir-hi una o diverses cases. El terratger haurà de donar-los 12 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 15 sous melgoresos. Concedeixen a més al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 399, acta núm. 736.
C Còpia parcial del començament del segle XX, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 360-361, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Berengarius de Bosco, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Petrus de Sancto Romano, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes nostros, presentes atque futuros, cum hac presenti carta imperpetuum valitura, voluntate et laudamento fratris Petri Pujotrerii et tocius alius conventus nostri, damus et laudamus et incontinenti tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo *Crosses* juniori, fusterio, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas tuorumque voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati, de celo usque in abyssum,[a] videlicet unam monallatam in latitudine et II in longitudine, de nostra tenencia, que est extra portale quod dicitur de Malleolis, in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, ad faciendum et edificandum[b] ibi domum vel domos, et affrontat ab oriente in tenencia Arnaldi de Fonte cuberta, a meridie in via, ab occidente in tenencia Pagani Fusterii, ab aquilone in tenencia domus Templi. Predictum autem pati, ut superius dictum est, tibi et tuis damus et concedimus ad accapitum, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et successoribus nostris pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini XII denarios malgu-

rienses, vel monete caterni curribilis per Rossillionem. Et si forte tu vel tui dictum pati vendere vel inpignorare volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam et potestatem retinendi sicuti alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si forte retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis illud vendere vel inpignorare cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo semper jure nostro predicto, et etiam foriscapio, promittentes[c] tibi bona fide per stipulationem quod totum predictum pati faciemus tibi et tuis bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, obligans inde tibi et tuis per vinculum omnia bona domus Mansi Dei ubique. Et pro hac donatione, habuimus et accepimus a te XV solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[d] nos (tenemus),[e] renunciantes omni exceptioni, quam pecuniam[f] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus. Preterea damus et concedimus tibi et tuis imperpetuum ratione dicti accapiti in dicto patuo aquaversum versus tenenciam nostram. Actum est hoc VI° nonas octobris, anno Domini M° CC° XL° III°. Sig++na fratris Berengarii de Bosco, et fratris Petri de Sancto Romano predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+num fratris Petri Pujotrerii predicti, qui hec omnia laudo. Sig+++na Raymundi *Cames*, et Raymundi *Vesola*, et Guilelmi *Cerda*, testium rogatorum. Raymundus de Villa Longa scripsit hoc vice Raymundi *Carles* et hoc sig-(SM)-num fecit. Raymundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. hedificandum *B*. c. promitentes *B*. d. paccatos *B*. e. tenemus *omès B*. f. peccuniam *B*.

420

1243, 2 d'octubre

Fra Berenguer de Bosc, comanador del Masdéu, i fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment de fra Pere de Puig Otrer i de tot llur convent, donen en acapte a Pagà Fuster i a Maria, la seva esposa, un terreny situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles. Els terratgers hauran de donar-los 3 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga

durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 50 sous. Concedeixen a més als terratgers el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 421v-422, acta núm. 788.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 368-369, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Berengarius de Bosco, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Petrus de Sancto Romano, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, presentes atque futuros, cum hac presenti carta imperpetuum valitura, consilio et laudamento fratris Petri Pujotrerii et tocius alius conventus nostri, damus et concedimus et incontinenti tradimus ad accapitum vobis, Pagano Fusterio et Marie, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis, ad omnes vestras voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, que est extra portale de Malleolis, in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, ad faciendum ibi quicquid volueritis, et affrontat ab oriente in tenencia Guilelmi *Croses*, a meridie in via publica novella, ab occidente in tenencia Fratrum Minorum Perpiniani, ab aquilone in tenencia domus Templi. Predictum autem pati, ut superius dictum est, vobis et vestris damus et concedimus[b] ad accapitum, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto, quod vos et vestri, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper dicte domui Templi Perpiniani de censu quolibet anno in festo Natalis Domini III solidos malguriensium, vel monete caterni curribilis per Rossillionem. Et si forte vos[c] vel vestri dictum patuum vendere vel inpignorare volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam et potestatem retinendi sicuti alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si forte retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris illud vendere vel inpignorare cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo semper jure nostro predicto, et etiam foriscapio, promittentes[d] vobis bona fide per stipulationem quod totum predictum pati faciemus vobis et vestris bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei ubique. Et pro hac donacione et concessione, habuimus et acce-

pimus a vobis L solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[e] nos tenemus, renunciantes omni exceptioni, quos etiam recognoscimus versos esse, et redactos, in maxima utilitate dicte domus. Preterea damus et concedimus vobis, ratione dicti accapiti, in dicto pati vestro aquaversum versus tenenciam nostram. Actum est hoc VI° nonas octobris, anno Domini M° CC° XL° III°. Sig++na fratris Berengarii de Bosco, et fratris Petri de Sancto Romano predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+num fratris Petri Pujotrerii predicti, qui hec omnia laudo. Sig+++na Raymundi *Cames*, et Raymundi *Vesola*, et Guilelmi *Cerda*, testium rogatorum. Raymundus de Villa longa scripsit hoc vice Raymundi *Carles* et hoc sig-(SM)-num fecit.

Raymundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. dono et concedo *B*. c. vel *B*. d. promitentes *B*. e. paccatos *B*.

421

1243, 3 d'octubre

Fra Berenguer de Bosc, comanador del Masdéu, i fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment de fra Pere de Puig Otrer i de tot llur convent, donen en acapte a Pere de Coma i a Estefania, la seva esposa, un terreny d'una monallada i mitja d'ample i una monallada de llarg, situat darrere la tinença que tenen pel Temple a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles, per a construir-hi una o diverses cases. Els terratgers hauran de donar-los 6 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 10 sous. Concedeixen als terratgers el dret d'evacuar llurs aigües cap a la tinença del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 318r-v, acta núm. 573.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 372-375, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod nos, frater Berengarius de Bosco, preceptor domus Mansi Dei, et frater Petrus de Sancto Romano, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, cum hac presenti publica scriptura

imperpetuum valitura, consilio et voluntate fratris Petri Pujotrerii, et totius conventus dicte domus Mansi Dei, damus, concedimus et incontinenti tradimus ad accapitum vobis, Petro de Coma et Stephanie, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati, de celo usque in abyssum,[a] videlicet unam monallatam et mediam in latitudine, et I monallatam in longitudine, retro tenencia vestram, quam pro nobis tenetis,[b] quod pati est extra portale de Malleolis, in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, quod pati affrontat ab oriente et a meridie et ab occidente in tenencia domus Templi Perpiniani, ab aquilone in vestra tenencia. Sicut superius dictum est, ita damus vobis predictis et vestris ad accapitum totum predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestri, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini VI denarios malgurienses, vel monete caterni curribilis per Rossillionem. Et si forte dictum pati vos vel vestri vendere vel inpignorare volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spatio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam et potestatem retinendi sicuti alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si forte retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris illud vendere vel inpignorare cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo jure nostro predicto et etiam foriscapio. Quem predictum pati vobis damus et concedimus ad edificandum[c] ibi domum vel domos. Et promittimus[d] vobis bona fide per stipulationem quod totum predictum pati, de celo usque in abyssum,[a] faciemus vobis et vestris bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et teneri sine fraude de omni evictione, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus Templi ubique. Et profitemur quod pro predicta donatione habuimus et accepimus a vobis X solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[e] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[f] non numerate, quam peccuniam recognoscimus versam esse et redactam in maxima utilitate dicte domus Mansi Dei. Preterea damus vobis in dicto pati vestro aqueversum versus tenenciam nostram. Actum est hoc V° nonas octobris, anno Domini M° CC° XL° tercio. Sig++na fratris Berengarii de Boscho et fratris Petri de Sancto Romano predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Pelegrini

de Malleolis, et Guilelmi de Castro Rossillione et Bernardi Mironi, testium rogatorum. Sig+num Petri *Pujotrer* predicti, qui hec omnia laudo et concedo in presentia dictorum testium. Raymundus de Villalonga scripsit hoc vice Raymundi *Carles* et hoc sig-(SM)-num fecit, et suprascripsit in XVI[a] linea «de Malleolis». Raymundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit, et rasit et emendavit in XV[a] linea, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. tenes *B*. c. hedificandum *B*. d. promitimus *B*. e. paccatos *B*. f. peccunie *B*.

422

1243, 13 de desembre

Guillem de Vilaclara, la seva esposa Maria i el seu germà Ramon de Vilaclara venen a la milícia del Temple i als frares Berenguer de Bosc, comanador del Masdéu, i Berenguer de Castellfollit, comanador del castrum *de Palau [del Vidre], nou diners de cens anual i la senyoria directa que tenen sobre deu peces de terra; el quartó i la senyoria directa sobre la rota Genera al prat de Mata; el quartó i la senyoria directa sobre el camp de Lar; una gallina i mitja de cens anual i la senyoria directa sobre les cases que Guillem Fabre té per ells i per Berenguer Llorenç a la vila i terme de Santa Maria de Palau; la meitat del quartó i la senyoria directa sobre una vinya tinguda per ells i per Ramon de Corsavell al vinyar de Batipalmes; la meitat dels mitjos quartons i agrers i la senyoria directa sobre una feixa de vinya tinguda per ells i per Ramon de Corsavell al camí d'Elna; l'agrer i la senyoria directa sobre un hort tingut per ells i per Ramon Corsavell; la meitat del quartó i la senyoria directa sobre tres peces de vinya i les figueres que hi ha, que són tingudes per ells i per Ramon de Corsavell al vinyar de Batipalmes; la meitat del quartó i la senyoria directa de dues vinyes tingudes per ells i per Ramon de Corsavell al vinyar de Batipalmes; la meitat del quartó i la senyoria directa d'una vinya tinguda per ells i per Ramon de Corsavell a Sant Esteve, al vinyar de Batipalmes; la meitat del quartó i la senyoria directa d'una vinya tinguda per ells al mateix vinyar; 8 diners de cens anual per Nadal i la senyoria directa sobre un hort tingut per ells i per Ramon de Corsavell al Pont; la meitat del quartó i la senyoria directa de les vinyes i les figueres que hi ha; la meitat*

del quartó i la senyoria directa sobre una vinya tinguda per ells; el quartó i la senyoria directa d'un hort a Palol; el quartó i la senyoria directa d'un hort a l'Horta de Palol; la meitat del quartó i la senyoria directa de dues vinyes tingudes per ells i per Ramon de Corsavell al mateix vinyar; una gallina de cens i la senyoria directa sobre un hort tingut per ells a l'Horta, prop del poble de Palau; el quartó i la senyoria directa d'una vinya tinguda per ells al vinyar de Batipalmes; una gallina de cens per Nadal sobre una casa situada al mas de Bernat Ponç, al poble de Palau; tres mitjos quartons[285] *de cens cada dos anys i la senyoria directa sobre dues terres a les Fonts; 18 diners de cens anual per Nadal i la senyoria directa sobre una borda i les seves tinences, més un parell de gallines; el quartó sobre l'hort d'aquesta borda, un parell de coloms sobre el colomar que hi ha en aquest hort i el quartó i la senyoria directa sobre una feixa de terra a Sanilers que ha estat desmembrada d'aquesta borda; la meitat del quartó i la senyoria directa d'una vinya al vinyar de Batipalmes; el quartó i la senyoria directa d'una vinya anomenada Valarda, situada al vinyar de Rugals; 18 diners i un parell de gallines de cens anual i la senyoria directa sobre el mas que el difunt Joan Esteve tenia per ells al poble; 15 diners per Nadal i una gallina de cens anual i la senyoria directa sobre una part del mas de Joan Marcus situat al poble; el quartó i la senyoria directa sobre tot el vinyar del Pont, tant sobre les terres com sobre les vinyes. Venen a la milícia del Temple tot el que tenen des del bosc d'Avalrí fins al camp que el difunt Sabater d'Elna tenia per Gombau de Perpinyà i fins a l'honor que el difunt Guillem Testor tenia per la milícia del Temple i fins al Tec. Venen igualment tot el que tenen a la parròquia de Sant Andreu de Sureda, fins a l'honor de Santa Maria d'Espirà, a les Fonts, i d'allí fins a la vinya del difunt Ramon Auger, després fins al camp de Martí Guitard i al camí públic d'Ortafà, després fins als límits de Santa Eulàlia d'Elna, d'allí fins a les honors de la parròquia de Santa Coloma d'Alamanis i les de Sant Vicenç de Tatzó d'Amunt. Reconeixen que tenien, com llurs predecessors, totes les possessions en feu per la milícia del Temple, sota el cens anual de 3 sous i 4 diners de moneda de quatern i dos sesters d'ordi. Però com que no han pagat aquest cens a la casa del Temple durant sis anys,*

285. La classe del producte no és precisada.

reconeixen que aquesta honor li pertoca per dret de comís. A més a més, els pares de Guillem de Vilaclara havien obligat una gran part d'aquesta honor a Berenguer Despuig i a la seva muller Floriana per 600 sous de moneda de quatern, després aquesta penyora havia passat a ser possessió de Ponç de la Torre, i més tard a la filla d'aquest, Maria, els quals han estat reemborsats àmpliament amb els ingressos procedents d'aquestes possessions. Guillem de Vilaclara i els seus cedeixen a la milícia del Temple tots els drets, així com les demandes en justícia que poden tenir en contra de Maria de la Torre i de qualsevol altre detentor d'aquestes possessions per la recuperació dels ingressos [recaptats en excés] i d'aquesta honor, ja sigui davant un tribunal eclesiàstic o davant un tribunal civil. Els templers hauran de recuperar els béns empenyorats com puguin prop de Maria de la Torre i de qualsevol altre que en sigui detentor. Com a preu d'aquesta venda, Guillem de Vilaclara i els seus reconeixen haver rebut 200 sous melgoresos. Maria, muller de Guillem de Vilaclara, confirma aquesta venda i renuncia a tots els drets que pot tenir sobre aquestes possessions. Reconeix a més a més que el seu marit li ha donat una contrapartida satisfactòria. Els venedors exclouen d'aquesta venda dues vinyes situades al vinyar de Batipalmes.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 38-40, acta núm. 63.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 17-21, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 365-391, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Guilelmus de Villa clara, et ego Maria, uxor ejus, et ego Raymundus de Villa clara, frater dicti Guilelmi, nos tres unum insimul, nulla vi metusve causa coacti nec ducti[a] dolo vel metu, set mera et spontanea voluntate ducti,[b] bona fide et sine fraude, per nos et per omnes nostros, presentes ac futuros, cum hac carta publica omni tempore valitura, renunciantes divi Adriani et beneficio nove constitutionis et omni alii juri legitimo nobis competenti vel competituro, vendimus in presenti, sine aliquo retentu, Deo omnipotenti et Beate Marie et domui milicie Templi et omnibus fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, et specialiter vobis, domino fratri Berengario de Boscho, preceptori Mansi Dei, et vobis, fratri Berengario de Castellofulito, comendatori castri de Palacio, et omnibus successoribus vestris, novem denarios curribilis monete per Rossellionem

annuatim censuales, et totum jus et dominium quod habemus vel habere debemus in omni honore, heremo et condirecto, ubique, quem tenebat pro nobis Bonetus Textor quondam de Villa clara, videlicet in decem pecias terre quas pro nobis, ut dicitur, tenebat. In quibus terris accipimus dictos VIIII denarios annuatim censuales. Item, vendimus vobis predictis totum quartum, jus et dominium et quicquid nos habemus vel habere debemus racione dominii vel alio modo in rupta Genera, quam totam tenebant pro nobis Petrus Marcucius et Poncius Marcucius quondam ad Pratum de mata; et totum quartum, jus et dominium quod habemus et habere debemus in toto Campo de *Lar*, quem tenent pro nobis Petrus Jachobus et Garsendis Amblarda; et unam gallinam et mediam annuatim, in festo Natalis Domini, et jus et dominium in quasdam domos, quas tenet[c] pro nobis et Berengario Laurencio Guilelmus Faber in villa et terminis Sancte Marie de Palacio, quem censum[d] recipimus nos annuatim in dictis domibus; et totum medium quartum, jus et dominium cujusdam vinee, quam tenet pro nobis et Raymundo de Carsavello Guilelma *Trobada*, in vineto Batipalmarum; et medietatem medii quarti et medii agrarii et juris et dominii cujusdam faxie terre, quam Guilelma *Trobada* tenet pro nobis et Raymundo de Carsavello, ad viam Elnensis; et totum agrarium, jus et dominium quod habemus in quodam orto, quem tenet pro nobis Ermengaudus ad Fontes; et medium quartum, totum jus et dominium quod habemus vel habere debemus in tribus sortis vinearum et in ficulneis que ibi sunt, quas tenet pro nobis et Raymundo de Carsavello Arnaldus Guila in vineto Batipalmarum; et totum medium quartum, jus et dominium duarum vinearum Cerdane, quas tenet pro nobis et dicto Raymundo, in vinerio[e] Batipalmarum; et totum medium quartum, jus et dominium cujusdam vinee Corsavini condam, quam pro nobis tenebat et dicto Raymundo ad Sanctum Stephanum, in supradicto vineto. Adhuc etiam vendimus vobis, predictis, totum medium quartum, jus et dominium cujusdam vinee, quam tenet pro nobis et Raymundo de Carsavello Petrus Vermelli in eodem vineto; et totum meum quartum, jus et dominium cujusdam vinee, quam Johanna Marcussa tenet pro nobis, in vineto Batipalmarum; et octo denarios annuatim censuales, in festo Natalis Domini, et jus ac dominium quod habemus in quodam orto, quem Maria Joera tenet pro nobis et dicto Raymundo ad Pontem; et totum medium quartum, jus et dominium vinearum et ficulnearum que ibi sunt, quas tenent pro nobis et dicto Raymundo Arnaldus Martinus et Arnaldus Guiraudi, in vineto predic-

to; et totum quartum, jus et dominium cujusdam vinee Arnaldi Martini et Arnaldi Guiraldi, quam tenent pro nobis in eodem vineto; et totum quartum, jus et dominium cujusdam orti, quem G(uilelmus) Homo Dei tenet pro nobis ad locum qui dicitur Palaciolus; et totum quartum,[f] jus et dominium cujusdam orti Arnaldi Martini, quem tenet pro nobis ad Ortam Palacioli; et totum medium quartum, jus et dominium quarumdam vinearum, videlicet duarum quas tenent[g] pro[h] nobis et Raymundo de Carsavello Martinus et Guitardus in eodem vineto; et totum medium quartum, jus et dominium cujusdam vinee condam Raymundi Joerii in eodem vineto, que tenetur pro nobis et dicto Raymundo; et totam unam gallinam, jus et dominium quod habemus et habere debemus in quodam orto, quem Johannes *Candeles* tenet pro nobis in orta que est juxta villam de Palacio. Adhuc etiam vendimus Deo et vobis, predictis, totum quartum, jus et dominium cujusdam vinee, quam Bernardus Talantus tenet[i] pro nobis in vineto Batipalmarum; et totam unam gallinam annuatim censualem, in festo Natalis Domini, jus et dominium, quod habemus in quadam domo, quam Bernardus Poncius tenet pro nobis in manso suo ville de Palacio; et tres medios quartonos censuales in capite duorum annorum, quos accipimus in duabus terris filiorum Garnaxe, et jus et dominium, quod in ipsis habemus, ad locum qui dicitur Fontes; et XVIII denarios censuales annuatim, in festo Natalis Domini, et jus et dominium, quod habemus vel habere debemus in tota borda et tenedonibus suis, que fuit condam Johannis Clerici, quos dictos XVIII denarios recipimus in manso dicte borde annuatim, et unum par gallinarum; et in orto dicte borde, quem modo tenet Petrus de Podio, recipimus quartum, et de columbario, quod est in orto, unam par columbarum[j] annuatim; et totum quartum, jus et dominium cujusdam faxie terre que fuit predicte borde, quam modo tenet Petrus Clericus pro nobis ad Sanilerium; et totum medium quartum, jus, dominium cujusdam vinee Jacobi Paleti, que vocatur Vinea de Olivario, in vinerio Batipalmarum; et totum quartum, jus et dominium cujusdam vinee que vocatur Valarda, quam Jacobus Paleti tenet pro nobis in vineto de Rugalis. Amplius etiam vendimus vobis, predictis, XVIII denarios annuatim censuales et unum par gallinarum, jus et dominium, quod habemus vel habere debemus in toto manso integriter quod[k] fuit condam Johannis Stephani, quem pro nobis tenebat intus villam de Palacio; et XV denarios annuatim censuales, in festo Natalis Domini, et unam gallinam annuatim, jus et dominium, quod habemus in quadam

parte mansi Johanne Marcusse, qui mansus est in villa de Palacio. Item, vendimus vobis totum quartum, jus et dominium, quicquid nos habemus vel habere debemus in omni vineto de Ponte, tam in vineis quam terris. Adhuc etiam vendimus vobis et vestris successoribus, imperpetuum, quicquid nos habemus vel habere debemus a boscho de Avalrino usque ad campum Sabaterii de Elna condam, quem tenebat per Gombaldum de Perpiniano, et usque ad honorem quem tenebat Guilelmus Textor condam de Palacio pro domo milicie Templi, et usque ad flumen Techi, in heremis et condirectis, ubique. Adhuc etiam vendimus vobis, predictis, quicquid nos habemus vel habere debemus in adjacentia sive terminis Sancti Andree de Sureta usque ad honorem Sancte Marie de Aspirano, qui est ad Fontes, et abhinc usque ad vineam que fuit Raymundi Augerii quondam, et usque ad campum Martini Guitardi, qui fuit Boschi quondam de Villa clara, et abhinc usque ad caminum puplicum[l] de Ortafano et usque ad terminos Sancte Eulalie de Elena, et usque ad adjacentiam Sancte Columbe de Alamanis, et abhinc usque ad terminos Sancti Vincentii de Tacione Superiori. Quicquid nostri infra istos terminos reperiri poterit, vobis et vestris successoribus vendimus imperpetuum, et omnem honorem predictum, et cui vel quibus dare, dimittere,[m] vendere aut alienare volueritis, ad omnes voluntates vestras et vestrorum perpetuo faciendas. Quas omnes predictas possessiones confitemur et recognoscimus vobis nos et omnes antecessores nostros habuisse et tenuisse in feodum pro domo milicie Templi sub certo censu, videlicet III solidorum et IIII denariorum monete caterni et duorum sestariorum ordei que debebamus prestare annuatim domui milicie Templi. Et est certum quod per VI annos abstuleramus vobis dictum censum, unde recognoscimus quod totus dictus honor erat vobis comissus jure. Et est certum quod predictum honorem pro majori parte obligaverunt pater mei, dicti Guilelmi de Villa clara, et mater mea, pro DC solidis monete caterni Berengario de Podio condam et uxori sue Floriane. Postea vero pervenit dictum pignus ad Poncium de Turre.[n] Et nolumus vobis teneri in redempcione dicti pignoris, set vos recuperetis dictum pignus, sicut possetis, a Maria, filia dicti Poncii de Turri, vel a quolibet alio detinente[o] cum ecclesia, vel quocumque alio modo, quia certum est quod plene satisfactum est, et multum plus habuerunt ultra sortem de fructibus et redditibus dictarum possessionum. Unde cedimus vobis omnia jura et actiones, petitiones, exceptiones, tam reales quam personales, contra dictam Mariam et contra

quamlibet aliam personam nobis competentes pro fructibus vel redditibus dicti honoris, vel pro dicto honore, quocumque modo, in curia ecclesiastica vel civili. Et affrontat oriente una pecia terre illarum X que fuerunt Boneti Textoris de Villa clara, in terra Petri Stephani condam, a meridie in terra Bernardi Corsavini condam, occidente et aquilone in terra Raymundi de Casis. Secunda terra affrontat oriente et occidente in terra Guilelmi Bajuli, a meridie in via publica, aquilone in terra Strayne femine. Tercia affrontat oriente in terra Ugue condam, a meridie in via publica, occidente in terra Guilelmi Bajuli, aquilone in via de Ortafano. Quarta affrontat oriente et aquilone in terra Petri Jachobi, a meridie in via de Ortafano, occidente in campo Guilelmi Marcucii. Quinta est ad viam Elne, affrontat oriente in via Elne, a meridie in terra Talaferri, occidente in terra Petri de Podio, aquilone in terra Johannis Melori condam et Raymundi Andree. Sexta affrontat oriente in terra Juliani, a meridie in terra Bernardi *Vives* condam, occidente in terra Garsendis Amblarde, aquilone in terra Petri Garaudi condam. Septima, ad Portellum de Mata, affrontat oriente in terra Guilelmi Marcucii, a meridie in terra Talaferrii, occidente in via, aquilone in terra Johanne Marcusse. Octava affrontat oriente in terra Ermengaude femine, a meridie in terra Bernardi de Puteo, occidente in terra Ermengaude, aquilone in terra Talaferrii. Nona affrontat oriente in terra Guilelmi Fabri, a meridie in terra Ermengaude, occidente in terra Johannis Bruni, aquilone in terra Garaudi. Decima est ad Clotam, affrontat oriente et a meridie in terra Petri Geraudi quondam, occidente et aquilone in terra Petri de Rechis. Rupta vero Genera affrontat in campo Guilelmi de Puteo quondam, a meridie in campo Raymundi Marcucii condam,[p] occidente in campo Guilelmi de Sancto Martino, aquilone in rupta de *Lar*. Campus autem de *Lar* affrontat oriente et occidente in viis publicis, a meridie in rupta Genera, aquilone in campo Floriane quondam. Domus Guilelmi Fabri (affrontat)[q] oriente in orto dicti Guilelmi Fabri, a meridie et occidente in viis publicis, aquilone in manso dicti Guilelmi Fabri. Vinea Guilelme Trobade affrontat oriente in vinea Berengarii Ermengaude, a meridie in vinea Cerdane, occidente in vinea Martini Guitardi, aquilone in vinea Arnaldi Guile et Martini Guitardi. Ffaxie[r] terre Trobade affrontant oriente in campo Arnaldi Guile, a meridie in faxia Berengarii Vesiane, occidente et aquilone in campo Arnaldi Andree. Ortus vero Ermengaudi affrontat oriente in orto Bernardi Talanti, a meridie in fonte, occidente in campo Bernardi

Poncii, aquilone in orto Arnaldi Martini. Una illarum trium vinearum Arnaldi Guile affrontat oriente in vinea Berengarii Ermengaude, a meridie et occidente in vinea Trobade, aquilone in vinea Martini Guitardi. Secunda vero affrontat oriente et aquilone in vinea Bernarde Basone, a meridie in vinea Martini Guitardi, occidente in vinea Raymundi Joerii condam. Tercia vero affrontat oriente et a meridie in vinea Raymundi Joerii condam, occidente in vinea Martini Guitardi, aquilone in vinea Arnaldi Guile et dicti Martini. Vinea Cerdane affrontat oriente in vinea Berengarii Martini, a meridie in vinea Arnaldi Martini, occidente in vinea Petri Sartoris, aquilone in vinea Guilelme Trobade. Alia vinea Cerdane affrontat oriente in vinea Corsavini quondam, a meridie in via, occidente in vinea Bernardi Talanti, aquilone in vinea Ugue condam. Vinea Corsavini condam affrontat oriente in vinea Elemosine de Elna, a meridie in via, occidente in vinea Cerdane, aquilone in vinea Ugue condam. Vinea Petri Vermelli (affrontat)[q] oriente in orto Bernardi *Malvers* et Guirone condam, a meridie in vinea milicie Templi, occidente in via, aquilone in vinea Guilelme Trobade. Vinea Johanne Marcusse affrontat oriente et aquilone in viis publicis, a meridie in orto Guirone quondam Arnaldi, (occidente)[s] in vinea Trobade. Ortus Marie Joere affrontat oriente in orto Berengarii Ermengaude, a meridie in via, occidente in orto Augerii, aquilone in vinea de Rosis. Vinea Arnaldi Martini et Arnaldi Guiraudi, cum ficulneis, affrontat oriente in vinea Talaferrii, a meridie in vinea Aulive, occidente in vinea Arnaldi Guile, aquilone in campo Petri Lombarde et Martini Guitardi. Ortus vero Guilelmi Hominis Dei affrontat oriente in orto Johannis Candelli, a meridie in orto Arnaldi Martini, occidente in via, aquilone in orto Guilelmi Fabri. Alia vero vinea Arnaldi Martini et Arnaldi Guiraldi affrontat oriente in vinea Berengarii Martini, a meridie in vinea Marie [Puche], occidente in vinea Petri Sartoris, aquilone in vinea Cerdane. Ortus Arnaldi Martini affrontat oriente in orto Guilelmi Abbatis, a meridie in orto Petri de Celia, occidente in orto Ermengaudi, aquilone in orto Johannis Candelli. Vinea Martini Guitardi affrontat oriente in vinea Berengarii Martini, a meridie et occidente in vinea Arnaldi Guile, aquilone in vinea Bernarde Basone. Alia vinea ejusdem Martini affrontat oriente et meridie in vinea Arnaldi Guile, occidente et aquilone in vinea Sancte Marie de Vilari. Vinea Raymundi Joerii condam affrontat oriente in vinea Stephane Trobade, a meridie in vinea Johannis Candelli, occidente et aquilone in vinea Arnaldi Guile. Ortus Jo-

hannis Candelli affrontat oriente in orto Bernardi Sutoris condam, a meridie in orto Aulive, occidente in orto Guilelmi Marcucii, aquilone in orto alio dicti Johannis Candelli. Vinea Bernardi Talanti affrontat oriente in vinea sui ipsius, a meridie in via, occidente in vinea Raymundi Augerii condam, aquilone in vinea Bernardi Poncii condam. Domus Bernardi Poncii affrontat oriente et a meridie in manso dicti Bernardi, occidente in orto Petri Lombarde, aquilone in manso quondam Poncii de Turri. Una faxia filiorum Garnaxe affrontat oriente in campo Corsavini condam, a meridie et occidente in honore Sancte Marie de Aspirano, aquilone in prato Fontis. Alia affrontat oriente in campo Bernardi de Puteo, a meridie in campo Rossi, occidente in campo Berengarii Laurencii, aquilone in campo Raymundi Poncii, Guilelmi Marcucii et Melori. Mansus autem borde Johannis Clerici quondam, cum orto quem secum se tenet, affrontat oriente in orto Amalrici, a meridie in orto et manso Raymundi Andree et manso Johannis Stephani quondam, occidente in manso Petri de Podio et Corsavini quondam, aquilone in via publica et manso Bernardi de Puteo. Ffaxia[r] Petri Clerici affrontat oriente in campo Ermengaudi Venesiani, a meridie in faxia Jacobi Paleti, occidente in via, aquilone in campo Amalrici. Vinea de Olivario Jacobi Paleti affrontat oriente in vinea Petri Jacobi, a meridie in vinea Raymundi *Vives*, occidente in vinea Bernardi Poncii, aquilone in vinea Petri de Celiano. Vinea Valarda Jacobi[t] Paleti affrontat oriente in vinea Raymundi Joerii condam, a meridie in vinea Petri Jacobi, occidente in vinea Guilelmi Fabri et Petri Eybeline, aquilone in vinea Petri Eibeline, Guilelmi Textoris, Petri Vermelli et domus milicie Templi. Mansus Johannis Stephani quondam affrontat oriente in manso Raymundi Andree, a meridie in via publica, occidente in manso Guilelmi de Puteo condam, quem tenebat pro Sancto Genesio, aquilone in manso Petri de Podio. Sicut in predictis affrontationibus, generalibus et specialibus, includitur, sic vendimus domino Deo omnipotenti et Beate Marie et domui milicie Templi et omnibus fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, et donamus gratis totum predictum censum, jus et dominium, et quicquid nos habemus vel habere debemus racione dominii in dictis possessionibus, vel quolibet alio modo, generaliter ac specialiter, vel omnes actiones, utiles et directas, petitiones, oppositiones et omnia omnino jura, que et quas habemus vel habere debemus contra Mariam de Turre[n] vel quamlibet aliam personam, que in dictis possessionibus pro pignore aliquid

teneat, cum ingressibus et egressibus suis, et cum omnibus in se habentibus et sibi pertinentibus, et cum terris in quibus vinee plantate sunt, et cum omnibus arboribus, cujuscumque generis sint, sicut melius ad utilitatem vestram et vestrorum successorum dici vel intelligi potest, pro CC solidis malguriensium bonorum, de quibus bene pacati[u] in utilitate nostra maxima,[v] unde renunciamus excepcioni non numerate pecunie.[w] Et quod non teneamur vobis de redemptione dicti pignora, set vos recuperetis eum, sicut poteritis, a dicta Maria vel a quolibet alio detinente, cum ecclesia vel quocumque alio modo. Et est dictus honor in villa et terminis Sancte Marie de Palacio. Et promittimus[x] vobis et vestris successoribus, bona fide et per firmam stipulationem, quod in hoc vos nec vestros successores non engannemus nec decepi ullo modo permittemus,[y] set totum vobis, ut predicitur, tenere et possidere faciemus in pace, sine aliquo contradictu, perpetuo, renunciantes expresse omni juri, legis et consuetudinis, scripto vel non scripto, quo contra hec in aliquo vel in toto venire poterimus, in judicio vel extra judicium, et etiam illi legi qua subvenitur deceptis ultra dimidiam, quia de jure nostro certificati fuerimus. Et nullum jus nec dominium in predictis nobis nec nostris retinemus, set totum de jure nostro et dominio in jus vestrum et dominium ac potestatem irrevocabiliter transferimus,[z] et ex toto nos denudamus, et vos ac domum vestram prorsus investimus, constituentes vos procuratores et dominos in rem vestram, tam in agendo quam in excipiendo, racione predicte vendicionis sive donacionis quam Deo et vobis fecimus de omnibus predictis, cedendo vobis et vestris successoribus omnes actiones, utiles et directas, pretorias, petitiones, exceptiones, oppositiones, voces et jura et quicquid vos habemus vel habere debemus in predictis, promittentes[aa] vobis, bona fide nostra, quod nichil fecimus, vel decetero faciemus, quominus valeat vobis nec vestris hec predicta venditio vel donatione, vel infringi possit, quod si forte fecimus vel faceremus, pro infecto habeatur, et nullas vires prorsus habeat, diffinientes ex gracia totum hoc quod dicta vendicio plus hoc precio modo valet vel valebit. Et promittimus[x] nos teneri de omni evictione et missionibus, si quas in causa evictionis feceritis ante litem contestatam vel post, unde, obligamus vobis et successoribus vestris omnia bona nostra, mobilia vel inmobilia, vita et morte, ubique. Item, ego dicta Maria, uxor dicti Guilelmi de Villa clara, non coacta nec decepta in aliquo, set mera et spontanea voluntate ducta, bona fide et sine omni enganno, per me et per omnes meos, laudo et

confirmo Deo et domui milicie Templi et omnibus fratribus milicie Templi, presentibus et futuris, totam predictam venditionem sive donationem dictarum possessionum, solvens ac diffiniens jus vel vinculum ypothece sive returnum quod habebam vel habere debebam predictis possessionibus pro sponsalicio, sive dote, sive aliquo alio modo, renuncians specialiter beneficio privilegii legis julie de fundo dotali, qua cavetur ne durante matrimonia dos vel donatio valeat alienare vel vendere propter nupcias. Et generaliter renuncio omni juri canonico et civili, racioni, occasioni et consuetudini et omni alii legitimo auxilio quo, racione dotis vel donacionis fragilitatis[ab] mulierum juri potest. Profiteor autem pro hac renunciacione[ac] valitura perpetuo me habuisse et recepisse a dicto viro meo, Guilelmo de Villa clara, satisfactionem ydoneam pro jam dictis possessionibus, unde renuncio excepcioni satisfactionis non recepte. Preterea, excludimus affrontacionibus generalibus unam vineam Bernardi Poncii, in vineto Batipalmarum, et aliam Ermengaudi, quas dictas vineas retinemus nobis et nostris, ita quod non intelligantur in predicta emptione. Et (ut)[ad] hec omnia singula predicta majorem vobis et vestris successoribus obtineant firmitatem, ego Guilelmus de Villa clara,[ae] et ego Maria, uxor ejus, et ego Raymundus, frater dicti Guilelmi, juramus omnia singula et universa contenti in presenti instrumento, a prima linea ejusdem usque ad ultimam, attendere et complere et nullo unquam tempore contravenire. Et est manifestum. Actum est hoc idibus decembris, anno dominice Incarnationis MCCXL tercio. Sig+++na Guilelmi de Villa clara et uxoris ejus, Marie, et Raymundi de Villa clara, fratris dicti Guilelmi, qui omnes predicti totum hoc fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+num Berengarii Laurencii de Perpiniano. Sig+num Raymundi Garaudi, sacriste de Palacio. Sig+num Guilelmi Pelegrini de Malleolis. Sig+num Arnaldi Andree de Palacio. Sig+num Berengarii Bajuli de Villa clara. Sig+num Bernardi Poncii de Palacio. Sig+num Ferrarii Ynardi de Tacione inferiori. Sig+num Berengarii Rialis de Palacio. Sig+num Guilelmi Cupui de Palacio, hujus vendicionis testium.

Raymundus Picherii, publicus scriptor, scripsit, auctoritate domini Elnensis episcopi, cum litteris[af] fideliter rasis et emendatis in XXXIII[a] et XL[a]II[a] linea, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. metive ve causa coacti nec duci *B*. b. duci *B*. c. tenent *B*. d. sensum *B*. e. *Sic B*. f. quartus *B*. g. tenet *B*. h. pro *repetit per error B*. i. tenent *B*. j. culubarum *B*. k. que *B*. l. puplicum *B*. m. dimitere *B*. n. Turri *B*.

o. detinentte *B*. p. a meridie in campo Raymundi Marcucii condam *repetit per error B*. q. affrontat *omès B*. r. *Sic* B. s. occidente *omès B*. t. Jocobi *B*. u. paccati *B*. v. utilitatem nostram maximam *B*. w. peccunie *B*. x. promitimus *B*. y. permitemus *B*. z. trasferimus *B*. aa. promitentes *B*. ab. fraguilitatis *B*. ac. renuciatione *B*. ad ut *omès B*. ae. Villa francha *B*. af. literis *B*.

423

1244 (nou estil), 5 de febrer

Fra Berenguer de Castellfollit, comanador del castrum *de Palau [del vidre], havent pres consell de fra Guillem de Costoja i de Berenguer Batlle, dóna en acapte a Arnau de Jordana, de Palau, i a la seva esposa Esperta un camp situat a la parròquia de Santa Maria de Palau, al lloc anomenat el Pallol o el Pont. Els terratgers hauran de donar cada any a la casa del Temple la tasca i quatre mesures d'usos. Per aquesta concessió, els templers reconeixen haver rebut 15 sous melgoresos. Arnau i la seva esposa es fan home i dona propis de la milícia del Temple amb tota llur descendència. Prometen que en el futur no prendran cap altre senyor que no sigui la casa de la milícia del Temple, a la qual comprometen llur fidelitat, i és per això que presten homenatge a fra Berenguer de Castellfollit i juren sobre els Evangelis respectar aquests compromisos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 121v-122, acta núm. 195.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 21-23, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 392-396, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod nos, frater Berengarius de Castello Fulito, preceptor castri de Palacio, habito consilio fratris Guilelmi de *Costoga* et Berengarii Bajuli, bona fide et sine fraude, per nos et per omnes nostros successores, cum hac carta publica omni tempore valitura, damus firmiterque concedimus in presenti ad accapitum per tenedonem tibi, Arnallo Jordane de Palacio, et uxori tue Sperte, et vestris, et cui dare, dimittere[a] aut alienare volueritis, ad omnes voluntates vestras vestrorumque perpetuo faciendas, exceptis militibus et eorum uxoribus et domibus religiosis et hominibus domini regis et feminis, totum unum campum nostrum quem habemus et tenemus in terminis Sancte Marie de Palacio, ad Palaciolum vel Pontem; et affrontat oriente in campo Johanne Marcusse et Augerii, a meridie in malleolo

Baudovini, occidente in vinea Raymundi *Vivers* et orto Raymundi Stephani, aquilone in campo Guilelme Garaude. Sicut in istis IIII[or] affrontacionibus includitur, sic damus vobis predictis et vestris, generaliter ac specialiter, cum ingressibus et egressibus suis et cum omnibus in se habentibus et sibi pertinentibus, sicut melius ad utilitatem vestram et vestrorum dici vel intelligi potest, salvis juribus milicie Templi in omnibus et per omnia. Et dabitis vos vel vestri de omni expleto domui milicie Templi fideliter tascham et IIII[or] mensuras de usaticis. Et promittimus[b] vobis et vestris, bona fide et per firmam stipulacionem, quod in hoc vos nec vestros non engannemus nec decipi ullo modo permittemus,[c] set totum vobis et vestris tenere et possidere faciemus in pace, sine aliquo contradictu, perpetuo, salvis juribus milicie Templi in omnibus et per omnia. Et de predicto campo vos et vestros in corporalem et vacuam possessionem et quasi possessores juris et facti mittimus,[d] constituentes vos procuratores in rem vestram, tam in agendo quam in excipiendo. Et promittimus[b] vobis, bona fide nostra, quod erimus vobis et vestris legales ac firmi guirentes contra omnes homines qui penes hanc donacionem venire voluerint. Pro qua donacione sive concessione valitura perpetuo, accepimus a vobis XV solidos malguriensium bonorum, de quibus bene pacati[e] sumus in utilitatem nostram, ita quod ex certa sciencia excepcioni non numerate pecunie[f] consulte renunciamus. Amplius etiam recipimus vos et omnem posteritatem vestram per homines proprios et solidos domus milicie Templi. Unde ego Arnallus Jordana predictus, et ego Sperta, uxor ejus, nos duo unum insimul, non coacti nec decepti in aliquo, set mera et spontanea voluntate ducti, bona fide et sine fraude, per nos et per omnem prolem nostram, facimus et reddimus homines proprios et solidos domino Deo et beate Marie et domui milicie Templi et omnibus fratribus domus, presentibus et futuris, et specialiter vobis, domino fratri Berengario de Boscho, preceptori Mansi Dei, et fratri Berengario de Castello *Folit*, comendatori castri de Palacio, racione campi predicti quem nobis dedistis. Et promittimus[b] vobis et domui milicie Templi, bona fide et per firmam stipulacionem, quod decetero non faciemus alium dominum neque dominam, ita quod domus milicie possit nos amittere[g] et alius lucrari, set erimus vobis et domui milicie Templi fideles homines et proprii in omnibus et per omnia, sicut unicis et propriis dominis, in manibus vestri fratris Berengarii de Castello *Fulit*, comendatoris castri de Palacio, per omnes fratres milicie Templi, nos specialiter mittimus,[d] per nos et per omnem

prolem nostram a nobis descendentem, et homagium manualem vobis facimus. Et ut hec omnia (et)[h] singula universa attendamus,[i] et contra non veniamus, juramus, corporaliter tactis sacrosanctis IIII[or] Dei Evangeliis, omnia attendere et complere. Et est manifestum. Actum est hoc nonis februarii, anno dominice Incarnacionis M° CC° XL° tercio. Sig+++++na fratris Berengarii de Castello *Folit*, preceptoris predicti, fratris Guilelmi de *Costoga*, Berengarii Bajuli, Arnaldi Jordane et Sperte, uxoris ejus, predictorum, qui hoc totum fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+++na Petri Curvi, clerici, Baudovini et Arnaldi Guiraudi, omnium de Palacio testium.

Raymundus Picherii, publicus scriptor, scripsit auctoritate domini Elnensis episcopi, et hoc signum (SM) fecit.

a. dimitere *B*. b. promitimus *B*. c. permitemus *B*. d. mitimus *B*. e. paccati *B*. f. pecunie *B*. g. amitere *B*. h. et *omès B*. i. atendamus *B*.

424

1244, 26 de març

Fra Pere Eiximenis, comanador de la casa del Temple del Masdéu, i fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa de Perpinyà, amb el consentiment de fra Pere de Puig Otrer de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Eimeric de Dones, fuster, un terreny d'una monallada situat darrere la tinença que té per ells a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles, per a construir-hi una o diverses cases. El terratger haurà de donar-los 4 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Concedeixen a més al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 6 sous i 8 diners melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 342v-343, acta núm. 622.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 376-379, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Petrus de Sancto Romano, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, cum hac presenti carta imperpetuum valitura,

consilio et voluntate fratris Petri Pujotrerii, ejusdem domus milicie Templi Perpiniani, damus et incontinenti tradimus tibi, Eymerico de Dones, fusterio, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] videlicet unam monallatam retro tuam tenenciam, quam habes et tenes pro nobis extra portale quod dicitur de Malleolis, in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, et affrontat dicta monallata ab oriente in tenencia Ermengaldi de Furchis, a meridie in tenencia dicte domus Templi, ab occidente in tenencia Petri de Coma, ab aquilone in tua tenencia. Predictum autem pati, ut superius dictum est, tibi et tuis damus et concedimus ad accapitum, ad faciendum et edificandum[b] ibi domum vel domos, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper dicte domui Templi Perpiniani quolibet anno in festo Natalis Domini IIII^{or} denarios malgurienses bonorum, vel monete caterni curribilis per Rossillionem. Et si forte dictum pati, videlicet dictam monallatam, tu vel tui vendere vel inpignorare aut alienare volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam et potestatem retinendi sicuti alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si forte retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis illud vendere vel inpignorare aut alienare cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo jure nostro predicto, et etiam foriscapio. Et promittimus[c] tibi bona fide per stipulacionem quod totum predictum pati faciemus tibi et tuis bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei ubique. Preterea damus tibi et tuis aquaversum versus tenenciam dicte domus. Et pro hac donacione et concessione, habuimus et accepimus a te VI solidos VIII denarios malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[e] non numerate, quos sunt versos et redactos in maxima utilitate dicte domus. Actum est hoc VII kalendas aprilis, anno Domini M° CC° XL° IIII°. Sig+++na fratris Petri Exemenes, et fratris Petri de Sancto Romano et fratris Petri Puigotrerii, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Pelegrini de Malleolis, et Raymundi *Cames* et

Raymundi de Turre, testium rogatorum. Raymundus de Villalonga scripsit hoc vice Raymundi *Carles* et hoc sig-(SM)-num fecit. Raymundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. hedificandum *B*. c. promitimus *B*. d. paccatos *B*. e. peccunie *B*.

425

1244, 13 d'abril

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere de Sant Romà, comanador de la casa de Perpinyà, Bernat Vidal, capellà del Masdéu, Pere Boer, comanador del Mas de la Garriga, Pere de Puig Otrer, Bernat de Calce i Esteve, dóna en acapte a Pere d'Aigols, d'Anglès, i a Guillem de Boixera, de Sant Julià, dues bordes, amb un terreny contigu, situades a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles. Els terratgers tindran dret, al costat sud del terreny que hi ha darrere aquestes bordes, a la mateixa extensió de terreny que l'atribuïda a les tinences de Pere de Coma i Ramon Barrot, llurs veïns. Els terratgers hauran de donar-los 4 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, el comanador del Masdéu reconeix haver rebut 400 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 420r-v, acta núm. 784.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 380-382, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus *Exameniç*, preceptor domus Mansi Dei, per me et per successores meos, presentes atque futuros, cum hac presenti carta imperpetuum valitura, consilio ac laudamento fratris Petri de Sancto Romano, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Bernardi Vitalis, capellani Mansi Dei, et fratris Petri Boerii, preceptoris Mansi de Garriga, et fratris Petri Pujotrerii, et fratris Bernardi de Calcia, et fratris Stephani, omnes dicte domus Templi Perpiniani, dono et incontinenti trado ad accapitum vobis, Petro de *Aigols, d'Angles,* et Guilelmo de[a] *Boixera,* de Sancto Juliano, et vestris, et cui volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et

militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, II bordas, de celo usque in abyssum,[b] cum pati quod retro dictarum bordarum est et cum eis se tenet, quas bordas predictas, cum pati que retro eas est, dicte domus Templi Perpiniani habet in terminis et in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, est extra portale de Malleolis; in quo etiam pati, quod est retro dictarum bordarum, versus meridie, possitis operare et exire de directo in directum tantum quantum exit tenenciam Petri de Coma et tenenciam Raymundi Barroti, que pro dicta domus Templi tenentur; que borde predicte et pati, quod cum eis se tenet, affrontant ab oriente in tenencia Petri de Coma, a meridie in tenencia dicte domus Templi, ab occidente in aliis bordis dicte domus Templi, ab aquilone in via publica. Sicut superius dictum est, ita dono et concedo vobis, Petro de *Aigols* et Guilelmo de *Boixera*, et vestris, predictas II bordas cum pati, quod cum eis est et cum eas se tenet, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestri, qui predicta habebunt et tenebunt, donetis semper dicte domui Templi Perpiniani et successoribus nostris imperpetuum, quolibet anno in festo Natalis Domini, IIII solidos malguriensium bonorum de censu, vel monete caterni curribilis per Rossillionem. Et si forte predicta vos vel vestri vendere vel inpignorare volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam et potestatem retinendi sicuti alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si forte retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris predicta vendere vel inpignorare cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo jure predicto dicte domui Templi Perpiniani, et etiam foriscapio, promittens[c] etiam vobis bona fide per stipulacionem, quod omnia predicta faciam vobis et vestris bona habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et teneri sine fraude de omni evictione, obligans inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei ubique. Et pro hac donacione et concessione, habui et accepi pro accapito numerando a vobis CCCC solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatum[d] et contentum me teneo, renuncians exceptioni pecunie[e] non numerate, quos etiam recognosco versos esse, et redactos, in maxima utilitate domus Mansi Dei. Actum est hoc idibus[f] aprilis, anno Domini M° CC° XL° IIII°. Sig+num fratris Petri Exemeniç predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig++++++na fratris Petri de Sancto Romano, et fratris Bernardi Vitalis, et fratris Petri Boerii,

et fratris Petri Pujotrerii, et fratris Bernardi de Calcia, et fratris Stephani predictorum, qui hec omnia laudamus et confirmamus. Sig+++na Guilelmi Pelegrini de Malleolis, et Petri de Coma et Raymundi *Cames*, testium rogatorum. Raymundus de Villa longa scripsit hoc vice Raymundi *Carles*, et rasit et emendavit in prima linea «et per successores», et hoc sig-(SM)-num fecit.

Raymundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. de *repetit per error B*. b. habissum *B*. c. promitens *B*. d. paccatum *B*. e. peccunie *B*. f. idus *B*.

426

1244, 25 d'abril

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa de Perpinyà, de fra Pere Boer, comanador del Mas de la Garriga, de fra Bernat de Vallcebre i de fra Pere de Puig Otrer, dóna en acapte a Bernat Cauna, de Favers, una casa situada a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga de quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. El terratger tindrà dret, al costat sud de la seva tinença, a la mateixa extensió de terreny que l'atribuïda a les tinences de Pere de Coma i Ramon Barrot. Per aquesta concessió, el comanador del Masdéu reconeix haver rebut 200 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 314r-v, acta núm. 563.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 383-385, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exameniz, preceptor domus Mansi Dei, per me et per omnes successores meos, consilio et voluntate ac laudamento fratris Petri de Sancto Romano, preceptoris milicie Templi Perpiniani, et fratris Petri Boerii, preceptoris Mansi de Garriga, et fratris Bernardi de *Valsebre*, et fratris Petri *Puygotrer*, dono ad accapitum tibi, Bernardo Cauna de *Favers*, et tuis imperpetuum, quandam domum, de celo usque in abyssum,[a] que est in tenencia[b] Sancti Johannis Perpiniani, extra portale quod dicitur de Malleolis, et affrontat ab oriente in quadam alia domo

dicte domus, a meridie in tenencia dicte domus, ab occidente in tenencia Raymundi *Barrot*, ab aquilone in via publica, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, sicut melius et sanius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui qui dictam domum habueritis et tenueritis, donetis semper michi et successoribus meis quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos malguriensium bonorum de censu, vel monete quaterni curribilis per Rossilionem, et si forte dictam domum tu et tui vendere vel inpignorare volueritis, primum michi et successoribus meis denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam retinendi sicuti alia persona ibi dare vel accomodare voluerit; quibus completis, si forte retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis ipsam vendere vel inpignorare cuicumque volueritis, salvo semper jure nostro predicto, et etiam foriscapio quandocumque et quocienscumque venderetur vel inpignoraretur. Preterea dono et concedo tibi quod, versus meridiem de tenencia dicte domus, possis accipere de dicta tenencia de directo in directum dicte domus tue tantum quantum Petrus de Coma et Raymundus *Barrot* habent in domibus que tenent pro domo milicie Templi. Insuper promitto[c] tibi bona fide quod totam predictam donacionem et concessionem faciemus ego et successores mei bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona Mansi Dei, presentia et futura. Et profiteor quod pro hac donacione et concessione, habui et accepi a te CC[os] solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatum[d] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[e] non numerate, quos recognosco versos esse et redactos in maxima utilitate dicte domus. Actum est hoc VII° kalendas madii, anno Domini M° CC° XL° IIII°. Sig+++++na fratris Petri Exemeniz, preceptoris, et fratris Petri de Sancto Romano, et fratris Petri Boerii, et fratris Bernardi de Valsebre, et fratris Petri *Pujotrer*, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Fabri de Castro Rossilione, et Arnaldi de Fonte cuberta, et Raymundus *Cames*, testium rogatorum.

Raymundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani hanc cartam scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. *Sic B per* adjacentia. c. promito *B*. d. paccatum *B*. e. peccunie *B*.

427

1244, 29 d'abril

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere de Sant Romà, comanador de la casa de Perpinyà, Berenguer de Pi, Pere Boer, comanador del Mas de la Garriga, Bernat de Vallcebre i Pere de Puig Otrer, dóna en acapte a Pere d'Aspre, traginer, i a la seva esposa Maria una casa, amb un terreny contigu, situada a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles. Els terratgers tindran dret, al costat sud de llur tinença, a la mateixa extensió de terreny que l'atribuïda a les tinences de Pere de Coma i Ramon Barrot. Hauran de donar 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, el comanador del Masdéu reconeix haver rebut 200 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 379r-v, acta núm. 694.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 386-387, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exameniç, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, per me et per omnes successores meos, consilio et voluntate ac laudamento fratris Petri de Sancto Romano, preceptoris milicie Templi Perpiniani, et fratris Berengarii de Pinu, et fratris Petri Boerii, preceptoris Mansi de Garriga, et fratris Bernardi de Valsebre, et fratris Petri *Pujotrer*, dono ad accapitum tibi, Petro de Aspre, traginerio, et tibi Marie, uxori ejus, et vestris imperpetuum, quandam domum, cum quodam pati quod cum eadem se continet, que est extra portale quod dicitur de Malleolis, in adjacencia Sancti Johannis ejusdem ville. Quam domum, cum pati predicto, affrontat ab oriente in domo Petri de *Aigols d'Angles*, a meridie in campo dicte domus milicie Templi Perpiniani, ab occidente in domo Bernardi *Caunes*, ab aquilone in via publica. Sicut superius dictum est, ita dono ad accapitum vobis predictis dictam domum, cum pati predicto, de celo usque in abyssum,[a] totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, sicut melius et sanius intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum. Quod pati predictum tenet de directo in directum tantum quantum tenent tenedonibus Petri de Coma et Raymundi *Barrot* versus meridie, sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestri qui dictam donacionem habueritis et

tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos malguriensium bonorum de censu, vel monete caterni curribilis per Rossillionem. Verumtamen,[b] si forte dictam donacionem vendere vel inpignorare volueritis vos vel vestri, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam retinendi sicuti alia persona ibi dare vel accomodare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris dictam donacionem vendere vel inpignorare cuicumque volueritis, salvo semper censu nostro predicto, et etiam foriscapio quandocumque et quocienscumque venderetur vel inpignoraretur. Preterea promitto[c] vobis quod totam predictam donacionem faciemus ego et successores mei vobis et vestris bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, obligans inde vobis per vinculum omnia bona dicte domus, presencia et futura. Et pro hac donacione, habui a vobis CC solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatum[d] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[e] non numerate, quam pecuniam[f] recognosco versam esse, et redactam, in utilitate dicte domus. Actum est hoc III[o] kalendas madii, anno Domini M° CC° XL° IIII°. Sig++++++na fratris Petri *Exemeniz*, et fratris Petri de Sancto Romano, et fratris Berengarii de Pinu, et fratris Petri Boerii, et fratris Bernardi de Valsebre, et fratris Petri *Pujotrer* predictorum, qui hec omnia laudamus et confirmamus. Sig+++na Guilelmi Fabri de Castro Rossilione, et Bernardi Cauna et Guilelmi de *Freixenet*, testium rogatorum.

Raymundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani hanc cartam scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. verumptamen *B*. c. promito *B*. d. paccatum *B*. e. peccunie *B*. f. peccuniam *B*.

428

1244, 8 de juny

Fra Pere Eiximenis, comanador de la casa del Temple del Masdéu, i fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa de Perpinyà, amb el consentiment de fra Pere de Puig Otrer i dels altres frares d'aquesta casa, donen en acapte a Bernat de Fòssa un terreny de dues monallades d'ample i quatre monallades de llarg situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Ma-

lloles, per a construir-hi una o diverses cases. Li concedeixen el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple situada al nord de la seva parcel·la. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 30 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 335r-v, acta núm. 608.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 388-391, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemeniz, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Petrus de Sancto Romano, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, cum consilio et voluntate et laudamento fratris Petri *Pujotrer* et aliorum fratrum dicte domus, donamus ad accapitum tibi, Bernardo de Fossa, et tuis, et cui volueris, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati, videlicet II monallatas in latitudine et IIII^{or} in longitudine, de illa tenencia nostra que est extra portale quod dicitur de Malleolis, in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, ad faciendum ibi domum vel domos. Et affrontat dictum pati ab oriente et aquilone in tenencia dicte domus Templi, ab occidente in tenencia Guilelmi de Caucolibero, a meridie in via noella. Et habeatis tu et tui aqueversum super tenencia dicte domus versus aquilone. Sicut superius dictum est, ita donamus tibi dictum pati, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, sicut melius et sanius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum pati, sive domum vel domos quas ibi feceris, habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos malguriensium bonorum de censu, vel monete caterni curribilis per Rossillionem. Et quandocumque et quocienscumque venderetur vel inpignoraretur, nos et successores nostri habeamus inde foriscapium legitimum. Verumtamen,[a] si forte dictum pati tu et tui vendere vel inpignorare volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spatio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam retinendi sicuti alia persona ibi dare vel accomodare voluerit; quibus completis, si forte retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis illud vendere vel inpignorare cuicumque volueritis, salvo jure nostro predicto in omnibus. Preterea promittimus[b] per nos et per omnes successores

nostros quod totam predictam donacionem faciemus tibi et tuis bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus milicie Templi, presentia et futura. Et profitemur et in veritate recognoscimus quod pro hac donacione habuimus et accepimus a te XXX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus. Actum est hoc VI idus junii, anno Domini millesimo CC° XL° IIII°. Sig+++na fratris Petri *Exemeniz*, et fratris Petri de Sancto Romano, et fratris Petri *Pujotrer*, predictorum, qui hec omnia firmamus firmarique rogamus. Sig+++na Guilelmi Pelegrini de Malleolis, et Raymundi *Cames* et Guilelmi de Caucolibero, testium rogatorum. Raymundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam scripsit et subscripsit in IIII[a] linea et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. verumptamen *B*. b. promitimus *B*. c. paccatum *B*. d. peccunie *B*. e. peccuniam *B*.

429

1244, 11 de juny

Fra Pere Eiximenis, comanador de la casa del Temple del Masdéu, i fra Pere de Sant Romà, comanador de la casa de Perpinyà, amb el consentiment de fra Pere de Puig Otrer i de tot llur convent, donen en acapte a Guillem de Cotlliure un terreny de tres monallades d'ample i quatre monallades de llarg situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles, per a construir-hi una o diverses cases. El terratger haurà de donar-los 3 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Li cedeixen, a més, el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 45 sous.

A[*1*] Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí, amplada 185/195 mm, alçada 160 mm, ADPO, Hp188.[286]

286. El document porta al dors un regest del segle XV en català: «G. Cocliure al carrer de la Trila cren den Ffrances Deussolsal, fa III s. Perpinya», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3116».

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 433v-434, acta núm. 819, segons *A'*.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 392-393, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus Mansi Dei, et ego ffrater[a] Petrus de Sancto Romano, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, presentes atque futuros, cum hac presenti carta in perpetuum[b] valitura, consilio et laudamento fratris Petri Pujotrerii et totius alius conventus nostri, damus et concedimus et incontinenti tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo de Cauquolibero, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in habissum,[c] videlicet in latitudine III monallatas et IIII[or] in longitudine, quod pati est retro tuam tenenciam, quam pro nobis tenes extra portale quod dicitur de Malleolis, in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani. Et predictum pati tibi damus ad accapitum ad faciendum et hedificandum[d] ibi domum vel domos; et affrontat ab oriente in tenencia Bernardi de Fossa, a meridie in via publica novella, ab occidente in tenencia Guilelmi Fabri, aquilone in tenencia domus Templi. Predictum autem pati, ut dictum est, tibi et tuis damus et concedimus ad accapitum ad faciendum et hedificandum[d] ibi domum vel domos, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper dicte domui Templi Perpiniani de censu quolibet anno in festo Natalis Domini III solidos malguriensium bonorum, vel monete caterni curribilis per Rossilionem. Et si forte tu et tui dictum pati vendere vel inpignorare volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spatio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam et potestatem retinendi sicuti alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si forte retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis illud vendere vel inpignorare cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo jure et censu predicto domui Templi Perpiniani, et etiam foriscapio, promittentes[e] tibi bona fide per stipulationem quod totum predictum pati, de celo usque in habissum,[c] faciemus tibi et tuis bonum habere et tenere in pace ab omni persona in perpetuum, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona Mansi Dei ubique. Preterea ratione dicti acapiti damus tibi et tuis aquaversum

versus tenenciam dicte domus Templi Perpiniani, profitentes et recognoscentes quod pro hac donacione et concessione habuimus et accepimus a te XL[a] V solidos malguriensium bonorum, de quibus per paccatos nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie non numerate, quos recognoscimus versos esse et redactos in maxima utilitate dicte domus. Actum est hoc III idus junii, anno Domini MCCXLIIII. Sig+++na ffratris[f] Petri Exemenes, et fratris Petri de Sancto Romano, et fratris Petri de *Pujotrer*, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Pelegrini, et Raimundi *Cames*, et Poncii de Cauquolibero, testium rogatorum. Raimundus[f] de Villalonga scripsit hoc vice Raimundi *Carles* et hoc sig-(SM)-num fecit.

Raimundus[g] *Carles*, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. frater *B*. b. imperpetuum *B*. c. *Sic AB per* abyssum. d. *Sic AB per* edificandum. e. promitentes *B*. f. fratris *B*. g. Raymundus *B*.

430

1244, 14 de juliol

Per raó de la urgent necessitat en què es troben de pagar diversos deutes gravats amb interessos molt feixucs, a causa dels quals viuen temorosos d'haver d'abandonar llurs possessions, Pere de Castell, Gueraua, la seva muller, i llurs fills Gausbert, Guillem Ramon, Pere de Castell i Guillem de Sant Hipòlit, venen a fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, i a fra Cabot, comanador del castrum *de la milícia de Sant Hipòlit, un quadró, amb tots els seus arbres, situat a Sant Hipòlit, prop del Camp de Guilla. Com a preu d'aquesta venda, reconeixen haver rebut 430 sous melgoresos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 35v-36, acta núm. 58.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, p. 44, segons *B*.
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.* ms., nouv. acq. lat. 31, ff. 80-84, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, Petrus de Castello, et domina Geralda, uxor ejus, et Gaubertus et Guilelmus Raymundi et Petrus de Castello et Guilelmus de Sancto Ypolito, nos omnes filii eorum, per nos et per omnes nostros, presentes atque futuros, bona fide et sine fraude, cum hac presenti publica scriptura perpetim vali-

tura, et propter magnas necessitates nostras expediendas plurium debitorum, que debemus sub magnis et gravibus usuris, propter quas existebamus in periculo amittendi[a] res nostras, vendimus et laudamus ac in presenti tradimus et concedimus absque aliquo retentu, jure integre vendicionis, vobis, fratri Petro Examenes, preceptore[b] domus Mansi Dei, et fratri Cabotho, preceptori castri milicie Sancti Ypoliti, et omnibus vestris successoribus et domus milicie Templi et cui dare, dimittere,[c] vendere sive alienare volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, quendam quadronum nostrum pro libero et francho alodio, quem habemus et habere debemus in terminis et in adjacencia Sancti Ypoliti, in loco vocato juxta Campum de Guilla; affrontat ab oriente et a circio et ab aquilone in viis publicis, a meridie in campo de Guila, qui est Beate Marie de Aspirano. Sicut in istis affrontacionibus includitur, sic vendimus vobis, predictis fratri Petro Exemenes, preceptori domus Mansi Dei, et fratri Cabotho, preceptori castri milicie Sancti Ypoliti, et omnibus successoribus milicie Templi domus, predictum quadronum cum omnibus suis arboribus, pro francho et libero alodio, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius a vobis vel a vestris successoribus intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, cedendo etiam vobis et vestris, racione dicte vendicionis, omnes actiones et peticiones et jura, que et quas in dicto quadrono contra aliquas personas habemus et habere debemus. Hanc autem vendicionem facimus vobis precio CCCCXXX solidorum malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes excepcioni pecunie[e] non numerate; et etiam illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi precii sunt decepti similiter renunciamus. Et si hec predicta vendicio modo plus valet de predicto precio, totum quod plus valet, vel valebit decetero, vobis et vestris damus et diffinimus ex gracia. Promittimus[f] etiam bona fide (nos et)[g] nostros semper vobis et vestris de predicta vendicione fore legitimos auctores et deffensores ab omni persona et teneri sine fraude de omni evictione. Et similiter defendemus[h] vos et vestros successores in causa et in judicio cum nostris propriis expensis et missionibus, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona nostra mobilia et inmobilia, presencia et futura, quecumque sint et ubicumque. Item, promittimus[f] quod nichil fecimus vel decetero faciemus quo minus hec vendicio valeat, vel infringi possit in aliquo. Nam in presenti de predicto

quadrono, cum suis arboribus, nos et nostros semper denudamus et vos et vestros investimus, et in corporalem possessionem et tenedonem et sicut possessores juris et facti vos mittimus[i] de toto ad omnes vestras vestrorumque voluntates perpetuo faciendas. Et ita totum, ut in hac carta continetur, nos observaturos bona fide promittimus,[f] et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Evangeliis, omnes nos supradicti sponte juramus, renunciantes, per virtutem prestiti juramenti, omni juri et casui, scripto vel non scripto, quibus contravenire possemus. Actum est hoc II[e] idus julii, anno Domini M° CC° XLIIII°. Sig++++++na Petri de Castello, et domine Guiraude, uxoris (ejus),[j] et Gauberti, et Guilelmi Raymundi, et Petri de Castello, et Guilelmi de Sancto Ypolito, omnium predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus testesque firmare rogamus. Sig++++na Poncii Guilelmi, et Fabri Bertethi, et Petri de *Pinols* et Petri Monerii, testium rogatorum. Ego Raymundus Gaucelmi hanc cartam scripsi mandato Raymundi *Figueres*, publici scriptoris.

Ego Raymundus *Figueres*, scriptor publicus, hanc cartam subscripsi, et hoc sig-(SM)-num feci.

a. amitendi *B.* b. preceptor *B.* c. dimitere *B.* d. paccatos *B.* e. peccunie *B.* f. promitimus *B.* g. nos et *omès B.* h. deffendemus *B.* i. mitimus *B.* j. ejus *omès B.*

431

1244, 30 d'agost

Garcia Reboster i Ramona, la seva esposa, es posen d'acord amigablement amb fra Pere Eiximenis, comanador, i els altres frares del Masdéu a fi de resoldre el litigi que els enfrontava des de feia temps a propòsit de la masada que havia pertangut al difunt Ponç de na Lis d'Orla, que fra Martí de Nessa, aleshores preceptor del Masdéu,[287] *els havia donat per tota la vida. La parella restitueix als templers aquesta masada, amb totes les possessions que en depenen a les parròquies de Sant Esteve d'Orla, Santa Maria de Malloles, Santa Maria de Toluges i Santa Eugènia. Com a preu d'aquesta transacció, Garcia i*

287. Martí de Nessa, comanador del Masdéu del novembre de 1240 al juny de 1241.

Ramona reconeixen haver rebut 450 sous melgoresos. Renuncien igualment a llurs pretensions sobre un terreny, que ara està construït, situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles, al carrer de Sant Francesc, el qual era contigu a una vinya i un femer, on els templers han fet edificar cases. El comanador del Masdéu i tot el convent aproven i confirmem aquesta transacció.

A[1] Original, en forma de carta partida per la part inferior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí deteriorat, amplada 215 mm, alçada 235 mm, ADPO, Hp186.[288]

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 267r-v, acta núm. 471, segons A[1].

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 45-46, segons B.

D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 30, ff. 342-347, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Garssia[a] Repositarius, et ego domina Raimunda,[b] uxor ejus, per nos et per omnes nostros, presentes atque futuros, post multas altercationes et lites, quas[c] habuimus diu cum vos ffratre[d] Petro Exemenis,[e] preceptore Mansi Dei, et aliis fratribus vestris, super mansata, et honore, et pertinenciis ejusdem, que fuit quondam Poncii *de na Lis*, de Orulo; quam mansatam, cum omnibus honoribus et pertinenciis suis, donaverat nobis ffrater[f] Martinus de Nessa, tunc preceptor Mansi Dei, ad violarium, ffacimus[g] amicalem vobiscum compositionem sive transactionem in hunc modum: quod nos, Garssia Repositarius et Raimunda,[b] uxor ejus, per nos et per omnes nostros solvimus et diffinimus et concedimus in perpetuum[h] vobis, dicto ffratri[i] Petro Exemenis,[e] preceptori Mansi Dei, et omnibus fratribus ibidem presentibus et futuris, totam illam donationem predictam, et quicque[j] juris habemus vel habere possumus quocumque modo in tota predicta[k] mansata de Orulo, cum omnibus honoribus et pertinenciis ejusdem, videlicet cum mansis, casis, campis, vineis, ortis, et cum omnibus cultis et heremis, et cum omnibus aliis ad dictam mansatam pertinentibus, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ab aliquo, ita quod in dicta mansata, vel honore, vel pertinenciis ejusdem, tota vel aliqua parte ejus, nichil juris nobis retinemus, set penitus inde nos denudamus et vos inde in presenti investimus,[l] promittentes vobis bona fide per stipulationem quod

288. El document porta al dors una anotació del segle XIV en català: «per lo Masdeu», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2210».

omnia predicta firma et rata semper habeamus, et quod nunquam contra veniamus, nec in predictis aliquid nunquam requiramus, set semper omnia predicta habeatis et possideatis in pace, sine omni contradicto nostro et nostrorum. Et promittimus etiam vobis quod nichil fecimus nec faciemus quominus predicta diffinitio sive transactio sit in firma vobis et stabilis. Et est predicta mansata in terminis et in adjacentia Sancti Stephani de Orulo, et in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, et in terminis et in adjacentia Sancte Marie de Tolugis, et in adjacentia Sancte Eugenie. Preterea, ratione dicte transactionis, diffinimus et solvimus in perpetuum[h] vobis et successoribus vestris quoddam pati quod vobis clamabamus sive demandam faciebamus, et si aliquod nobis competit[m] vel competebat aliquo modo in dicto pati, in solidum[n] vobis et vestris diffinimus et concedimus. Et de omnibus predictis cedimus et damus vobis et successoribus vestris omnes actiones et exceptiones nostras reales et personales et omnia omnino jura, quas et que in predictis et pro predictis omnibus habemus vel habere aliquo modo debemus. Et modo in presenti vos procuratores in res vestras constituimus et facimus. Et pro predicta compositione et transactione, profitemur nos habuisse et recepisse a vobis CCCCL solidos malguriensium bonorum, et omnia expleta que percepimus de predicta mansata vel honore ejus aliquo modo, de quibus omnibus per paccatos nos tenemus, renunciantes omni exceptioni. Preterea ego Raimunda,[b] omnia predicta attendere, et rata habere, et nunquam[o] contra venire,[p] per stipulationem bona fide promitto,[q] et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Evangeliis, sponte juro. Et est predictum pati, quod modo est operatum,[r] in terminis et in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, extra portale de Malleolis, in carreria Sancti Ffranceschi.[s] Quod quidem pati se tenebat cum vinea, in qua modo fecistis domos, vel fieri fecistis, et cum femoracio vestro qui fuit Guilelmi de Villarasa, in quo modo sunt domus. Et nos, ffrater[f] Petrus Exemenis predictus, preceptor domus Mansi Dei, et ffrater[f] Bernardus Vitalis, et frater Guilelmus de Castro novo, cambrerius, et frater Berengarius de Pinu, et frater Raimundus de *Pesenaz*, et frater Berengarius,[t] et frater Garssia, et frater Berengarius de *Palafurgel*, et ffrater[f] Raimundus[u] de *Toir*, et frater Petrus de Sancto Romano, et frater *Nicola*, omnes dicte domus Mansi Dei, per nos et per omnes successores nostros, hec omnia predicta laudamus, firmamus et etiam concedimus. Actum est hoc III kalendas septembris, anno Domini MCCXLIIII. Sig++na Garssie Repositarii et domine Raimunde,[v] uxoris ejus,

predictorum, qui hec omnia predicta laudamus et confirmamus. Sig++++++++++na fratris Petri Exemenis,[e] preceptoris Mansi Dei, et fratris Bernardi Vitalis, et fratris Guilelmi de Castro novo, et fratris Berengarii de Pinu,[w] et fratris R. de *Pesenaç,*[x] et fratris Berengarii, et fratris Garssie,[y] et fratris Berengarii de *Palafurgel*, et fratris Raimundi[z] de Toirio, et fratris Petri de Sancto Romano, et fratris *Nicola,*[aa] predictorum, qui hec omnia predicta laudamus et confirmamus. Sig+++++na Petri Gallardi, et Raymundi *Cames*, et Guilelmi Pelegrini, et Arnaldi de *Rocafort,*[ab] et Arnaldi Gallardi, filii Petri Gallardi, testium rogatorum. Raimundus[u] de Villalonga scripsit hoc vice Raimundi[z] *Carles* et hoc sig-(SM)-num fecit.

Raimundus[u] *Carles*, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Garsia *B.* b. Raymunda *B.* c. quos *B.* d. fratre *B.* e. Examenis *B.* f. frater *B.* g. facimus *B.* h. imperpetuum *B.* i. fratri *B.* j. quicquid *B.* k. predicta *omès B.* l. vestimus *B.* m. competit *B.* n. insolidum *B.* o. numquam *B.* p. convenire *B.* q. promito *B.* r. operatorium *B.* s. Francisci *B.* t. Balagerius *B.* u. Raymundus *B.* v. Raymunde *B.* w. Pina *B.* x fratris de Persanaç *B.* y. Garsie *B.* z. Raymundi *B.* aa. Nichola *B.* ab. Rochafort *B.*

432

1244, 31 d'agost

Guillem Riba, fill de Mateu de Riba, de Reard, confirma a Guillem de Castellnou, cambrer del Masdéu, la venda que el seu pare havia fet a la casa del Masdéu d'uns camps que depenien de l'honor del difunt Arnau Tizoni *de Nils. Per aquesta concessió, reconeix haver rebut una almoina de 15 sous melgoresos. A canvi, fra Guillem de Castellnou, amb el consentiment de tot el convent del Masdéu, cedeix a Guillem Riba els 12 sous que aquest ha obtingut d'ells pel bestiar que els havia pignorat a causa de la querella que van presentar contra ells a propòsit d'aquesta venda, la qual pretenia que havia estat feta pel seu pare sense la seva aprovació, i li perdona els danys i perjudicis que els ha causat a propòsit d'això.*[289]

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 196v-197, acta núm. 343.

289. Venda efectuada el 18 de febrer de 1228 amb l'aprovació de Guillem, vegeu més amunt l'acta núm. 301.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 47-48, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 224-227, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Guilelmus Rippa, filius Mathei Rippe de Riardo, non inductus dolo, non vi nec circumventus in aliquo, set tantum propria ac spontanea voluntate ductus, bona fide et sine omni enganno, per me et per omnes laudo et concedo cum hoc instrumento imperpetuum valituro vobis, fratri Guilelmo de Castro[a] novo, cambrerio domus milicie Templi Mansi Dei, et omni conventui ejusdem, presenti vel futuro, ad omnes voluntates vestras et vestrorum faciendas imperpetuum, videlicet totam illam venditionem quam dictus pater meus fecit quondam domui predicte de quibusdam campis suis qui fuerunt de honore Arnaldi Tiçoni de Anillis condam sicut in instrumento venditionis inde facto plenius continetur, nullum jus in predictis campis mihi vel meis retinens vel reservans, set penitus inde me et omnes[b] meos exuens et evacuans, vos et vestros prorsus induo et in plenam et vacuam possessionem mitto, constituens vos procuratores in rem vestram propriam, dando et concedendo vobis et vestris ex gracia imperpetuum quicquid mihi competit in premissis campis aliquo jure, voce vel ratione quocumque modo. Et pro hac laudatione, donatione et concessione profiteor habuisse et recepisse de bonis et elemosinis Mansi Dei XV solidos malguriensium bonorum, renuncians exceptioni peccunie non numerate. Et promitto[c] bona fide et per sollemnem[d] stipulationem quod contra predictam laudationem et donationem et concessionem numquam veniam, nec veniri faciam, in judicium vel extra, ymo omnia premissa et singula rata et firma per me et per omnes meos habebo imperpetuum. Et ut majorem obtineant firmitatem juro super sancta IIII[or] Evangelia meis propriis manibus sponte tacta, renuncians per virtutem prestiti juramenti omni juri omnique legi et consuetudini quibus contra venire possem**.** Hinc est quod nos frater Guilelmus de Castro novo predictus cambrerius Mansi Dei, de consilio et assensu tocius conventus ejusdem, bona fide et sine omni enganno, per nos et per omnes successores nostros dimittimus,[e] solvimus et diffinimus tibi, Guilelmo Rippe predicto, et inmunem te reddimus in illis XII solidis malguriensium bonorum, quos a nobis habuisti pro bestiis quas nobis pignorasti ratione querele et demande quam faciebas pro venditione prenominata, quam asserebas pater tuus fecisse domui predicte Mansi Dei absque laudatione et firmatione tua, et

omne damnum[f] et distriguam qua nobis intulisti ratione predicta. Actum est hoc II[e] kalendas septembris, anno Domini M° CC° IIII°. Sig+num Guilelmi Ripe predicti, qui hec omnia laudo et firmo testes firmarique rogo. Sig+++++na fratris Guilelmi de Castro novo predicti cambrerii Mansi Dei, fratris Bernardi Vitalis, capellani, fratris Berengarii Pelliparii, fratris Berengarii Ortolani et fratris Guilelmi de *Costoga*, qui hec omnia laudamus et firmamus testes firmarique rogamus. Sig+++na Petri Rotberti, Bernardi *Xatmar* et Guilelmi de Monte Eschivo, sacerdotum Mansi Dei testium.

Guilelmus Ferrarii, presbiter, publicus tabellio hanc cartam scripsit auctoritate domini B(ernardi) Elnensis episcopi, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *La lletra* -r- *de* Castro *afegida a la interlínia B.* b. omnes *afegit a la interlínia B.* c. promito *B.* d. sollempnem *B.* e. dimitimus *B.* f. dampnum *B.*

433

1244, 14 de novembre

Fra Guillem de Castellnou, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment dels frares Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, Pere de Puig Otrer, Esteve de Valls i Esteve de Reard, tots tres de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Bernat Ramon de Malloles un camp situat al lloc anomenat la Coma, a la parròquia de Santa Maria de Malloles. El terratger haurà de donar a la casa del Temple l'agrer de la collita i una mesura de bajulivum. *Com a preu d'aquesta concessió, reconeix haver rebut 50 sous melgoresos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 222r-v, acta núm. 390.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, p. 47, segons *B.*

D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 394-396, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Castro novo, preceptor domus Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos presentes atque futuros, cum hac presenti carta in perpetuum valitura, consilio et voluntate ac laudamento fratris Petri Exemenis, preceptoris domus Mansi Dei, et fratris Petri Pujotrerii, et fratris Stephani de *Vals*, et fratris Stephani de Riardo, omnium dicte domus Templi Perpiniani, dono et incontinenti trado ad accapitum tibi Bernardo Raymundo de Malleolis et tuis et cui

volueris, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, salvo jure domus Templi in omnibus, quendam campum nostrum in loco vocato Comba, qui est in terminis et in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, et affrontat[a] ab oriente in correco, a meridie in tenencia Petri Giraldi, ab occidente in carreria Combe, ab aquilone in tenencia Jacobi *Gibrat*. Quem campum predictum tibi et tuis dono et concedo ad accapitum totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis et cum terminis et pertinenciis et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum campum habebunt et tenebunt, donetis semper dicte domui Templi Perpiniani de omni expleto dicti campi agrarium et unam mensuram bajulivi cum qua mons levabitur, promittens[b] tibi bona fide per stipulationem quod totum predictum campum faciam tibi et tuis bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, obligans inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Templi Perpiniani mobilia et inmobilia, presentia et futura. Et profiteor et recognosco quod pro hac donatione et concessione habui et accepi a te L solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatum[c] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[d] non numerate, quos etiam recognosco versos esse, et redactos, in maxima utilitate dicte domus. Actum est hoc XVIII° kalendas decembris, anno Domini M° CC° XL° IIII°. Sig+num fratris Guilelmi de Castro novo preceptoris predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++na fratris Petri Pujotrerii, et fratris Stephani de *Vals,* et fratris Stephani de Riardo predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Pelegrini de Malleolis, et Bernardi Somalerii et Bernardi Rasedoris, testium rogatorum.

Raymundus de Villalonga scripsit hoc vice Raymundi *Carles* et hoc sig-(SM)-num fecit.

Raymundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. affronta *B.* b. promitens *B.* c. paccatum *B.* d. peccunie *B.*

434

1244, 22 de novembre

Fra Guillem de Castellnou, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment dels frares Pere de Puig Otrer,

Esteve de Valls i Esteve de Reard, dóna en acapte a Guillem de Puigbò un terreny de dues canes i mitja de Montpeller d'ample i de sis canes de llarg situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles. El terratger haurà de donar a la casa del Temple 18 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, fra Guillem reconeix haver rebut 50 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 307r-v, acta núm. 547.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, f. 397-400, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Castro novo, preceptor domus Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos, presentes atque futuros, cum hac presenti carta imperpetuum valitura, consilio, voluntate ac laudamento fratris Petri de Podio Oltrario et fratris Stephani de *Vals* et fratris Stephani de Riardo, omnium dicte domus, dono et laudo et incontinenti trado ad accapitum tibi, Guilelmo de Podio bono, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati, de celo usque in abyssum,[a] videlicet II canas et mediam in latitudine, ad canam Montispessulani, et VI canas in longitudine, ad canam Montispessulani, quod pati affrontat ab oriente in via publica, a meridie in tenencia dicte domus Templi, ab occidente in tenencia Garssie Repositarii, ab aquilone in via publica, quod pati est in terminis et in adjacencia Sancti Johannis, extra portale quod dicitur de Malleolis. Et si forte in dicto pati, infra dictas affrontationes affrontata, plus de dictis II canis et media[b] in latitudine et VI canis[c] in longitudine habuerit, illud totum sit tuum integriter racione istius accapiti. Predictum autem pati, ut superius dictum est, tibi et tuis dono et concedo ad accapitum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum pati habebunt et tenebunt, donetis semper dicte domui Templi Perpiniani de censu quolibet anno in festo Natalis Domini XVIII denarios malgurienses, vel monete caterni curribilis per Rossillionem. Et si forte predictum pati tu vel tui vendere vel alienare volueritis, primum michi et successoribus meis

denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam et potestatem retinendi sicuti alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si forte retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis dictum pati vendere vel alienare cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo jure dicte domus Templi Perpiniani et etiam foriscapio, promittens[d] etiam tibi et tuis bona fide per stipulationem quod totum predictum pati, de celo usque in habissum, infra dictas affrontaciones affrontatum, faciam tibi et tuis bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, obligans inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus ubique. Et pro hac donatione et concessione habui et accepi a te L solidos malguriensium, de quibus per pacatum[e] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[f] non numerate. Actum est hoc X° kalendas decembris, anno Domini M° CC° XL IIII°. Sig+num fratris Guilelmi de Castro novo predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++na[g] fratris Petri de Podio Oltrario, et fratris Stephani de *Vals,* et fratris Stephani de Riardo predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Bernardi *Sabors*, et Vitalis Grimaldi et Guilelmi Pelegrini, testium rogatorum. Raymundus de Villalonga scripsit hoc vice Raymundi *Carles* et hoc sig-(SM)-num fecit.

Raymundus *Carles*, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. mediam *B.* c. canas *B.* d. promitens *B.* e. paccatum *B.* f. peccunie *B.* g. Sig++++na *B.*

435

1244, 28 de novembre

Fra Guillem de Castellnou, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment dels frares Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, Pere de Puig Otrer, Esteve de Valls i Esteve de Reard, dóna en acapte a Bernat Ramon de Malloles un terreny situat a Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, fra Guillem reconeix haver rebut 40 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 340r-v, acta núm. 617.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.,* nouv. acq. lat. 28, ff. 401-404, segons *B.*

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Castro novo, preceptor domus Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum, consilio et voluntate domini[a] fratris Petri Examenis, preceptoris Mansi Dei, et fratris Petri de *Pujotrer,* et fratris Stephani de *Vals* et fratris Stephani de Riardo, dono atque in presenti irrevocabiliter trado ad accapitum tibi, Bernardo Raymundo de Malleolis, et tuis, et cui volueris imperpetuum, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[b] ad faciendum ibi domos, de nostra tenencia que est infra terminos Perpiniani, extra portale quod dicitur de Malleolis, et affrontat dictum pati ab oriente in via publica, a meridie in nostra tenencia, ab occidente in tenencia Ermengaldi de Furchis, ab aquilone in tenencia Garsie Rebosterii et Guilelmi de Podio bono. Sicut superius dictum est, ita dono ad accapitum tibi dicto Bernardo Raymundo, et tuis, predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis[c] et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum pati habueritis et tenueritis, donetis semper dicte domui milicie Templi Perpiniani pro censu, quolibet anno in festo Natalis Domini, II solidos malguriensium, vel monete caterni curribilis per Rossillionem, et quandocumque et quocienscumque venderetur vel alienaretur, dicta domus nostra milicie Templi habeat inde semper foriscapium suum. Et si forte dictum pati tu vel tui vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicuti alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde possitis illud vendere vel alienare cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo censu nostro et foriscapio. Et promitto[d] tibi et tuis bona fide et per stipulationem me et successores meos semper tibi et tuis de predicta donacione fore legitimos auctores ab omni persona, et teneri sine fraude de evictione, obligando inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre, mobilia et inmobilia, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione habui et accepi a te XL solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatum[e] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[f] non numerate, quam pecuniam[g] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc

IIII° kalendas decembris, anno Domini M° CC° XL IIII°. Sig+num fratris Guilelmi de Castro novo, preceptoris predicti, qui hec omnia laudo. Sig+++na fratris Petri de *Puigotrer*, et fratris Stephani de *Vals*, et fratris Stephani de Riardo, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Pelegrini, et Bernardi *Semaler* et Perpiniani *Baster*, testium.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. domini *repetit per error B.* b. habissum *B.* c. suis *afegit a la interlínia B.* d. promito *B.* e. paccatum *B.* f. peccunie *B.* g. peccuniam *B.*

436

1245 (nou estil), 13 de febrer

Pere de Vilallonga, el seu fill Simó i fra Bernat de Montsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, concedeixen a Pere Gros de Malloles el dret d'arrencar una vinya que tenen per ells a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al vinyar dels Horts, a l'Horta Mitjana, per tal de fer un hort. El terratger haurà de donar-los l'agrer i el braçatge de tota la collita i el quart de les olives, és a dir, la meitat a Pere de Vilallonga i al seu fill i l'altra meitat a la casa del Temple. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 16 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 243r-v, acta núm. 441.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 405-407, segons *B.*

Notum sit cunctis quod nos, Petrus de Villa longa et Simon, filius ejus, et frater Bernardus de *Monson*, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per nos et per omnes nostros presentes atque futuros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti carta imperpetuum valitura damus et laudamus tibi, Petro Grosso de Malleolis, et tuis, et cui volueris, plenam licenciam et auctoritatem erradicandi et extirpandi totam illam vineam, quam per nos tenes et habere et tenere debes in adjacencia Sancte Marie de Malleolis, in vineto de ortis, ad Ortos medianos, et quod facias ibi ortum, quem predictum ortum affrontat ab oriente in orto Petri Galardi de Perpiniano, et in orto Bernardi *Boas*, a meridie in orto Jausberti Sadolli, ab occidente in vinea Raymundi Peregrini et in orto Bernardi Boassi, ab aquilone in vinea Arnaldi de Cereto. Sicut predictum est, sic damus tibi, dicto Petro Grosso,

et tuis, plenam licenciam erradicandi et extirpandi totam predictam vineam, et facias ibi ortum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sine omni tuo tuorumque enganno et sine ullo malo ingenio, sicut melius a te vel a tuis intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, sive illi qui dictum ortum habebunt et tenebunt, donetis nobis et nostris bene et fideliter de omni expleto quod Deus ibi dederit agrarium et braciaticum et quartum de olivis, et que dicta jura et dominia dividuntur inter nos medium per medium, videlicet quod ego frater Bernardus de *Monson*, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, accipio medietatem omnium jurium, et nos Petrus de Villa longa et Simon, filius ejus, accipimus aliam medietatem predictorum jurium. Pro hac autem donatione et laudatione quam tibi et tuis facimus, habuimus et accepimus a te XVI solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[a] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[b] non numerate. Actum est hoc idibus febroarii, anno Domini M° CC° XL IIII°. Sig+++na Petri de Villa longa et Simonis, filii ejus, et fratris Bernardi, preceptoris domus milicie Templi Perpiniani, qui hoc totum laudamus et firmamus firmarique rogamus. Sig+++na Guilelmi Peregrini, et Bartholomei Fornerii et Bernardi Sutoris, testium. Ego Guilelmus Pedregarius, sacerdos de Malleolis, mandato Jacobi Peregrini, sacriste de Malleolis, scriptoris publici hanc cartam scripsi et hoc sig-(SM)-num feci.

Jacobus Peregrini, sacerdos atque sacrista de Malleolis, scriptor publicus, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatos *B.* b. peccunie *B.*

437

1245 (nou estil), 20 de febrer

Fra Guillem de Castellnou, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment dels frares Esteve de Duesvalls i Bernat de Calce, dóna en acapte a Guillem Andreu de Caladroer un terreny de dues monallades situat a Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles, per a construir-hi una o diverses cases. El terratger haura de donar 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers

es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, fra Guillem reconeix haver rebut 30 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 393v, acta núm. 724.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 408-409, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Castro novo, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, consilio et laudamento fratris Stephani de Duabus vallis et fratris Bernardi de Calcia, ejusdem domus, per me et per omnes successores meos dono atque in presenti irrevocabiliter trado ad accapitum tibi, Guilelmo *Andreu* de Caladroerio, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas voluntates perpetuo faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati, de celo usque in abyssum,[a] scilicet II monallatas de nostra tenencia, ad faciendum ibi domum vel domos, quod est infra terminos Perpiniani, extra portale quod dicitur de Malleolis, et affrontat ab oriente et a meridie in via publica, ab occidente in tenencia Bernardi Rasedorii, ab aquilone in nostra tenencia. Sicut superius dictum est, ita dono ad accapitum tibi, dicto Guilelmo *Andreu*, et tuis, predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictam rem habueritis et tenueritis, donetis semper dicte domui milicie Templi Perpiniani, et michi, et successoribus meis, quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos malguriensium pro censu, et quandocumque et quocienscumque ipsam rem vendideritis vel inpignoraveritis, ego et mei successores habeamus inde nostrum foriscapium; et quocienscumque eam vendere vel inpignorare volueritis, primum michi et successoribus meis denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis dictam rem vendere vel inpignorare cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo censu et foriscapio nostro. Promitto[b] etiam tibi, stipulanti, me et meos successores semper tibi et tuis de predicta donacione fore legitimos auctores et defensores[c] ab omni persona, et teneri sine fraude, obligans inde tibi et tuis omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura, ubique. Et pro hac donacione, habui et accepi a te XXX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatum[d] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[e] non numerate,

quam pecuniam[f] recognosco versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc X° kalendas marcii, anno Domini M° CC° XL IIII° . Sig+++na fratris Guilelmi de Castro novo, preceptoris predicti, et fratris Stephani de Duabus vallis, et fratris Bernardi de Calcia predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Raymundi *Comte*, et Bernardi Guiraldi et Petri Guilelmi[g] de Sancto Arnaco, testium. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit, et rasit et emendavit in XI[a] linea, et rasit et emendavit in XII[a] linea, et suprascripsit in eadem linea «successores», et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promito *B.* c. deffensores *B.* d. paccatum *B.* e. peccunie *B.* f. peccuniam *B.* g. Guillmi *B.*

438

1245, 10 de desembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Berenguer de Pi i Bernat de Montsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Bernat Rasedor de Tuïr un terreny de quatre monallades d'ample i sis monallades de llarg situat a Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles, per a construir-hi una o diverses cases. El terratger haurà de donar a la casa del Temple 6 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Concedeixen a més al terratger el dret d'evacuar les seves aigües cap a la tinença del Temple. Per aquesta concessió, fra Pere Eiximenis reconeix haver rebut 90 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 415r-v, acta núm. 774.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 28, ff. 410-411, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Examenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, per me et per omnes successores meos, cum consilio et voluntate ac laudamento fratris Berengarii de Pinu et fratris Bernardi de Montesono, preceptori domus milicie Templi Perpiniani, dono atque in presenti irrevocabiliter trado ad accapitum tibi, Bernardo Raçedorio de Toyrio, et tuis, et cui volueris perpetuo, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus

et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] in latitudine scilicet IIII[or] monallatarum, in longitudine VI monallatarum, quod pati est extra portale de Malleolis, in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Bernardi de Caladroerio,[b] a meridie in via, ab occidente in tenencia Bernardi de Fossa, curaterii, ab aquilone in trilia nostra, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum pati habueritis et tenueritis, donetis semper michi, et successoribus meis, et dicte domui Mansi Dei, quolibet anno in festo Natalis Domini VI solidos malguriensium bonorum de censu, vel monete quaterni curribilis per Rossillionem. Et si forte dictum pati venderetur vel inpignoraretur, ego et successores mei habeamus inde nostrum foriscapium quocienscumque venderetur vel inpignoraretur. Et si forte dictum pati vendere volueris, primum michi et successoribus meis denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam retinendi sicuti alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si forte retinere noluerimus, liceat deinde tibi et tuis illum vendere cuicumque volueritis, ut dictum est. Promitto[c] etiam tibi me et meos successores semper tibi et tuis de predicto pati fore legitimos auctores et defensores[d] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, obligans inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus milicie Templi Mansi Dei ubique, presencia et futura. Et profiteor et recognosco quod pro hac donacione, habui et accepi a te LXXXX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatum[e] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[f] non numerate, quos profiteor et recognosco versos esse, et redactos, in maxima utilitate dicte domus milicie Templi Mansi Dei. Actum est hoc IIII° idus decembris, anno Domini M° CC° XL° V°. Sig+++na fratris Petri Examenic̣, preceptoris,[g] et fratris Berengarii de Pinu, et fratris Bernardi de Montesono predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Et quod tu et tui habeatis semper aquaversum de tua tenencia versus tenenciam nostram. Sig+++na Guilelmi de Palaudano, et Petri de Sala, fusterii, et Johannis Gallocii, testium. Guilelmus de Frexaneto scripsit hoc vice Petri Calveti et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. Coladroerio *B.* c. promito *B.* d. deffensores *B.* e. paccatum *B.* f. peccunie *B.* g. preceptoriç *B.*

FUNDACIÓ NOGUERA

439

1246 (nou estil), 20 de gener

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Cabot, comanador de Sant Hipòlit, i de fra Bernat de Montsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Pere d'Aspà i fra Feliu, dóna en acapte a Ricsenda, filla de Bernat Esteve de Sant Hipòlit i de Blanca, la masada que era abans del seu pare. Aquesta masada comprèn: un mas a la cellera de Sant Hipòlit, pel qual donarà un quartó i mig d'ordi de cens els anys en què tindrà lloc la guarnició dins el castrum *del Temple, un jornal de llaurada amb bous, quan en tingui, i un jornal d'home per a la sega; un altre mas pel qual pagarà un cens de 18 diners melgoresos el dia de Nadal; un hort, salvat el dret de Raimon de Cabaret; una vinya amb un aspre, un tor de terra amb les seves oliveres i una peça de terra que fou de l'abadia de Grandselva. Els templers exclouen tanmateix d'aquesta masada el camp anomenat del Fumàs, del qual es reserven l'ús. Ricsenda i tots els qui tinguin aquesta masada seran homes i dones propis de la casa del Masdéu, a la qual pagaran els censos, usos, agrers i altres drets deguts al Temple. Si Ricsenda morís sense cap fill legítim, aquestes possessions tornarien a la seva mare, Blanca. Per aquesta donació, fra Pere Eiximenis reconeix haver rebut 135 sous melgoresos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 30r-v, acta núm. 48.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 66-68, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, f. 85-90, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus *Examenes*, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, per me et per omnes successores[a] meos, cum consilio et voluntate ac laudamento fratris Caboti, preceptoris Sancti Ypoliti,[b] et fratris Bernardi de Monte Sono, preceptoris domus milicie Templi Perpiniani, et fratris Petri *d'Aspa*, et fratris *Feliu*, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura dono atque in presenti irrevocabiliter trado ad accapitum tibi, Ricsendi, filie Bernardi Stephani de Sancto Ypolito et Blanche, uxoris ejus, et tuis, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, totam mansatam, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, que fuit dicti Bernardi Stephani, patris tui, que est in adjacentia Sancti Ypoliti, videlicet mansum qui est intus

cellariam de Sancto Ypolito, et mansum qui est intus villam de Sancto Ypolito, extra cellariam, et unum ortum, et unam vineam cum aspero et cum pertinentiis suis, et unum *tor* de terra in loco vocato ad Agulam, cum olivariis que ibi sunt, et unam petiam terre in loco vocato ad Arnum, et generaliter totum alium honorem ad dictam mansatam pertinentem, heremum et condirectum, excepto toto campo qui dicitur de Fumacio, quem campum nobis et dicte domui Mansi Dei retinemus. Mansus vero predictus, qui est intus cellariam, affrontat ab oriente in via, a meridie in domo Bernardi Sartoris, ab occidente in domo Petri Nigri, ab aquilone in tenencia milicie Templi. Pro quo manso de cellaria tu et tui, qui eum tenueritis, dabitis domui Mansi Dei de censu omni anno III medios quartonos ordei, tempore scilicet quo guerita fuerit in castro Sancti Ypoliti de milicia, et jovam quando habueritis boves, et unum hominem ad segatam quolibet anno; et pro manso qui est extra cellariam, XVIII denarios malgurienses quolibet anno in festo Natalis Domini. Predictum vero ortum habeatis, salvo jure Raymundi de Cabareto. Jam dictus vero mansus, qui est extra cellariam, affrontat ab oriente in via, a meridie in tenedone Raymundi *Garrius* et aliorum, ab occidente in via, ab aquilone in honore Bernardi Traverii. Ortus vero predictus affrontat ab oriente in orto Berengarii Laneti et aliorum, a meridie in tenencia Raymundi *Aulen*, ab occidente in orto Arnaldi Nigri, ab aquilone in orto Berengarii Laneti. Supradicta autem vinea, cum aspero et pertinentiis suis, affrontat ab oriente in terra Ermengardis de Garricis, a meridie in honore Pebrerii et aliorum, ab occidente in via, ab aquilone in honore Ermengardis Terriona. Prefatus vero *tor* de terra affrontat ab oriente in via, a meridie in via, ab occidente in terra Bernardi Rigaldi, ab aquilone in terra Arnaldi de *Arques*. Et dicta pecia de Arno affrontat ab oriente in terra Berengarii *Pecol*, a meridie in terra Bernardi *Figueres* et aliorum, ab occidente in terra Bernardi Traverii, que fuit Grandis silve, ab aquilone in terra Berengarii Olibe. Sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui predicta tenueritis, sitis inde homines nostri et dicte domus Mansi Dei; et donetis inde semper mihi et successoribus mei in dicte domui Mansi Dei census, usatica, terremerita et jura et foriscapia et alia que pro predictis nobis fieri debent. Et si tu, dicta Ricsendis, decesseris sine legitimo infante, tota predicta mansata et honor jam dictus remaneat jam dicte matri tue, Blanche, et suis, salvis terremeritis et censibus et usaticis et juribus et foriscapiis et aliis que pro predictis nobis fieri debent, et retento nobis et

domui Mansi Dei toto predicto campo qui dicitur de Fumascio, ut dictum est. Et quicumque predicta tenuerit, sit semper homo noster proprius et dicte domus Mansi Dei. Promitto[c] etiam, tibi, bona fide et per stipulationem, quod totam predictam donationem faciemus, ego et successores mei, tibi et tuis bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur tibi et tuis de evictione, obligans inde tibi et tuis omnia bona domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donatione habui et accepi a te pro accapito CXXXV solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatum[d] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[e] non numerate, quam pecuniam[f] recognosco versam esse, et redactam, in maxima utilitate Mansi Dei. Actum est hoc XIII° kalendas febroarii, anno Domini M° CC° XLV°. Sig+++++na fratris Petri *Examenes*, preceptoris, et fratris Caboti, et fratris Bernardi de Monte Sono, et fratris Petri d'*Aspa*, et fratris *Feliu*, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Raimundi *Cames*, et Bernardi Rasedorii et Fabri *Bertet*, testium.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. succcessores *B*. b. Mansi Dei *B*. c. promito *B*. d. paccatum *B*. e. peccunie *B*. f. peccuniam *B*.

440

1246, 24 de maig

Bernat Guillem de Vilafranca cedeix a Guillem de Montesquiu tots els drets que té a causa de la venda que Saurina, filla de Bernat Hug [de Serrallonga], li ha fet d'11.000 sous melgoresos, pels quals aquesta tenia el castrum *d'Orla i les seves dependències en penyora. Bernat Guillem restitueix igualment a Guillem de Montesquiu tots els drets sobre els ingressos d'Orla, que aquest li havia venut per una durada de deu anys; se'n reserva tanmateix les rendes fins a la pròxima festa dels sants Pere i Fèlix, i després podrà tenir els ingressos dels cereals que hagin estat sembrats abans d'aquesta data. Com a preu d'aquesta concessió, reconeix haver rebut 2.400 sous.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 129, acta núm. 207.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 75-76, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Bernardus Guilelmi de Villa francha, per me et per omnes meos, solvo et diffinio tibi, Guilelmo de Monte Esquivo, et tuis, quicquid juris habeo vel habere possum racione illius vendicionis quam fecit mihi domina Saurina, filia Bernardi Uguonis, XI millium solidorum malguriensium, pro quibus ipsa domina Saurina habebat castrum de Orulo cum suis pertinentiis obligatum, sicut plenius continetur in instrumentis inde factis. Item, solvo et diffinio tibi et tuis, et cui volueritis, quicquid juris habebam vel habere poteram racione illius vendicionis quam mihi fecistis fructuum de Orulo ad te pertinencium, scilicet X annorum, sicut plenius in instrumentis inde confectis continetur. Retineo tamen mihi fructus ad te pertinentes dicti castro cum pertinenciis suis usque ad primum festum sanctorum Petri et Felicis inde provenientis; fructus tamen bladi cujuslibet infra predictum tempus seminati possim percipere et habere post predictum tempus. Et pro hac diffinicione et absolucione habui et accepi a te II millia CCCC solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatum[a] me teneo, renuncians excepcioni pecunie[b] non numerate. Si vero dicta diffinicio vel absolucio plus nunc valet vel in futurum est valitura, illud propter merita tua gratis tibi dono irrevocabiliter et cedo, promittens[c] etiam tibi quod nichil feci, vel decetero faciam, quominus hec solucio et diffinicio tibi vel tuis valeat vel infringi possit. Et quod ita hec omnia predicta et singula fideliter observem, et quod contra nunquam veniam, occulte vel manifeste, bona fide et per stipulacionem tibi promitto,[d] renuncians omni juri omnique legi et omni consuetudini quibus contravenire possem. Actum est hoc VIIII° kalendas junii, anno Domini M° CC° XL° VI°. Sig+num Bernardi Guilelmi predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++na Poncii Pauci, et Gombaldi Sinfredi et Ferrandi de Podio, testium. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatum *B.* b. peccunie *B.* c. promitens *B.* d. promitto *B.*

441

1246, 2 de juliol

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Bernat de Montsó, sotscomanador del Masdéu, Ramon de Costa, Pere d'Aspà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i Feliu, dóna en acapte a Ferrer Sapte de Malloles un

camp situat a la parròquia de Santa Maria de Malloles perquè hi planti una vinya. El terratger haurà de donar a la casa del Temple la cinquena part de la collita, que haurà de portar a la tina del Temple de Malloles, i la cinquena part de les olives. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Pere Eiximenis reconeix haver rebut 30 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 236r-v, acta núm. 423.
C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 1-3, segons B.

Notum sit cunctis quod nos frater Petrus Examenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, per nos et per omnes successores nostros, cum consilio et laudamento fratris Bernardi de Monson, subpreceptoris Mansi Dei, et fratris Raymundi de Costa, et fratris Petri d'*Aspa*, preceptoris domus milicie Templi Perpiniani, et fratris *Feliu*, damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Ferrario *Sabte* de Malleolis, et tuis, et cui volueris perpetuo, I campum, qui est in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, ad plantandum ibi vineam, qui affrontat ab oriente in malleolo Guilelmi Baboti, a meridie in via et in campo quem tenet Natalis de Sancto Cipriano, ab occidente in via, ab aquilone in malleolo Arnaldi de Cereto. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi, dicto Ferrario *Sapte*, et tuis, predictum campum ad plantandum ibi vineam, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictam vineam habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris et domui Mansi Dei de omni expleto quod ibi Deus dederit fideliter quintum, apportatum[a] intus tinam nostram de Malleolis, et de olivis que ibi fuerint, detis nobis et dicte domui Mansi Dei quintum. Et quocienscumque dictam vineam vendere volueritis, primum nobis denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus,[b] infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eam vendere cuicumque volueritis, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, salvo jure nostro. Et quandocumque et quocienscumque dicta vinea venderetur vel inpignoraretur, nos et nostri successores habeamus inde nostrum foriscapium. Promittimus etiam tibi, stipulanti, nos et nostros semper tibi et tuis

de predicta donatione fore legitimos auctores et defensores[c] ab omni persona et teneri sine fraude de oni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habuimus a te pro accapito XXX solidos malguriensium bonorum, de quibus renunciamus exceptioni peccunie non numerate, quam pecuniam[d] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus Mansi Dei. Actum est hoc VI° nonas julii, anno Domini M° CC° XL° VI°. Sig+num fratris Petri *Examenes*, preceptoris Mansi Dei predicti, qui hec omnia laudamus. Sig++++na fratris Bernardi de *Monso*, et fratris Raymundi de Costa, et fratris Petri d'*Aspa*, et fratris *Feliu* predictorum, qui hec omnia laudamus et concedimus. Sig+++na Raymundi *Cames*, et Raymundi *Mauran* et Petri Jacobi *Gibrat*, testium.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. aportatum *B*. b. nosctibus *B*. c. deffensores *B*. d. peccuniam *B*.

442

1246, 3 de juliol

Ermengol Sagristà, fill del difunt Berenguer Sagristà, cavaller de Malloles, amb el consentiment de la seva mare Maria, ven a fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, i als altres frares d'aquesta casa tot el seu camp de l'Estany, situat a la parròquia de Santa Maria de Malloles. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 400 sous melgoresos. Maria, mare d'Ermengol, confirma aquesta transacció i renuncia a tots els seus drets sobre aquest camp.

A Original, pergamí, amplada 190 mm, alçada 205 mm, ADPO, Hp186.[290]

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 206r-v, acta núm. 358, segons *A*.

C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 4-8, segons *B*.

a VERDON, Laure, «La femme en Roussillon aux XII[e] et XIII[e] siècles: statut juridique et économique», *Annales du Midi*, tom 111, núm. 227 (juliol-setembre del 1999), p. 309, edició parcial, segons *C*.

290. El document porta al dors la menció «est factum» que indica la seva transcripció al cartulari al final del segle XIII; un regest del segle XV en català: «Venda que en Be Sagrista feu al Temple del stany de Malloles», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 1178».

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Ermengaldus[a] Sacrista, filius quondam Berengarii Sacriste de Malleolis, militis, per me et per omnes meos, non coactus ulla vi nec deceptus aliqua fraude, set bona fide, cum hac presenti publica scriptura in perpetuum[b] valitura, consilio et laudamento domine Marie Sacristane, matris mee, vendo et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado vobis fratri Petro Examenes, preceptori domus milicie Templi Mansi Dei, et omnibus successoribus vestris, et fratribus dicte domus Mansi Dei, presentibus et futuris, perpetuo, totum campum meum de Stagno, qui est in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, et affrontat ab oriente in campo Bernardi Villanova de Malleolis, a meridie in campo Petri Fabe, ab occidente in campo Petri Fabe,[c] ab aquilone in correco. Sicut superius dictum est, ita vendo vobis, et successoribus vestris, et fratribus dicte domus Mansi Dei, predictum campum meum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, cedendo etiam vobis et vestris ratione hujus vendicionis omnes actiones et jura, quas et que in dicto et pro dicto campo contra omnes personas habeo et habere debeo, constituendo vos procuratores in rem propriam dicte domus Mansi Dei. Hanc vero vendicionem et cessionem vobis et vestris facio precio CCCC solidorum malguriensium bonorum, de quibus per paccatum me teneo, renuncians exceptioni peccunie non numerate. Et si hec vendicio modo plus valet dicto precio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu illa magis valencia gratis inter vivos vobis et dicte domui Mansi Dei dono et diffinio perpetuo, renuncians legi recissorie qua decepti ultra dimidiam[d] justi precii juvantur, et omni exceptioni doli et metus actionique in factum, et omni alii juri quo contra venire possem. Promitto[e] etiam vobis bona fide et per stipulationem me et meos semper vobis, et successoribus vestris, et dicte domui Mansi Dei, de predicta venditione fore legitimos auctores et deffensores ab omni persona, et teneri sine fraude de evictione et etiam de sumptibus, si quos in causa evictionis vos vel vestros facere contigerit. Pro qua evictione, et pro predictis sumptibus, et pro omnibus aliis predictis et singulis vobis et successoribus vestris observandis, obligo vobis et dicte domui Mansi Dei per vinculum omnia bona mea, ubique, presentia et futura. Item, promitto[e] vobis quod nichil feci, nec decetero faciam, quominus hec vendicio vobis valeat vel infringi

possit. Nam in presenti de predicto campo me et meos semper denudo, et vos, dictum preceptorem, et fratres Mansi Dei, et quos volueritis, prorsus investio, et in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti vos mitto,[f] ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, pro franco[g] alodio. Et quod ita hec omnia predicta et singula fideliter semper teneam et observem, et quod contra nunquam[h] veniam, occulte nec[i] manifeste, bona fide et per stipulationem vobis promitto,[e] renuncians beneficio restitucionis in integrum et omni alii legitimo auxilio. Et ego dicta Maria, mater dicti Ermengaldi, hec omnia predicta et singula laudo et confirmo gratis et bona voluntate. Et solvo et diffinio vobis, dicto Petro Examenes, preceptori Mansi Dei, et successoribus vestris, et fratribus, presentibus et futuris, dicte domus Mansi Dei, quicquid juris in dicto campo de Stagno habeo et habere debeo ratione dotis et donationis propter nupcias vel alio modo, renuncians scienter omni juri ipothecarum,[j] et beneficio senatus consulti velleyani, et omni alii legitimo auxilio. Et quod ita hec omnia predicta et singula fideliter semper observem, et quod contra nunquam veniam, occulte vel manifeste, bona fide et per stipulationem vobis promitto.[e] Preterea nos ambo predicti, scilicet Ermengaldus[a] et Maria, mater sua,[k] promittimus[l] per stipulationem vobis dicto Petro Examenes, preceptori Mansi Dei, et fratribus ipsius domus, quod contra predicta vel aliquid predictorum nunquam veniemus, nec venire faciemus, in judicio nec[m] extra, aliquo modo vel aliquo jure, ymmo omnia predicta et singula fideliter observabimus semper ut dictum est, et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIIIor Evangeliis, ego dictus Ermengaldus, super animam meam et super animam dicte domine Marie matris mee, mandato ejus, sponte juro. Virtute cujus juramenti renuncio omni juri omnique legi et omni consuetudini quibus contravenire possem. Actum est hoc V nonas julii, anno Domini MCCXLVI. Sig++na Ermengaldi[n] Sacriste et Marie matris ejus predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi de Conilaco, et Berengarii Laurencii et Raimundi[o] *Cames*, testium.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Ermengaudus *B.* b. imperpetuum *B.* c. ab occidente in campo Petri Fabe *omès B.* d. dimidial *B.* e. promito *B.* f. mito *B.* g. francho *B.* h. numquam *B.* i. vel *B.* j. ypothecarum *B.* k. ejus *B.* l. promitimus *B.* m. vel *B.* n. Ermengaudi *B.* o. Raymundi *B.*

443

1246, 5 d'agost

Ponç del Vernet, amb el consentiment de la seva esposa Jusiana, ven a fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, i al convent d'aquesta casa tot el seu castrum *de Sant Hipòlit, amb la totalitat dels drets de senyoria, i tot el que en depèn, així com totes les justícies civils i criminals i els drets de jurisdicció d'aquest* castrum. *Tots aquests drets eren tinguts en feu per Raimon de Cabaret, vassall de Ponç del Vernet, mitjançant certes prestacions la naturalesa de les quals està expressada en una acta pública feta entre ells. Ponç del Vernet ordena que Raimon de Cabaret i tots els seus altres vassalls de Sant Hipòlit prestin homenatge a la casa del Temple i que facin a partir d'ara a la milícia les prestacions que estaven obligats a fer-li. Exclou tanmateix d'aquesta venda el delme que Raimon de Durban té per ell en feu. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 2.000 sous melgoresos. Jusiana confirma aquesta venda i cedeix als frares del Masdéu tots els drets que pot tenir sobre aquestes possessions.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 104-105, acta núm. 166.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, Alart, Cart. ms., vol. X, pp. 84-86, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 91-98, segons *B*.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod nos, Poncius de Verneto, per nos et per omnes nostros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti publica scriptura imperpetuum valitura, voluntate et assensu ac laudamento domine Jusiane, uxoris nostre, vendimus et donamus et etiam tradimus, in remissione peccatorum nostrorum, domino Deo et domui milicie Templi Mansi Dei et vobis, fratri Petro *Examenez*, preceptori ejusdem domus Mansi Dei, et fratribus, presentibus et futuris, et conventui ipsius domus, ad omnes vestras voluntates perpetuo faciendas, pro libero et francho alodio, totum castrum nostrum de Sancto Ypolito, et dominacionem quam in eo habemus et habere debemus, cum hominibus et feminis, et militibus et vassallis, et feudis, et mansis et mansatis, cum casis, casalibus, ortis, ortalibus, arboribus fructiferis, infructiferis, campis, vineis, eremis, condirectis, pratis, pascuis, pasturis, garricis, et cum omnibus justiciis civilibus et criminalibus et jurisdictionibus et etiam cum omnibus aliis hic expressis vel non

expressis, sicut melius et plenius ad nos pertinent omnia predicta et singula et ad dictum castrum infra omnes terminos et infra omnem adjacentiam Sancti Ypoliti.[a] Que omnia predicta Raymundus de *Cabaretz* tenet pro nobis in feudum, et est inde homo et vassallus noster, et facit inde nobis certas conveniencias, sicut in instrumentis inter nos et ipsum confectis continetur. Hec autem omnia predicta et singula et quicquid in dicto castro et villa de Sancto Ypolito et in adjacentia ipsius castri habemus et habere debemus vobis, predicto preceptori, et successoribus vestris, et dicte domui Mansi Dei, et fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, vendimus et donamus in remissione peccatorum nostrorum, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, cedendo etiam vobis et vestris, ratione hujus donacionis et vendicionis, omnes actiones et exceptiones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, quas et que in predictis omnibus et singulis et pro predictis omnibus et singulis contra omnes personas habemus et habere debemus, constituendo vos in rem vestram propriam dicte domus Mansi Dei procuratores. Hanc vero vendicionem et cessionem vobis facimus precio II millium solidorum malguriensium bonorum, de quibus per paccatos nos tenemus, renunciantes excepcioni peccunie non numerate, et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi precii decepti sunt similiter renunciamus, et generaliter omni legi et omni consuetudini et omni excepcioni doli et metus actionique in factum, et omni alii juri quo contravenire possemus. Et si hec vendicio plus valet dicto precio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu illa magis valencia, gratis inter vivos, in remissione peccatorum nostrorum, vobis (et)[b] dicte domui Mansi Dei damus imperpetuum, renunciantes legi illi que dicit donacionem ex causa ingratitudinis posse revocari, et omni alii legitimo auxilio. Promittimusc etiam vobis, bona fide et per stipulationem, quod totam predictam vendicionem et donacionem faciemus nos et nostri vobis et successoribus vestris et dicte domui Mansi Dei bonam habere et tenere in pace imperpetuum ab omni persona, et tenebimur semper vobis et dicte domui Mansi Dei de omni evictioned, cum nostris propriis expensis, obligando inde vobis et dicte domui Mansi Dei, per vinculum, omnia bona nostra, presencia et futura, ubique. Promittimus[c] etiam vobis, bona fide et per stipulacionem, quod totam predictam vendicionem et donacionem

faciemus nos et nostri vobis et successoribus vestris et dicte domui Mansi Dei bonam habere et tenere in pace imperpetuum ab omni persona, et tenebimur semper vobis et dicte domui Mansi Dei de omni evictione,[d] cum nostris propriis expensis, obligando inde vobis et dicte domui Mansi Dei, per vinculum, omnia bona nostra, presencia et futura, ubique. Promittimus[e] etiam vobis, bona fide et per stipulacionem, quod nichil fecimus nec decetero faciemus quominus hec omnia predicta et singula vobis vel vestris valeant, vel infringi possint. Nam in presenti de predicto castro nostro de Sancto Ypolito et de dominacione ipsius castri et de omnibus aliis supradictis et singulis, sicut melius et plenius ad nos pertinebant infra omnem adjacentiam Sancti Ypoliti, nos et nostros semper denudamus, et vos et domum Mansi Dei et fratres ejusdem prorsus investimus et in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti vos mittimus,[e] ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas. Et incontinenti constituimus nos dictum castrum de Sancto Ypolito et dominacionem et jus, quam et quod in eo et pro eo habebamus, contra omnes persona, et omnia predicta et singula que infra dictam adjacentiam Sancti Ypoliti habebamus, nomine vestro et dicte domus Mansi Dei precario possidere, nullo jure ibi nobis nec nostris retento, excepto tamen et retento nobis et nostris feudo decime, quam Raymundus de *Durban* pro nobis tenet. Et volumus quod dictus Raymundus de *Cabaretz* et omnes illi qui dictum feudum tenuerint faciant vobis et domui milicie Templi hominatica et conveniencias imperpetuum, et omnia alia que nobis et nostris facere tenebantur, et deinceps facere tenentur pro predictis, salvo nobis feudo predicte decime, quam Raymundus de *Durban* pro nobis tenet. Et quod ita hec omnia predicta et singula fideliter semper observabimus, et quod contra numquam veniemus, nec venire faciemus, occulte vel manifeste, bona fide et per stipulacionem vobis promittimus,[c] et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII^{or} Evangeliis, sponte juramus. Virtute cujus juramenti, renunciamus omni juri divino et humano, scripto et non scripto, nobis competenti vel competituro, ad hec infringenda vel aliquid horum predictorum. Et nos, domina Jussiana, uxor ejus, hec omnia predicta et singula gratis et bona voluntate laudamus et concedimus, et solvimus et diffinimus vobis, dicto fratri Petro *Examenes*, et dicte domui Mansi Dei, et fratribus et conventui ejusdem domus, quicquid juris in omnibus predictis et singulis, vobis superius venditis et donatis, habemus et habere debemus racione proprietatis vel ypothece vel dotis vel donationis propter

nupcias vel alio quocumque modo vel jure, renuncians omni juri ypothecarum et beneficio senatus consulti Velleyani et omni juri quod in eisdem predictis habemus et habere debemus, specialiter et generaliter, certificata de jure nostro, penitus renunciamus. Et quod ita hec omnia predicta et singula fideliter observabimus et quod contra nunquam veniemus nec venire faciemus, bona fide et per stipulationem, vobis promittimus.[c] Actum est hoc nonis augusti, anno Domini M° CC° XL° VI°. Sig+num Poncii de Verneto predicti, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++++na Petri *Brugeroles*, diachoni, et Bernardi Ysarni, et Raymundi, clerici de Pratis, et Bernardi, presbiteri de Pollestris, et Raymundi Sala de *Craters*,[f] testium. Sig+num domine Jussiane, uxoris dicti Poncii de Verneto predicte, que hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi de Frexeneto, et Petri Jacobi, sacerdotis, et Raymundi, presbiteri de Verneto, testium. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc signum (SM) fecit.

a. ypoli *B.* b. et *omès B.* c. promitimus *B.* d. evicctione *B.* e. mitimus *B.* f. *Sic B, cal segurament llegir* Terrats.

444

1246, 16 d'agost

Ermengol del Vernet, fill de Ponç del Vernet, confirma a la milícia del Temple, a fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, i a tots els frares d'aquesta casa, representats aquí per fra Bernat de Montsó, sotscomanador del Masdéu, la venda del castrum *i de la senyoria de Sant Hipòlit que el seu pare ha fet al comanador del Masdéu.*[291]

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 18, acta núm. 32.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, Alart, *Cart. ms.*, vol. X, p. 80, segons *B.*
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 99-101, segons *B.*

Anno incarnati Verbi MCCXLVI, regnante rege Lodoyco, XVII° kalendas septembris. Sit omnibus manifestum quod nos Ermengaudus de Verneto, filius Poncii de Verneto, laudamus, confirmamus et approbamus domui milicie Templi et fratri Petro Eissamenis,

291. Vegeu l'acta anterior.

preceptori Mansi Dei, et omnibus fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, et tibi, fratri Bernardo de Montesono, subpreceptori Mansi Dei, recipienti pro dicta domo et dicto preceptore et fratribus dictis, totam illam venditionem et donationem quam dictus pater meus, Poncius de Verneto, fecit domui milicie Templi et dicto preceptori Mansi Dei et fratribus ejusdem loci de castro Sancti Ypoliti, et dominationem et seynoriam, cum omnibus suis pertinentiis et juribus. Quod castrum, cum omnibus predictis, Raymundus de Cabareto tenebat in feudum pro dicto patre meo. Sicut pater meus plenius vendidit et donavit domui milicie et omnibus predictis, sicut plenius continetur in instrumento venditionis inde confecto, laudamus, approbamus et confirmamus imperpetuum predicte domui et omnibus predictis, promittens[a] bona fide per stipulationem omnibus predictis et tibi, fratri Bernardo, subpreceptori, recipienti pro ipsis, quod totam predictam venditionem et donationem et omnia predicta rata et firma habebimus semper, sicut plenius in instrumento venditionis inde facto continetur, et nunquam veniemus aliquo jure vel ratione, renunciantes omni juri, divino et humano, scripto et non scripto, et specialiter beneficio in integrum restitutionis. Et ad majorem[b] firmitatem omnia predicta attendere et nunquam contravenire, in judicio vel extra, occulte vel manifeste, per nos vel per aliquam interpositam personam, corporaliter tactis sacrosanctis Dei Evangeliis juramus. Hujus rey testes sunt: Aimericus Clarimontis juvenis, Berengarius, frater ejus, G. de Casulis, Bartholomeus Cathalani, clericus, Guilelmus *Goçot* de Lodona.

Ego Guilelmus Bernardi, notarius Clarimontis, qui hec scripsi (SM).

a. promitens *B.* b. mayorem *B.*

445

1246, 23 d'agost

Fra Guillem de Cardona, mestre de la milícia del Temple a Aragó i Catalunya, amb el consentiment dels frares Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, Bernat de Montsó, sotscomanador, Guillem de Castellnou, cambrer, i de tot el convent d'aquesta casa, i de fra Martí Pérez, comanador del castrum *de Palau [del Vidre], de fra Pere d'Aspà, comanador de la casa del Tem-*

ple de Perpinyà, i fra Pere Sanç, comanador de Sant Hipòlit, allibera la universitat dels habitants del castrum *i de la vila de Palau del cànon de 200 sous melgoresos que els templers solien rebre cada any per a l'obra del* castrum *de Palau, tal com està delimitat i tancat per les seves parets de pedra, com està estipulat a l'acta que el mestre lliura ara als habitants, per a destruir-lo o disposar-ne segons llur voluntat. En contrapartida, els cinquanta-un representants dels habitants de Palau autoritzen els templers a edificar forns dins el terme de la vila de Palau, segons els mateixos costums que regeixen els forns de Perpinyà. Tots els habitants hauran de coure els seus pans en aquests forns, siguin d'ordi, de forment o de qualsevol altre blat. Pel dret de fornatge, els templers tindran la vintena part de tots els pans, cuits o crus, sigui quin sigui el nom d'aquests pans. I ningú més no podrà tenir forn dins els límits d'aquest territori. En compensació del dret de fornatge, el mestre i els frares de la milícia del Temple prometen als habitants de Palau coure bé els seus pans.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 89-90, acta núm. 141.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.,* vol. X, pp. 87-91, segons *B.*
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.,* nouv. acq. lat. 31, ff. 397-408, segons *B.*
a ALART, Bernard, *Privilèges et titres…,* pp. 184-185.

In nomine Sancte Divine Trinitatis. Notum sit cunctis quod nos, frater Guilelmus de Cardona,[a] humilis magister milicie Templi Aragonum et Cathalonie, habita insuper plena deliberacione et concilio fratris Petri Examenis, preceptoris domus Mansi Dei milicie Templi, et fratris Bernardi de Montesono, subpreceptoris ejusdem domus, et fratris Guilelmi de Castronovo, cambrerii ejusdem, et totius conventus ejusdem domus, et fratris Martini Periz, comendatoris castri de Palacio, et fratris Petri de Aspa, preceptoris domus milicie Perpiniani, et fratris Petri Sancii, comendatoris Sancti Ypoliti, inspecta magna utilitate totius ville de Palacio et omnium habitatorum ipsius ville, bona fide et sine fraude, per nos et per omnes successores nostros, cum hac carta publica omni tempore valitura, solvimus, remittimus[b] atque diffinimus imperpetuum toti universitati castri et ville de Palacio et omnibus habitatoribus, tam masculis quam feminis, ejusdem ville, omnes illos CCos solidos malguriensium, quos consuevimus habere et accipere singulis annis a vobis, predictis, pro opere dicti castri de Palacio, sicut est terminatum et clausum muris lapideis, prout in

instrumentis sive caputbrevis inde factis plenius continetur, que vobis in presenti tradimus pro rompere sive dilaniare vel quocumque vobis placuerit. Verum, si aliqua penes nos vel alicubi deinde invenirentur, pro irritis, cancellatis et abolitis[c] semper penitus habeantur et sine aliquo valore. De quibus dictis CC solidis sitis deinde vos, omnes habitatores de Palacio, presentes et futuri, tam masculi quam femine, liberi et immunes imperpetuum absoluti, ita quod deinceps numquam vos vel vestri teneamini prestare nobis vel nostris successoribus dictos CC solidos vel aliquid de predictis vel pro predictis, quia nos et domum milicie Templi de jam dictis denariis denudamus et nullam retencionem in eis facimus et totam universitatem ville de Palacio, tam masculos quam feminas, penitus inde investimus et in corporalem et vacuam possessionem[d] vos mittimus,[e] constituentes vos procuratores in rem vestram, tam in agendo quam in excipiendo, cedendo vobis, habitatoribus predictis, presentibus et futuris, tam masculis quam feminis, omnes actiones, tam reales quam personales, peticiones, oposiciones, voces et jura et excepciones, et quicquid nos habemus vel habere debemus in predictis denariis vel pro predictis, promittentes[f] vobis et vestris, stipulantibus, bona fide, quod nichil fecimus, vel decetero faciemus, quominus valeat vobis nec vestris hec predicta solucione et diffinicio vel infringi possit. Quod si forte fecimus vel faceremus,[g] pro infecto habeatur et nullas vires prorsus habeat. Nos vero Petrus Jacobi, et Guilelmus Forcianus, et Petrus Petitus, Arnallus Guiraudi, Arnaldus Jordane, et Raymundus de Villa mulacha, Beatrix Lombarda, Bernardus Talanti, Ermessendis Poncii, Arnallus Tornerii, Raymundus Poncii, Bernardus de Puteo, Bernardus de Valle bona, Petrus de Podio, Guilelmus Bremunda, Guilelmus Pastor, Arnallus Andree, Ferrarius Ynardi, Bernardus Melori, Raymundus Vermellis, Talaferre, Guilelmus Bajulus, Petrus Vermelli, Augerius, Dominicus, Petrus Cervi, Berengarius Riali, Arnallus Guila, Raymundus *Vives*, Guilelmus Trobati, Johannes de Ripollo, Jacobus Paleti, Guilelmus Textor, Guilelmus Fabri, Johanna Marcussa, Arnalldus[h] Martini, Berengarius Martini, Johannes Martini, Arnallus de Mata, Maria Guitarda, Baudovinus, Johannes Candelli, Petrus Sartor, Raymundus Sartor, Johannes Bruni, Guilelmus Marcus, Berengarius Vesianis, Petrus de *Celra*, Raymundus Cervi, Petrus Rossi, et Guilelmus Adalberti, et generaliter ac specialiter omnes habitatores, singuli et universi, tam masculi quam femine, ville et castri de Palacio, grato animo, accipientes predictum beneficium a vobis, predictis, pro recompensacione tamti

beneficio et doni predicti a vobis recepti, damus et concedimus imperpetuum vobis et vestris successoribus potestatem et licenciam plenam et integram faciendi et edificandi[i] in predicta villa de Palacio et suis terminis et pertinenciis furnum et furnos, sicut vobis placuerit et quociens vobis placuerit, secundum tamen consuetudinem furnorum Perpiniani, in quibus nos omnes, universi et singuli, tam masculi quam femine, teneamur quoquere semper et imperpetuum panem nostrum ordei et tritici et cujuslibet alterius bladi, et pro fornatico habeatis vos vicesimum panem coctum vel crudum de quocumque pane, quocumque nomine nominetur vel appelletur, sicut vobis placuerit magis. Et nullus sit ausus facere furnum vel furnos vel furnellos nec etiam lenas tenere vel habere in castro vel villa de Palacio nec in ejus terminis sive adjacenciis. Et ad hoc totum observandum possitis nos compellere, sicut dominus potest et debet compellere suos subjectos. Et nos, predictus magister et preceptores et fratres omnes, promittimus[j] vobis, universis et singulis habitatoribus castri et ville de Palacio, tam masculis[k] quam feminis, quod faciemus panem et panes vestros in furnis nostris bene et fideliter ac legaliter decoqui pro dicto fornatico, sicut dictum est superius. Nos igitur predicti, universi et singuli habitatores castri et ville de Palacio, tam maschuli quam femine, et nos, dictus magister et preceptores et omnes fratres predicti, universi et singuli, promittimus[j] vobis adinvicem, per firmam et sollemnem[l] stipulacionem, omnia supradicta, universa et singula, fideliter et inviolabiliter observare et numquam contra aliqua racione venire, renuncians expresse omni juri, canonico vel civili, racioni, occasioni et consuetudini, quorum remedio contra predicta in aliquo vel in toto venire possemus in judicio, vel extra judicium. Et pro omnibus predictis complendis et observandis, nos, predicti habitatores de Palacio, obligamus omnia bona nostra. Et similiter nos, dictus magister et preceptores et omnes fratres predicti, obligamus vobis, predictis habitatoribus, omnia bona milicie Templi, pro predictis omnibus, singulis et universis, observandis et aliis que in hoc instrumento non sunt expressa. Et nos omnes, predicti habitatores, tam masculi quam femine, sub predicta obligacione bonorum nostrorum, promittimus[j] vobis, domino magistro et preceptoribus et fratribus predictis, et vestris successoribus, quod de predictis furnis et de omnibus juribus, dicto furno vel furnis pertinentibus, simus semper nos et nostri successores vobis et vestris successoribus adjutores et valitores et defensores[m] in omnibus, contra omnes personas que aliquod

velint vobis vel vestris successoribus impedire vel turbare in dictis furnis, vel juribus eorum. Et est manifestum. Actum est hoc X° kalendas septembris, anno dominice Incarnationis M° CC° XL° VI°. Sig+num fratris Guilelmi de Cardona, magistri milicie Templi in Aragonia et Catalonia, Sig+num fratris Petri Examenis, preceptoris Mansi Dei, Sig+num fratris Bernardi de Monte Sono, subpreceptoris ejusdem domus, Sig+num fratris Guilelmi de Castronovo, cambrerii ejusdem, Sig+num fratris Martini *Periz*, comendatoris castri de Palacio, Sig+num Petri de Aspa, preceptoris domus Perpiniani, Sig+num fratris Petri Sancii, comendatoris Sancti Ypoliti, Sig+num Petri Jacobi, Sig+num Guilelmi Forciani, Sig+num Petri Petiti, Sig+num Arnaldi Guiraudi, Sig+num Arnaldi Jordane, Sig+num Raymundi de Villamulaca, Sig+num Beatricis Lombarde, Sig+num Bernardi Talanti, Sig+num Ermessendis Poncii, Sig+num Tornerii, Sig+num Raymundi Poncii, Sig+num Bernardi de Puteo, Sig+num Bernardi de Vallebona, Sig+num Petri de Podio, Sig+num Guilelmi Bremonde, Sig+num Guilelmi Pastorii, Sig+num Arnalli Andree, Sig+num Ferrarii Ynardi, Sig+num Bernardi Melorii, Sig+num Raymundi Vermelli, Sig+num Thalaferre, Sig+num Guilelmi Bajuli, Sig+num Petri Vermelli, Sig+num Augerii, Sig+num Dominici, Sig+num Petri Cervi, Sig+num Berengarii Riardi, Sig+num Arnalli Guile, Sig+num Raymundi *Vives*, Sig+num Guilelmi Trobadi, Sig+num Johannis de Ripollo, Sig+num Jacobi Paleti, Sig+num Guilelmi Textoris, Sig+num Guilelmi Fabri, Sig+num Johanne Marcusse, Sig+num Arnaldi Martini, Sig+num Berengarii Martini, Sig+num Johannis Martini, Sig+num Arnalli de Mata, Sig+num Marie Guitarde, Sig+num Baudovini, Sig+num Johannis Candelli, Sig+num Petri Sartoris, Sig+num Raymundi Sartoris, Sig+num Johannis Bruni, Sig+num Guilelmi Martii, Sig+num Berengarii Vesiane, Sig+num Petri de Celrano, Sig+num Raymundi Cervi, Sig+num Petri Rossi, Sig+num Guilelmi Adalberti, qui omnes hoc totum fieri jussimus et firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+++++na Raymundi Garaudi, sacriste de Palacio, et Guilelmi Rasedorii, presbiteri ejusdem, et Berengarii Joerii, clerici ejusdem, et Raymundi Traverii de Avalrino, et Raymundi de Aqua tepida, hujus rey testium.

Raymundus Picherii, publicus scriptor, scripsit, auctoritate domini episcopi, cum litteris[n] fideliter suprascriptis illud verbum quod dicitur «consuetudinem» in XVIIII[a] linea, et rasis illud verbum quod dicitur «magister» in XXIIII[a] linea, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Cardana *B.* b. remitimus *B.* c. obolitis *B.* d. possessionem *repetit per error B.* e. mitimus *B.* f. promitentes *B.* g. vel faceremus *repetit per error B.* h. Arnalldus *B.* i. hedificandi *B.* j. promitimus *B.* k. maschulis *B.* l. sollempnem *B.* m. deffensores *B.* n. literis *B.*

446

1246, 18 de setembre

Guillema, muller de Guillem de Reiners, amb el consentiment dels seus nebots Arnau de Montescot i Berenguer d'Orla, dóna a la milícia del Temple i a fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, el mas i l'honor de Guillem del Vilar de la Serra d'Amunt amb totes les seves dependències, i l'esmentat Guillem i tots els homes i dones que depenen d'aquest mas, amb tota llur descendència i tots llurs béns, i els censos, usos i ingressos que té sobre aquest mas. Dóna igualment al Temple 500 sous que té a Banyuls [dels Aspres] sobre una tinença que havia pertangut al difunt Grimau de Banyuls, el seu marit, i que havia rebut d'ell a títol de viduïtat valorada en 2.000 sous. Fa aquesta donació a les mans de fra Pere Sabater del Masdéu. Demana que els templers destrueixin la carta que conté la donació que els havia fet del mas de Jordà del Vilar, que dóna ara a Arnau de Montescot a canvi del de Guillem del Vilar que dóna a la milícia del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 147v-148, acta núm. 240.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.,* vol. X, pp. 77-78, segons *B.*
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.,* nouv. acq. lat. 27, ff. 232-236, segons *B.*

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Guilelma domina, uxor Guilelmi de River,[a] per me et per omnes meos presentes ac futuros, non coacta ulla vi nec decepta aliqua fraude, set meo pleno et optimo[b] sensu et bona memoria, et bona fide sine omni enganno, cum hac presenti carta nunc et semper inter vivos valitura, et cum consilio et laudamento Arnaudi de Monte Eschoto et Berengarii de Orulo, nepotum meorum, dono et laudo firmiterque concedo et modo in presenti et irrevocabiliter trado domino Deo et beate Marie Mansi Dei domus milicie Templi et vobis, fratri Petro Examenis, preceptori ejusdem domus, et omnibus successoribus vestris, et fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, Dei amore et in remissione omnium meorum peccatorum,

omnem meum mansum et honorem Guilelmi de *Vilar* superioris, cum omnibus suis pertinentiis et pertinere debentibus, et dictum Guilelmum de *Vilar* et omnes homines et feminas, quos et quas ibidem habeo, presentes et futuros, et posteritatem eorum, cum omnibus suis et suorum rebus presentibus et futuris, et plus D solidos quos habeo et habere debeo apud *Banuls* super quandam tenedonem que condam fuit Grimaldi de *Baynuls,* viris mei condam, quam ab ipso habebam in sponsalicio pro MM solidis. Ita vero dono et concedo in remissione meorum peccatorum omnem predictum mansum et honorem de *Vilar* de Serra superiorem cum omnibus suis pertinentiis, et dictum Guilelmum de *Vilar* et omnes homines et feminas ibidem presentes et futuros, et omnem posteritatem eorum, cum omnibus suis rebus, presentibus et futuris, et omnes census et usaticos et exitus et proventus quos habeo in dicto manso, vel habere debeo, et predictos D solidos quos habeo apud *Banuls,* ubi dictum est, vobis, dicto fratri Petro Exemenis, preceptori Mansi Dei, et omnibus successoribus vestris, et fratribus ejusdem domus, totum, integriter et generaliter, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem et proficuum[c] vestrum et vestrorum successorum et domus Mansi Dei. Et constituo vos et vestros successores veros dominos de omnibus predictis, tradens corporaliter de meis proprii manibus dictum Guilelmum de *Vilar* cum omni suo manso et honore de *Vilar* et omnem suam posteritatem ibidem presentem et futuram in vestro posse et dominio, et expresse et certe in manibus fratris[d] Petri Sabaterii Mansi Dei, et nullum jus nec dominium mihi nec meis retineo vita nec morte. Et quod hec omnia predicta et singula ita firmiter teneam et unquam non contraveniam per me vel per interpositam personam, per Deum et super sacrosancta IIII[or] Evangelia sponte juro, renuncians per virtutem dicti sacramenti omni juri divino et humano et consueto et omnibus legibus et legitimis auxiliis quibus contravenire possim. Verumtamen deprecor ut in instrumentum quod jam dudum feci domui milicie Templi disrumpatur et ista semper stabilis sit ac firma. Preterea dimisi domui milicie Templi in meo testamento mansum Jordani de *Vilar*, quem modo dono Arnaudo de Monte Eschoto, et excambiacionis [...][e] vobis et dicte domui Templi predictum Guilelmum de *Vilar* cum omni suo manso et honore et cum omni sua posteritate in eternum. Et est manifestum. Actum est hoc XIIII° kalendas octobris, anno Christi M° CC° XL° VI°. Signum Guilelme domine dicte, que hec omnia fieri jussi laudavi firmarique rogavi. Sig++na Arnaldi de Monte Es-

choto et Berengarii de Orulo, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Petri presbiterii, sacriste de Serra, et Raymundi de Palaudano, et Petri *Noger,* et Bernardi de Rexaco, et Raymundi Lombarda de Laurono, testium. Guilelmus de Pulcro Podio vice Petri scribe hanc scripsit die et anno quo (SM) supra. Petrus, levita, publicus scriba mandato domini episcopi, hoc signum (SM) fecit.

a. *Sic B cal llegir* Raineriis. b. obtimo *B.* c. proficum *B.* d. fratribus *B.* e. *paraula il·legible B.*

447

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa de la milícia del Temple de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Guillem Croses, fuster, un terreny situat a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 3 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 64 sous i 6 diners.

A[1] Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí, amplada 195/205 mm, alçada 110 mm, ADPO, Hp188.[292]

B Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.,* nouv. acq. lat. 29, ff. 9-10, segons *A*[1]

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus de *Aspa*, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu*, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo *Croses*, fusterio, et tuis, et cui volueris perpetuo, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in habissum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia G. *Sasala*, a meridie in via, ab

292. El document porta al dors un regest del segle XV en català «Carta d'un pati G^mi Crose in tenencia de Sent Jolian fa I s III d. Perpinya», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2461».

occidente in tenencia Ferrarii Sabte, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi, dicto Guilelmo *Croses,* et tuis, predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis, et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini III solidos malguriensium bonorum, et quoscienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium, et quandocumque et quoscienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus etiam tibi bona fide et per stipulationem quod nos et successores nostri faciemus in perpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione habuimus et accepimus a te pro accapito LXIIII solidos VI denarios melguriensium bonorum, de quibus per paccatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie[c] non numerate, quam peccuniam[d] recognoscimus verssam[e] esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc II kalendas octobris, anno Domini MCCXLVI. Sig+++na fratris Petri Exemenes, et fratris Petri de *Aspa*, et fratris *Feliu*, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Petri Jacobi *Gibrat*, et Johannis *Mauran* et B(ernardus) *Espazeta*, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic A per* abyssum. b. *Sic A per* pacatos. c. *Sic A per* pecunie. d. *Sic A per* pecuniam. e. *Sic A per* versam.

FUNDACIÓ NOGUERA

448

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa de la milícia del Temple de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Bernat Sabater de Malloles un terreny situat a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 3 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 64 sous i 6 diners.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 308v-309, acta núm. 550.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, Alart, *Cart. ms.*, vol. X, p. 91, segons *B*.
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 13-15, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus de Aspa, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu,* ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros, damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Bernardo Sabaterio de Malleolis, et tuis, et cui volueris perpetuo, ad omnes tuas voluntates faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum *pati*, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut terminatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Malleoli Cadani, a meridie in via, ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi et tuis predictum *pati*, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris et dicte domui nostre pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini III solidos malguriensium bonorum, et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare

voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam tibi bona fide et per stipulacionem quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenemur tibi et tuis de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, presentia et futura. Et pro hac donacione habuimus et accepimus[c] a te pro accapito LXIIII solidos VI denarios malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[e] non numerate, quam pecuniam[f] recognoscimus esse versam et redactam in maximam utilitatem dicte domus nostre. Actum est hoc IIe kalendas octobris, anno Domini M° CC° XL VI°. Sig+++na fratris Petri Exemenes, et fratris Petri de Aspa, et fratris *Feliu* predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Petri Jacobi *Gibrat*, et Johannis *Mauran* et Bernardi Espaceta, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. accepius *B.* d. paccatos *B.* e. peccunie *B.* f. peccuniam *B.*

449

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa de la milícia del Temple de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Berenguer Taló un terreny de quatre monallades de llarg i dues monallades d'ample situat a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 4 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 80 sous.

A Original perdut.

B[1] Còpia autèntica no datada (vers 1267-1268), en forma de carta partida per la part inferiror per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí, ADPO, Hp188, segons *A*.[293]

293. Vegeu més endavant l'acta núm. 727.

C Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 336r-v, acta núm. 610, segons *A*.

D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 57-60, segons *C*.

Text establert segons B[1].

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Examines,[a] preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus d'*Aspa*, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu* ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Berengario Taloni, et tuis, et cui volueris perpetuo, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, IIII monellatas[b] patui in longitudine et sint in latitudine II monellate,[c] de celo usque in abyssum,[d] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente et a meridie in viis publicis, ab occidente in tenencia Aimerici[e] de Dones, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi, dicto Berengerio Taloni, et tuis, predictum patuum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et nostris successoribus, et dicte domui nostre, pro censu, quolibet anno in festo Natalis Domini, IIII[or] solidos malguriensium bonorum. Et quandocumque et quocienscumque dicte domus venderentur vel in pignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus etiam tibi bona fide et per stipulacionem quod nos et successores nostri faciemus in perpetuum[f] tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenemur tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sunt[g] et ubicumque. Et pro hac donacione habuimus et accepimus a te pro accapito LXXX solidos malguriensium bonorum,[h] de quibus

per pacatos[i] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[j] non numerate, quam pecuniam[k] recognoscimus versam esse et redactam in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc II kalendas octobris, anno Domini millesimo[l] CC° XL° VI°. Sig+++na fratris Petri Examenes, et fratris Petri d'*Aspa*, et fratris *Feliu*, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Johannis Amalrici, et Vitalis Grimaldi et Garsie *Reboster*, testium.

a. Examenes *C.* b. IIII[or] monallatas *C.* c. monallate *C.* d. habissum *B C.* e. Aymerici *C.* f. imperpetuum *C.* g. sint *C.* h. bonorum *omès C.* i. paccatos *B C.* j. peccunie *B C.* k. peccuniam *B C.* l. M° *C.*

450

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa de la milícia del Temple de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Ermengol Llobet de Forques un terreny de quatre monallades de llarg i dues monallades d'ample situat a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 4 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 80 sous.

B Còpia autèntica no datada (vers 1267-1268), perduda.

C Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 336r-v, acta núm. 613, segons *B*.[294]

D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 61-64, segons *C*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Examenes, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Petrus d'*Aspa*, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu* ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus ad accapitum tibi, Ermengaldo Lobeti de Furchis, et tuis, et quibus volueris imperpetuum, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, IIII monallatas patui in longitudine et sint in latitudine II monallate, de celo usque in

294. Vegeu més endavant l'acta núm. 728.

abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in nostra tenencia et Vitalis Grimaldi, a meridie in nostra tenencia, ab occidente in tenencia Berengarii Taloni, quam pro nobis tenet, ab aquilone in via publica, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum omnibus pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem pacto quod tu et tui, qui dictum pati sive domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris pro censu, quolibet anno in festo Natalis Domini, IIII solidos malguriensium. Et quocienscumque dicte domus sive pati venderentur vel inpignorarentur, nos et dicta domus nostra habeamus inde nostrum foriscapium. Tamen, quandocumque volueritis predicta vendere, primum nobis et nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi dictas domos sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si eas retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis vendere vel inpignorare, salvis juribus nostris predictis. Promittimus[b] etiam tibi stipulanti quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde tibi et tuis de evictione, obligantes inde tibi et tuis omnia bona dicte domus nostre. Et pro predicta donacione habuimus a te pro accapito LXXX[a] solidos malguriensium, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quos misimus in utilitatem dicte domus nostre. Actum est hoc II[e] kalendas octobris, anno Domini M° CC° XL° VI°. Sig+++na fratris Petri Examines, et fratris Petri d'*Aspa*, et fratris *Feliu*, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Vitalis Grimaldi, et Garsie Rebosterii et Johannis Amalrici,[e] testium.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. Amarici *B.*

451

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador de la casa del Temple del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Guillem de Tou de Malloles i a la seva esposa, Maria Tortosa, un terreny situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. Els

terratgers hauran de donar-los 12 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 20 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 313v, acta núm. 561.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 16-18, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Examenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus de Aspa, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu*, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo de Tovo, de Malleolis, et Marie Tortose, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis perpetuo, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Bernardi *Aost* de Volono, a meridie in via, ab occidente in tenencia Petri Michaelis, ab aquilone in tenencia Petri de Casis. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum vobis et vestris predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestri, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris et dicte domui nostre pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini XII denarios malgurienses bonos; et quotienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quotienscumque vos vel vestri eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X[m] dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro, et salvo nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam vobis bona fide et per stipulationem quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum vobis et vestris totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur vobis et vestris sine fraude de omni

evictione, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a vobis pro accapito XX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc IIe kalendas octobris, anno Domini M° CC° XL° VI°. Sig+++na fratris Petri Examenes, et fratris Petri de Aspa, et fratris *Feliu*, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Piquerii, et Bernardi Cerdani et Raymundus Magistri, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. promitimus *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. peccuniam *B*.

452

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador de la casa del Temple del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Mallol Cadany un terreny situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 3 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 63 sous i 6 diners.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 317, acta núm. 570.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 19-20, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus de Aspa, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu*, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Malleolo *Cadain*, et tuis, et cui volueris perpetuo, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de

celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Bernardi *Cairon*, a meridie in via, ab occidente in tenencia *B.* Sabaterii, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi, dicto Malleolo *Cadain*, et tuis, predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris et dicte domui nostre pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini III solidos malguriensium bonorum; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro, et salvo nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam tibi bona fide et per stipulationem quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito LXIII solidos VI denarios malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc II[e] kalendas octobris, anno Domini M° CC° XL° VI°. Sig+++na fratris Petri Exemenes, et fratris Petri de Aspa, et fratris *Feliu*, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Petri Jacobi *Gibrat*, et Johannis *Mauran* et Bernardi *Espaçeta*, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.*

FUNDACIÓ NOGUERA

453

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador de la casa del Temple del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Bernat de Mataplana un terreny situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 12 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 20 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 317v-318, acta núm. 572.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 21-23, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus de Aspa, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu*, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Bernardo de Mataplana, et tuis, et cui volueris perpetuo, ad omnes tuas et tuorum voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, que est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Petri Michaelis, textoris, a meridie in nostra tenencia, ab occidente in via, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi et tuis predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris et dicte domui nostre pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini XII denarios malgurienses bonos, et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium, et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X^{m} dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueritis,

ut superius dictum est, salvo censu nostro, et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam tibi bona fide et per stipulationem quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito XX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc II[e] kalendas octobris, anno Domini M° CC° XL° VI°. Sig+++na fratris Petri Exemenes, et fratris Petri de Aspa, et fratris *Feliu*, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Vitalis Grimaldi, et Garsie Reboster et Johannes Amalrici, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.*

454

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa de la milícia del Temple de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Pere de Cases un terreny situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 12 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 20 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 334r-v, acta núm. 606.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 24-26, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus d'*Aspa,* preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu* ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros da-

mus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Petro de Casis, et tuis, et cui volueris perpetuo, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Bernardi Augusti, et a meridie et ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in via de nostra tenencia. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi, dicto Petro de Casis, et tuis, predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et nostris successoribus, et dicte domui nostre, pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini XII denarios malgurienses bonos; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere vel inpignorare cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam tibi bona fide et per stipulacionem quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sunt et ubicumque. Et pro hac donacione habuimus et accepimus a te pro accapito XX solidos malgurienssium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse et redactam in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc IIe kalendas octobris, anno Domini M° CC° XL VI°. Sig+++na fratris Petri Exemenes, et fratris Petri de *Aspa*, et fratris *Feliu*, predictorum, qui hec laudamus et firmamus. Sig+++na Vitalis Grimaldi, et Garsie *Reboster* et Johannis Amalrici, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.*

455

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa de la milícia del Temple de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Ferrer de n'Auda un terreny situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 4 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 84 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 341v-342, acta núm. 620.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 27-28, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus de *Aspa*, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu*, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Ferrario de Alda, et tuis, et cui volueris perpetuo, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Bernardi *Genoer*, a meridie in via, ab occidente et ab aquilone in viis publicis. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi et tuis predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu, quolibet anno in festo Natalis Domini, IIII solidos malguriensium bonorum; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum

noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam tibi bona fide et per stipulationem quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito LXXX[a] IIII solidos melguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes[d] exceptioni pecunie[e] non numerate, quam pecuniam[f] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc II[e] kalendas octobris, anno Domini M° CC° XL° VI°. Sig+++na fratris Petri Exemenes, et fratris Petri de *Aspa*, et fratris *Feliu*, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Petri Jacobi *Gibrat*, et Johannis *Mauran* et B(ernardi) *Espazeta*, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. promitimus *B*. c. paccatos *B*. d. renuncians *B*. e. peccunie *B*. f. peccuniam *B*.

456

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa de la milícia del Temple de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Bernat Agost del Voló un terreny situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 40 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 346v-347, acta núm. 630.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 29-30, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus de

Aspa, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu*, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Bernardo *Aost* de Volono, et tuis, et cui volueris perpetuo, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Aymerici de Dones, a meridie in via, ab occidente in nostra tenencia, et ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi, dicto Bernard *Aost*, et tuis, predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos malguriensium bonorum; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X[m] dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam tibi bona fide et per stipulationem quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione habuimus et accepimus a te pro accapito XL solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc II[e] kalendas octobris, anno Domini M° CC° XL° VI°. Sig+++na fratris[f] Petri Exemenes, et fratris Petri de *Aspa*, et fratris *Feliu* predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Vitalis Grimaldi, et Garsie *Reboster* et Johannis Amalrici, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri

Calveti. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.* f. fratris *afegit a la interlínia B.*

457

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa de la milícia del Temple de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Bernat Genoer un terreny situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 42 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 350v, acta núm. 637.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 31-32, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus de *Aspa*, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu*, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Bernardo Genoerio, et tuis, et cui volueris perpetuo, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Raymundi *Barrot*, a meridie in via, ab occidente in tenencia Ferrarii *Adela*, et ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi et tuis predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos malguriensium bonorum; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successore nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et

quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam tibi bona fide et per stipulationem quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito XLII solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc II[e] kalendas octobris, anno Domini M° CC° XL° VI° . Sig+++na fratris Petri Exemenes, et fratris Petri de *Aspa*, et fratris *Feliu*, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Petri Jacobi *Gibrat*, et Johannis *Mauran* et Bernardi *Espazeta*, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. Promitimus *B*. b. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. peccuniam *B*.

458

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Bernat de Montsó,[295] *comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Pere de Puig*

295. La menció de fra Bernat de Montsó com a comanador de Perpinyà en aquesta data planteja un problema, ja que una documentació abundant mostra que el comanador titular de Perpinyà era aleshores fra Pere d'Aspà, tal com ho testimonien la vintena d'actes fetes davant el mateix notari i redactades pel mateix escrivà. Pere d'Aspà està atestat com a comanador de Perpinyà de juliol a novembre del 1246. Però potser aleshores només exercia una mena de càrrec interí entre dos mandats de fra Bernat de Montsó, a qui veiem assumir aquest càrrec de febrer del 1245 a gener del 1246 i, després, de gener del 1247 a setembre de 1248. Sigui com sigui, la hipòtesi d'una confusió de l'escrivà és possible, per bé que difícilment explicable: els noms de Bernat de Montsó i Pere de Puig Otrer només figuren en dos dels vint-i-quatre contractes d'acapte signats a Perpinyà el 30 de setembre de 1246; vegeu més endavant l'acta núm. 470.

Otrer i fra Feliu donen en acapte a Ramon Dalmau, a la seva esposa Francesca i a Maria Dalmasa, mare de Ramon, un terreny situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. Els terratgers hauran de donar 21 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 25 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 363v-364, acta núm. 662.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 55-56, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Bernardus de Montesono, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater Petrus de Podio Ultrario, et ego frater *Feliu*, per nos et per omnes nostros successores damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Raymundo Dalmacio, et Francesce, uxori ejus, et Marie Dalmase, matri dicti Raymundi Dalmacii, et vestris, et cui volueritis perpetuo, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in via, a meridie in tenencia Raymundi Fabri de Villa Arnaldo, ab occidente in tenencia Berengarii Taloni, ab aquilone in tenencia Petri Jacobi *Gibrat*. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum vobis et vestris predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestri, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu, quolibet anno in festo Natalis Domini, XXI denarios malgurienses bonos; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successore nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque vos vel vestri eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro, et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam vobis bona

fide et per stipulationem quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum vobis et vestris totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur vobis et vestris sine fraude de omni evictione, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus milicie Templi Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a vobis pro accapito XXV solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc IIe kalendas octobris, anno Domini M° CC° XL° VI°. Sig++++na fratris Petri Exemenes, et fratris Bernardi de Montesono, et fratris Petri de Podio Ultrario, et fratris *Feliu*, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Guilelmi Arnaldi, mercerii, et Poncii de Fossa, pellicerii,[f] et Guilelmi de Fossa, testium. Ego Guilelmus *Carles hanc cartam* scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.* f. peloserii *B.*

459

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa de la milícia del Temple de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Bernat Cairó, sabater, un terreny situat a la tinença del Temple, a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 43 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 364v, acta núm. 664.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 33-34, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus de Aspa, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater

Feliu, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Bernardo *Cairon*, sabaterio, et tuis, et cui volueris perpetuo, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente et a meridie in viis publicis, ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi, dicto Bernardo *Cairon*, et tuis, predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos malguriensium bonorum; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successore nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro, et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam tibi bona fide et per stipulationem quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito XLIII solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc II[e] kalendas octobris, anno Domini M° CC° XL° VI°. Sig+++na fratris Petri Exemenes, et fratris Petri de Aspa, et fratris *Feliu*, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Petri Jacobi *Gibrat*, et Johannis *Mauran* et Bernardi *Espazeta*, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.*

460

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa de la milícia del Temple de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Bernat Caumes, fuster, un terreny situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 42 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 373v, acta núm. 681.
C Còpia parcial del començament del segle X, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 11-12, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus de *Aspa*, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu*, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Bernardo *Caumes*, fusterio, et tuis, et cui volueris perpetuo, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in via nostra, a meridie in via, ab occidente in tenencia nostra, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi, dicto Bernardo *Caumes*, et tuis, predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis, et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu, quolibet anno in festo Natalis Domini, II solidos malguriensium bonorum; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio

X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo foriscapio nostro. Promittimus[b] etiam tibi bona fide et per stipulacionem, quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito XLII solidos melguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc IIe kalendas octobris, anno Domini M° CC° XL° VI°. Sig+++na fratris Petri Exemenes, et fratris Petri de *Aspa*, et fratris *Feliu* predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Petri Jacobi Gibrat, et Johannis *Mauran* et Bernardi *Espazeta*, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. promitimus *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. peccuniam *B*.

461

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador de la casa del Temple del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Arnau Gros un terreny situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 40 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 397v-398, acta núm. 733.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 53-54, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus de Aspa, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu*, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros, damus atque in presenti tradimus tibi, Arnaldo *Gros*, et tuis, et cui volueris perpetuo, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in via, a meridie in via, ab occidente in tenencia Guilelmi *Cogombre* et in nostra tenencia, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi et tuis predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis, et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos malguriensium bonorum; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam tibi bona fide et per stipulacionem quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito XL solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc II[e] kalendas octobris, anno Domini M° CC° XL VI°. Sig+++na fratris Petri Exemenes, et fratris Petri de Aspa, et fratris *Feliu* predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Vitalis Grimaldi, et Garcie *Reboster* et Johannis Amalrici, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.*

462

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Pere Massanet de Malloles un terreny situat a la tinença del Temple a Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 2 sous i 6 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 60 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 398v, acta núm. 735.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 35-36, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus de Aspa, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu*, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus ad accapitum tibi, Petro Massaneto de Malleolis, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas tuorumque voluntates perpetuo faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum *pati*, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Bernardi Fabri de *Joc*, a meridie in via, ab occidente in alia via, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi, dicto Petro Massaneto, et tuis predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis, et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos VI denarios malguriensium bonorum; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et

quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam tibi bona fide et per stipulacionem quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito LX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc II[e] kalendas octobris, anno Domini M° CC° XL VI°. Sig+++na fratris Petri Exemenes, et fratris Petri de Aspa, et fratris *Feliu* predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Vitalis Grimaldi, et Arnaldi de *Roaix* et Guilelmi Poncii, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti, et rasi et emendavi in XXa Ia linea..

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. promitimus *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. peccuniam *B*.

463

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Guillem Escrivà de Bellpuig i a Saurina, la seva mare, un terreny situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. Els terratgers hauran de donar-los 3 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 60 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 405, acta núm. 749.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 51-52, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus de Aspa, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu*, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo Scriptori de Pulcro Podio, et Saurine, matri ejus, et vestris, et cui volueritis perpetuo, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in via de nostra tenencia, a meridie in via de Correco, ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in via de tenencia nostra. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum vobis, predictis Guilelmo Scriptori et Saurine, matri ejus, et vestris, predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestri, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis, et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini III solidos malguriensium bonorum; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque vos vel vestri eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam vobis bona fide et per stipulacionem quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum vobis et vestris totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur vobis et vestris de omni evictione, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a vobis pro accapito LX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre.

Actum est hoc II[e] kalendas octobris, anno Domini M° CC° XL° VI°. Sig+++na fratris Petri Exemenes, et fratris Petri de Aspa, et fratris *Feliu* predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Pagani Fusterii, et Guilelmi Poncii et Petri de Podio, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.*

464

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Pere Miquel, teixidor, un terreny situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 40 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 413, acta núm. 769.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 37-38, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi (Dei),[a] et ego frater Petrus de Aspa, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu*, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Petro Michaeli, textori,[b] et tuis, et cui volueris perpetuo, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[c] de tenencia nostra, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Petri de Casis et in nostra tenencia, a meridie in via, ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in via de nostra tenencia. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi, dicto Petro Michaeli, et tuis, predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum

terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis, et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos malguriensium bonorum; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promitimus[d] etiam tibi bona fide et per stipulacionem quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito XL solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[e] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[f] non numerate, quam pecuniam[g] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc II[e] kalendas octobris, anno Domini M° CC° XL° VI°. Sig+++na fratris Petri Exemenes, et fratris Petri de Aspa, et fratris *Feliu* predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Vitalis Grimaldi, et Garsie *Reboster* et Johannis Amalrici, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Dei *omès B.* b. textorii *B.* c. habissum *B.* d. promitimus *B.* e. paccatos *B.* f. peccunie *B.* g. peccuniam *B.*

465

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Pagà Fuster i al seu nebot Bernat un terreny situat a la tinença del Temple a Perpinyà,

per a construir-hi cases. Els terratgers hauran de donar-los 2 sous i 6 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 50 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 422v, acta núm. 790.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 39-40, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus de *Aspa*, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu*, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum vobis, Pagano Fusterio et Bernardo, nepoti ejus, et vestris, et cui volueritis perpetuo, ad omnes vestras voluntates perpetuo faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Bernardi de Palacio, et Petri et Raymundi, fratrum ejus, a meridie in via, ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in nostra tenencia. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum vobis, predictis Pagano Fusterio et Bernardo, nepoti ejus, et vestris, predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestri, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis, et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos VI denarios malguriensium bonorum ; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque vos vel vestri eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam vobis bona fide et per stipulacionem, quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum vobis et vestris totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur vobis et vestris sine fraude de omni

evictione, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a vobis pro accapito L solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc II[e] kalendas octobris, anno Domini M° CC° XL° VI°. Sig+++na fratris Petri Exemeniç, et fratris Petri de *Aspa*, et fratris *Feliu* predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Petri Jacobi *Gibrat*, et Johannis *Mauran* et Bernardi *Espaçeta*, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. promitimus *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. peccuniam *B*.

466

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Ramon Barrot, sastre, un terreny situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 4 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 84 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 424r-v, acta núm. 794.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 41-42, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus de *Aspa*, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu*, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Raymundo *Barrot*, sartori, et tuis, et cui volueris perpetuo, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religio-

num, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Bernardi *Cames*, a meridie in via, ab occidente in tenencia Bernardi *Genoer*, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi, dicto Raymundo *Barrot*, et tuis, predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis, et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini IIII solidos malguriensium bonorum; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam tibi bona fide et per stipulacionem, quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito LXXXa IIIIor solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc II[e] kalendas octobris, anno Domini M° CC° XL° VI°. Sig+++na fratris Petri Examenes, et fratris Petri de *Aspa*, et fratris *Feliu* predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Petri Jacobi *Gibrat*, et Johannis *Mauran* et Bernardi *Espaçeta*, testium. Ego Guilelmus Carles hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. Promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.*

467

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Eimeric de Dones, fuster, un terreny situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 40 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 425, acta núm. 796.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 43-44, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus de *Aspa*, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu*, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Aimerico de Dones, fusterio, et tuis, et cui volueris perpetuo, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Berengarii *Talon*, a meridie in via, ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi, dicto Aymerico de Dones, et tuis, predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis, et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos malguriensium bonorum; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit,[b] quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas

vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[c] etiam tibi bona fide et per stipulacionem,[d] quod nos et nostri successores faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito XL solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[e] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[f] non numerate, quam pecuniam[g] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus Mansi Dei. Actum est hoc II[e] kalendas octobris, anno Domini M° CC° XL° VI°. Sig+++na fratris Petri Exemenes, et fratris Petri de *Aspa*, et fratris *Feliu* predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Vitalis Grimaldi, et Garsie *Reboster* et Johannis Amalrici, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. *Sic B.* c. promitimus *B.* d. stiplacionem *B.* e. paccatos *B.* f. peccunie *B.* g. peccuniam *B.*

468

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Guillem Sasala un terreny situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 3 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 64 sous i 6 diners.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 426v, acta núm. 800.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 45-46, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus de *Aspa*, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater

Feliu, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo *Sasala*, et tuis, et cui volueris perpetuo, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Guilelmi *Babot*, a meridie in via, ab occidente in tenencia Guilelmi *Crosses*, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi, dicto Guilelmo *Sasala*, et tuis, predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis, et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini III solidos malguriensium bonorum; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam tibi bona fide et per stipulacionem, quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito LXIIII solidos VI denarios malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc II[e] kalendas octobris, anno Domini M° CC° XL° VI°. Sig+++na fratris Petri Exemenes, et fratris Petri de *Aspa*, et fratris *Feliu* predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Petri Jacobi *Gibrat*, et Johannis *Mauran* et Bernardi *Espaçeta*, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.*

469

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Bernat Espaseta i a la seva esposa Guillema un terreny situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. Els terratgers hauran de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 40 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 442, acta núm. 838.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 49-50, segons *B.*

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et frater Petrus de *Aspa*, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et frater *Feliu*, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum vobis, Bernardo *Espaçeta* et Guilelme, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis perpetuo, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Vitalis Grimaldi, a meridie in tenencia Garsie *Reboster*, ab occidente in via, ab aquilone in tenencia Ermengaldi de Furchis. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum vobis, predictis Bernardo *Espaçeta* et Guilelme, uxori ejus, et vestris, predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestri, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis, et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini

II solidos malguriensium bonorum; et quandocumque et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quocienscumque vos vel vestri eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam vobis bona fide et per stipulacionem, quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum vobis et vestris totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur vobis et vestris sine fraude de omni evictione, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito XL solidos malguriensium, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc II[e] kalendas octobris, anno Domini M° CC° XL° VI°. Sig+++na fratris Petri Exemenes, et fratris Petri de *Aspa* et fratris *Feliu* predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Petri Jacobi *Gibrat*, et Johannis *Mauran* et Arnaldi *Gros*, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.*

470

1246, 30 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Bernat de Montsó,[296] *comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Pere de Puig Otrer i fra Feliu donen en acapte a Ramon Fabre de Vilarnau un terreny situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 21 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas*

296. Vegeu més amunt la nota 295.

de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 25 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 442v-443, acta núm. 840.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 47-48, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Bernardus de *Monson*, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater Petrus de Podio Ultrario, et ego frater *Feliu*, per nos et per omnes nostros successores damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Raymundo Fabri de Villa Arnaldo, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in via publica, a meridie in tenencia Bernardi de Palaciolo et Petri et Raymundi, fratrum, ab occidente in tenencia Bernardi *Espaçeta*, ab aquilone in tenencia Raymundi Dalmacii. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi et tuis predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis, et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini XXI denarios malgurienses bonos; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam tibi bona fide et per stipulacionem, quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus milicie Templi Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito

XXV solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc II[e] kalendas octobris, anno Domini M° CC° XL° VI°. Sig++++na fratris Petri Exemenes, et fratris Bernardi de *Monson*, et fratris Petri de Podio Ultrario, et fratris *Feliu* predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Arnaldi Mercerii, et Poncii de Fossa, pelisserii,[f] et Guilelmi de Fossa, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.* f peloserii *B.*

471

1246, 10 d'octubre

Jofre, vescomte de Rocabertí,[297] *confirma i infeuda a Arnau de Montescot, cavaller, els masos situats a la parròquia de Sant Pere de la Serra, que la seva tia Guillema de Reiners li ha llegat en testament,*[298] *és a dir, el mas del Pou, el mas del Vilar, el mas de Jordà del Vilar i el mas del Roure, amb tot el que en depèn, salvat el seu dret de senyoria. Arnau de Montescot rep aquest feu i promet fidelitat al vescomte de Rocabertí, del qual esdevé vassall.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 150r-v, acta núm. 246.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 79-80, segons *B.*

Notum sit cunctis quod nos, Gaufridus, vice comes Rupisbartini, bona fide omni dolo cessante, per nos et nostros damus, laudamus atque concedimus tibi, Arnaldo de Monte Eschoto, militi, et tuis, ad feudum, ad omnes tuas tuorumque voluntates vita et morte faciendas, videlicet illos mansos qui sunt in parrochia Sancti Petri[a] de Serra, sicut melius Guilelma de Rayneriis, amita tua, tibi dimisit in suo testamento, scilicet mansum de Puteo, et mansum de Villa, et mansum de Jordane de Villaro, et mansum de *Ruyra*, cum omnibus hominibus et feminis, presentibus et fu-

297. Jofre III, vescomte de Rocabertí: 1228-1282.
298. El 2 de febrer de 1229; vegeu més endavant l'acta núm. 305.

turis, et cum omni honore culto et inculto, heremo et condirecto, et cum omnibus pertinentibus eorum, sicut melius dictis mansi pertinet vel pertinere debet ubique, ita quod racione dicti feudi sis nobis bonus et fidelis in omnibus et per omnia tanquam miles debet esse domino, promittentes[b] bona fide ac firma stipulatione quod ibi non tangemus nec tangi faciemus in judicio vel extra. Immo promittimus[c] tibi et tuis dictam donationem bonam facere tenere et habere atque possidere quiete et in bona pace contra cunctos homines, salva dominatione mea, et sic hodie te et tuos in corporalem possessionem mittimus[d] cum omnibus juribus nostris et omnibus accionibus, petitionibus realibus et personalibus, sicut melius et sanius dici, scribi vel intelligi potest ad bonum intellectum, renunciando ex certa scientia et specialiter omni doli exceptioni et conditioni indebiti et omni privilegio [militari], et generaliter omni juri divino aut humano, scripto vel non scripto, civili et canonico, generali vel speciali, et omni alii auxilio et beneficio per quod aliquod de predictis infringere[e] vel revocare possemus. Et si forte aliqua persona aliquid ibi tetigerit vel emparaverit racione dominii ab omni persona de evictione teneri promittimus[c] in judicio vel extra cum expensis nostris propriis. Rursus ego, dictus Arnaldus de Monte Eschoto, recipio a vobis, domino Gausfredi, dictum feudum, promittens[f] bona fide vobis et vestris esse bonus et fidelis ac legalis in omnibus et per omnia. Et recognosco me evenisse vestrum proprium militem racione dicti feudi. Actum est hoc VI idus octobris, anno Incarnationis Christi M° CC° XL° VI°. Sig+num Gausfredi, vicecomitis Rupisbartini,[g] Sig+num Arnaldi de Monte Esquoto, qui hoc laudamus, firmamus firmarique rogamus. Sig+num Raymundi de Palaudano, Sig+num Petri de Rochafort, Sig+num Arnaldi de Solanis, testium.

Berengarius [Macion], acolythus,[h] hoc rogatus (SM) scripsit.

Johannes, presbiter de Plano, publicus scriptor ville Petralate, qui hoc subscribo et hoc sig-(SM)-num facio.

a. Petri *afegit a la interlínia B.* b. promitentes *B.* c. promitimus *B.* d. mitimus *B.* e. infrigere *B.* f. promitens *B.* g. Ripisbartini *B.* h. zcolitus *B.*

FUNDACIÓ NOGUERA

472

1246, 17 d'octubre

Arnau Rasedor de Palau [del Vidre] i la seva muller Guillema venen a la casa de la milícia del Temple, a fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, i a fra Martí Pérez, comanador del castrum *de Palau, una casa adjacent al paller i al cortal del* castrum *de Palau. Fan aquesta venda pel preu de 100 sous melgoresos i en compensació de l'exempció del quartó que devien per una vinya, amb les seves figueres, que tenen per la milícia del Temple al vinyar de Batipalmes. Fra Pere Eiximenis, amb el consentiment de fra Martí Pérez i de Balaguer, batlle, confirma aquesta transacció, sota reserva del foriscapi degut a la casa del Temple per aquesta vinya.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 126v-127, acta núm. 203.
C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 409-414, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Arnallus Rasedorius de Palacio, et ego Guilelma, uxor ejus, nos duo unum insimul, nulla vi metusve causa coacti nec ducti dolo vel metu, set mera et spontanea voluntate ducti, bona fide et sine fraude, per nos et per omnes nostros, presentes ac futuros, cum hac carta publica omni tempore valitura vendimus in presenti sine aliquo retentu Deo et domui milicie Templi et vobis, domino fratri Petro *Exameniç*, preceptori Mansi Dei, et vobis fratri Martino *Periç*, comendatori castri de Palacio, et omnibus fratribus milicie Templi, presentibus et futuris, totam I domum nostram, a celo usque in abyssum,[a] in villa et terminis Sancte Marie de Palacio, et affrontat oriente in via publica, a meridie in domo Pereponse, occidente in palleario castri, aquilone in cortallo similiter castri de Palacio. Sicut in istis IIII[or] affrontacionibus includitur, sic vendimus Deo et domui milicie Templi totam dictam domum, generaliter ac specialiter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum omnibus in se habentibus et sibi pertinentibus, sicut melius ad utilitatem vestram et vestrorum successorum dici vel intelligi potest, pro C solidis malguriensium bonorum et pro quodam quarto cujusdam vinee quam tenemus pro domo milicie Templi ad vinetum de Batipalmes, in terminis Sancte Marie de Palacio. De quibus denariis et quarto sumus bene pacati[b] in utilitate nostra maxima,[c] ita quod, ex certa sciencia, exceptioni non numerate peccunie et quarti non recepti consulte renunciamus. Et promittimus[d] Deo et domui milicie Templi et

vobis, dictis preceptoribus, et successoribus vestris, et omnibus fratribus milicie Templi, presentibus et futuris, quod in hoc vos non engannemus nec decipi ullo modo permittemus,[e] set totum vobis et vestris successoribus tenere et possidere libere et quiete faciemus in pace, sine aliquo contradictu, perpetuo, renunciantes expresse omni juri, legis vel consuetudinis, scripto vel non scripto, qui contra hoc, in aliquo vel in toto, venire poterimus in judicio vel extra judicium, et etiam illi legi qua subvenitur deceptis ultra dimidiam. Et nullum jus nec dominium in dicta domo nobis nec nostris retinemus, set totum de jure nostro et dominio in jus vestrum et dominium insolidum transferimus, et ex toto nos denudamus, et vos et domum milicie prorsus investimus et in corporalem et vacuam[f] possessionem vos mittimus[g] quasi possessores juris et facti, constituentes vos procuratores in rem vestram, tam in agendo quam in excipiendo, cedendo vobis et vestris omnes actiones, tam reales quam personales, petitiones, exceptiones, oppositiones, voces et jura et quicquid nos habemus vel habere debemus in dicta domo, promittentes[h] vobis et domui milicie stipulanti, bona fide nostra, quod erimus vobis et vestris legales ac firmi guirentes, et quod nichil fecimus, vel decetero faciemus, quominus valeat vobis nec vestris successoribus hec predicta vendicio vel infringi possit; quod si forte fecimus vel faceremus, pro infecto habeatur et nullas vires prorsus habeat, diffinientes ex gracia totum hoc quod dicta vendicio plus hoc precio modo valet vel valebit. Et promittimus[d] nos teneri de omni evictione et missionibus, si quas in causa evictionis feceritis, ante litem contestatam vel post, unde obligamus vobis et vestris successoribus omnia bona nostra, vita et morte, ubique. Unde nos, frater Petrus Exameniç, preceptor Mansi Dei, habito consilio fratris Martini Periç, comendatori castri de Palacio, et Balegarii, bajuli, bona fide et sine fraude, solvimus et diffinimus et enfranquimus tibi, Arnallo Rasedorio predicto, et uxori tue, Guilelme, et vestris et cui volueritis, totum quartum predicte vinee, ita quod decetero a dicta vinea vos nec vestri non teneamini nobis nec successoribus nostris quartum dare, nec de ficulneis, immo habeatis et teneatis decetero pro alodio dictam vineam et ficulneas, tamen, si venderetur vel pignori traderetur, retinemus nobis foriscapium tantum. Et affrontat dicta vinea oriente in faxia condam Petri Lombarde, a meridie et occidente in vinea Arnaldi Andree, aquilone in vinea Raymundi Vives. Et est manifestum. Actum est hoc XVI° kalendas novembris, anno dominice Incarnacionis M° CC° XL° VI°. Sig+++++na Arnaldi Rasedorii et

uxoris sue Guilelme, et fratris Petri Exameniç, preceptoris Mansi Dei, et fratris Martini Periç, comendatoris castri de Palacio, et Baleguerii, bajuli, qui hoc totum fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+++na Guilelmi Taravaus, presbiteri Elenensis, Raymundi Poncii de Palacio, et Bernardi Mares ejusdem (loci),[i] testium.

Raymundus Picherii, publicus scriptor, scripsit auctoritate domini Elnensis episcopi, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. paccati *B.* c. utilitatem nostram maximam *B.* d. promitimus *B.* e. permitemus *B.* f. vaccuam *B.* g. mitimus *B.* h. promitentes *B.* i. loci *omès B.*

473

1246, 10 de novembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Ramon Berenguer, pellaire, un terreny d'una monallada d'ample i quatre monallades de llarg situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 2 sous i 6 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 60 sous.

A[1] Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí, amplada 160 mm, alçada 145/150 mm, ADPO, Hp186.[299]

A[2] Original perdut.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 311r-v, acta núm. 556, versemblantment segons A[2].

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.,* nouv. acq. lat. 29, ff. 67-69, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Examenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus d'*Aspa*, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu*,

299. El document porta al dors un regest del segle XV en català: «Carta de accapte conseunt an Ramon Bringer d'un pati, fa II s. VI.», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2759».

ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Raimundo Berengario, pellipario, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] quod tenet in latitudine unam monellatam,[b] et in longitudine IIII monellatas,[b] quod est infra terminos Perpiniani in nostra tenencia, et affrontat ab oriente in nostra tenencia, a meridie in via de nostra tenencia, ab occidente in tenencia Raimundi Gauterii, ab aquilone in via publica. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi, dicto Raimundo[c] Berengario, et tuis, predictum pati ad accapitum, ad faciendum ibi domos, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu, quolibet anno in festo Natalis Domini, II solidos VI denarios malguriensium bonorum; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri et dicta domus nostra habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis vel successoribus nostris denuncietis spacio XV[d] dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus complendis,[e] si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueritis, ut dictum est superius, salvo censu nostro, et salvo nostro foriscapio. Promittimus etiam tibi bona fide et per stipulationem quod nos et successores nostri faciemus in perpetuum[f] tibi et tuis totam predictam donationem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei mobilia et inmobilia, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donatione habuimus et accepimus a te pro accapito LX solidos malguriensium bonorum, de quibus per paccatos nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie non numerate, quam peccuniam recognoscimus verssam[g] esse et redactam in maxima utilitate dicte domus Mansi Dei. Actum est hoc IIII idus novembris, anno Domini MCCXLVI. Sig+++na fratris Petri[h] Examenes, preceptoris Mansi Dei, et fratris Petri d'*Aspa*, et fratris *Feliu* predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++++na Petri *Carles*, et Raimundi[i] Boneti, et

Bernardi Cerdani, pellicerii, et Guilelmi Poncii et Johannis *Artau*, testium. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum. b. monallatam *B.* c. Raymundo *B.* d. X dierum *B.* e. completis *B.* f. imperpetuum *B.* g. versam *B.* h. Petri *omès B.* i. Raymundi *B.*

474

1246, 10 de novembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Guillem de Palau donen en acapte a Pere Moner de Sureda i a la seva esposa Volona un terreny situat al camp del Temple a Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles, per a construir-hi cases. Els terratgers hauran de donar-los 12 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 30 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 384v-385, acta núm. 705.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 72-73, segons *B.*

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et frater Petrus de Aspa, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et frater Guilelmus de Palacio, per nos et per omnes successores nostros donamus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum vobis, Petro Monerio de Sureda et Volone, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] de illo campo nostro qui est extra portale quod dicitur de Malleolis, in terminis et in adjacencia Sancti Johannis de Perpiniano, ad faciendum ibi domos, et affrontat ab oriente et a meridie in via de nostra tenencia, ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in via publica. Sicut superius dictum est, ita donamus ad accapitum vobis, predictis Petro Monerio et Volone, uxori ejus, et vestris, predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto

quod vos et vestri, qui dictum pati, sive domos quas ibi feceritis, habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris, et dicte domui nostre, quolibet anno in festo Natalis Domini, XII denarios malgurienses bonos, vel monete quaterni curribilis per Rossillionem, pro censu. Verumtamen, si forte dictum pati, sive domum vel domos quas ibi feceritis, vendere vel inpignorare volueritis vos vel vestri, primum nobis vel successoribus nostris denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicuti alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris dictum pati vendere vel inpignorare cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo censu nostro predicto, et salvo etiam nostro foriscapio quandocumque et quocienscumque dictum pati, sive domos, venderetur vel inpignoraretur. Promittimus[b] etiam vobis bona fide et per stipulacionem, per nos et omnes successores nostros quod totam predictam donacionem faciemus vobis et vestris bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur vobis et vestris de omni evictione, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus milicie Templi, presencia et futura. Et profitemur et in veritate recognoscimus quod pro hac donacione habuimus et accepimus a vobis pro accapito XXX solidos malguriensium, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes excepcioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus. Actum est hoc IIII° idus novembris, anno Domini M° CC° XLVI°. Sig+++na fratris Petri *Exameneç*, et fratris Petri de *Aspa*, et fratris Guilelmi de Palacio, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Poncii, et Bernardi de Monte Claro et Guilelmi Castilionis, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.*

475

1246, 10 de novembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Pere d'Aspà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Feliu, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Pere Jausbert, pellaire,

un terreny situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 12 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 20 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 411v, acta núm. 765.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 70-71, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus *Exemenes*, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Petrus de *Aspa*, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu*, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Petro Jausberto, pellipario, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas tuorumque voluntates perpetuo faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in via, a meridie et ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi et tuis predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini XII denarios malgurienses bonos; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successorres nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro, et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam tibi bona fide et per stipulacionem, quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque

sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito XX solidos malguriensium, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes excepcioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc IIII° idus novembris, anno Domini M° CC° XL° VI°. Sig+++na fratris Petri *Exemenes*, et fratris Petri de *Aspa*, et fratris *Feliu* predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Bernardi Caironi, et Jacobi Augusti et Bernardi Cerdani, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.*

476

1246, 10 de novembre

Fra Pere d'Aspà, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Feliu i fra Pere de Puig Otrer donen en acapte a Ramon Gauter un terreny situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 2 sous i 6 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 60 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 422r-v, acta núm. 789.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 65-66, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus de *Aspa*, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu*, et ego frater Petrus Pujoterius, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Raymundo Gauterio, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas tuorumque voluntates perpetuo faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, et affrontat ab oriente in tenencia Raymundi Bernardi, a meridie in via, ab occidente in tenencia nostra, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad

accapitum tibi, dicto Raymundo Gauterio, et tuis, predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu, quolibet anno in festo Natalis Domini, II solidos VI denarios malguriensium bonorum; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicuti alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro, et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam tibi bona fide et per stipulacionem, quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus milicie Templi Perpiniani. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito LX solidos malguriensium, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes excepcioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc IIII° idus novembris, anno Domini M° CC° XL° VI°. Sig+++na fratris Petri de *Aspa*, et fratris *Feliu*, et fratris Pujotrerii predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Poncii, et Petri *Carles* et Raymundi Boneti, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.*

FUNDACIÓ NOGUERA

477

1246, 13 de novembre

Vidimus per mestre Berenguer, escrivà públic de Ceret, del testament de Gausfred de Ceret del 12 d'agost de 1239, que ell mateix havia estès.[300]

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 114, acta núm. 178.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 78-79, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 215-220, segons *B*.

[*Fórmula d'autentificació després de la transcripció del testament:*] Sig+++++na Petri, clerici, sacriste, et Raymundi, clerici de Rochabruna, et Guilelmi, clerici de Mollono, et Raymundi, clerici de Castelleto, presbiterorum ecclesie de Cereto, et Petri de Furchis, diaconi[a] ejusdem ecclesie, testium hujus translatationis, qui viderunt logere et emendare ab originali testamento et testes rogati fuerunt. Magister Berengarius, publicus scriptor auctoritate domini Bernardi Elnensis episcopi, hoc translatum fideliter scripsit idibus novembris, anno Incarnationis Christi M° CC° XL° VI°, nichil in eo addidit, minuit vel mutavit, set omnia secutus est verba et seriem sui originalis testamenti, et hoc sig-(SM)-num fecit, quod testamentum dictus magister Berengarius scripsit.

a. diachoni *B*.

478

1247 (nou estil), 19 de gener

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Bernat de Montsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Feliu i fra Pere de Puig Otrer, tots dos de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Bernat Negre del Voló un terreny de dues monallades d'ample i dues monallades de llarg de la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 40 sous.

300. Vegeu més amunt l'acta núm. 366.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 383r-v, acta núm. 702.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 74-75, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Bernardus de Montesono, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater *Feliu*, et ego frater *Petrus de Pujotrer*, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros (damus)[a] ad accapitum tibi, Bernardo Nigro de Volono, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[b] in latitudine II[arum] monallatarum, in longitudine aliarum duarum monallatarum, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod pati est in terminis Perpiniani, in nostra tenencia, et affrontant ab oriente in tenencia Bernardi de Palacio et Raymundi de Palacio et Petri de Palacio, fratrum, a meridie in tenencia Pagani Fusterii, ab occidente in via publica, ab aquilone in tenencia Bernardi *Espaseta*. Sicut superius dictum est, ita dono ad accapitum tibi, dicto Bernardo Nigro, dictum pati ad faciendum ibi domos, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus. Sub tali quidem foma et pacto quod tu et illi, qui dictas domos tenueritis et habueritis, donetis semper nobis et dicte domui Mansi Dei quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos malguriensium pro censu. Et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et dicta domus nostra habeamus inde nostrum foriscapium. Verum quandocumque et quocienscumque eas tu vel tui vendere volueritis, primum nobis vel successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si eas retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere vel inpignorare, ut dictum est superius, salvo censu et foriscapio nostro. Promittimus[c] etiam (tibi)[d] stipulanti nos et nostros semper tibi et tuis de predicta donacione fore legitimos auctores et defensores[e] ab omni persona, et teneri sine fraude de evictione, obligantes inde tibi et tuis omnia bona dicte domus nostre Mansi Dei, ubique. Et pro hac donacione, habuimus a te pro accapito XL solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[f] nos tenemus, renunciantes excepcioni pecunie[g] non numerate, quam pecuniam[h] recognoscimus versam esse in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc XIIII kalendas febroarii, anno Do-

mini M° CC° XL VI°. Sig++++na fratris Petri Examenes, et fratris Bernardi de Montesono, et fratris *Feliu*, et fratris Petri de *Pujotrer* predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Bernardi Augusti, et Petri Boquerii et Petri de Escarrono, testium. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. damus *omès B.* b. habissum *B.* c. promitimus *B.* d. tibi *omès B.* e. deffensores *B.* f. paccatos *B.* g. peccunie *B.* h. peccuniam *B.*

479

1247 (nou estil), 25 de febrer

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Martí Pérez, comanador del castrum *de Palau [del Vidre], de fra Guillem de Palau, comanador de Sant Hipòlit, i de Balaguer, batlle de Palau, dóna en acapte a Pere Corb de Palau i a la seva muller Guillema un terreny situat a la vila de Palau, per construir-hi una o diverses cases. Els dóna igualment un camp situat al camí d'Elna, una terra situada al Pont i una vinya al vinyar de Palol, tota aquesta honor situada a la parròquia de Santa Maria de Palau. Els terratgers hauran de donar a la casa de la milícia del Temple 12 diners de moneda corrent al Rosselló de cens anual el dia de Nadal pel terreny, la tasca de tota la collita i dues mesures de* bajulivum *pel camp i la terra, i la setena somada de tota la verema per la vinya. Tanmateix, si s'arrenqués el vinyar en el qual es troba aquesta vinya, els terratgers podrien arrencar aquesta vinya per a fer-hi cereals, i llavors haurien de donar la tasca i dues mesures de* bajulivum. *Per aquesta concessió, fra Pere Eiximenis reconeix haver rebut 50 sous melgoresos. Rep Pere Corb i Guillema i tota llur descendència com a homes i dones propis de la milícia del Temple, ja que aquesta era la raó de la donació. Pere Corb i la seva muller es fan, amb tota llur descendència, home i dona propis de la milícia del Temple. Prometen que d'ara endavant no prendran cap altre senyor o senyora, de tal manera que la casa de la milícia del Temple no podrà perdre'ls en benefici d'un altre, i que seran fidels i bons home i dona dels frares de la milícia del Temple, en mans dels quals s'encomanen i els presten homenatge.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 142-143, acta núm. 229.

C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, f. 415, transcripció parcial segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus *Exameniç*, preceptor domus Mansi Dei, habito consilio fratris Martini *Periç*, comendatoris castri de Palacio, et fratris Guilelmi de Palacio, preceptor de Sancto Ypolito, et Balaguerii, bajuli de Palacio, bona fide et sine fraude, per nos et omnes successores nostros, cum hac carta publica omni tempore valitura, damus firmiterque concedimus in presenti ad acapitum et per tenedonem tibi, Petri Curvo de Palacio, et uxori tue Guilelme, et vestris et cui dare, dimittere,[a] vendere aut alienare volueritis, ad omnes voluntates vestras et vestrorum imperpetuum faciendas, exceptis militibus et eorum uxoribus et domibus religiosis et hominibus domini regis et feminis, totum unum pati ad edificandum[b] domum vel domos, a celo usque in abyssum,[c] in villa de Palacio. Et amplius damus vobis et vestris totum unum campum juxta nemus vestrum ad viam de Elna, et I terram ad Pontem, et totam unam vineam cum terra in qua plantata est, que dicitur Vinea *Desmortes* in vineto de Palaciolo, qui dictus honor est in adjacencia Sancte Marie de Palacio. Et affrontat pati oriente et occidente in viis publicis, a meridie in pati Balaguerii, aquilone in manso Cerdane. Campus de nemore affrontat oriente in via publica, a meridie in campo Bernardi Poncii, occidente in campo Guilelmi Trobati, aquilone in nemore nostro. Terra de Ponte affrontat oriente in orto Guilelmi Pastoris et terra Guilelmi Trobati, a meridie in terra Guilelmi Trobati, occidente in via publica, aquilone in aculea aqui ponti. Vinea vero affrontat oriente in vinea Baudovini, a meridie in vinea Eimerici condam, occidente et aquilone in honore Bernardi de Puteo. Sicut in istis affrontacionis includitur, sic damus vobis et vestris ad acapitum et per tenedonem, generaliter ac specialiter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum omnibus in se habentibus et sibi pertinentibus, et cum omni melioramento quod ibi faciatis, sicut melius ad utilitatem vestram et vestrorum dici vel intelligi potest, salvis juribus milicie Templi in omnibus et per omnia. Et dabitis vos vel vestri annuatim de censu in festo Natalis domini pro jam dicto pati domui milicie Templi XII denarios curribilis monete per Rossillionem tantum. Et de campo de nemore et terra de Ponte dabitis domui milicie Templi fideliter de omni expleto quod ibi fuerit tasquam tantum et II mensuras bajulivi cum qua mons mensurabitur. Et de vinea dabitis fideliter domui milicie Templi VII saumatam tantum de omni vindemia que in dicta

vinea fuerit. Verum, si vinetum in quo vinea est evelleretur sive erradicaretur, damus licenciam vobis et vestris erradicandi dictam vineam et vertere ad panem, et detis deinde de omni expleto domui milicie Templi fideliter tasquam et II mensuras bajulivi tantum. Et promittimus[d] vobis et vestris, bona fide et per firmam stipulacionem, quod in hoc vos nec vestros non engannemus, nec decipi ullo modo permittemus,[e] set totum vobis et vestris tenere et possidere faciemus in pace sine aliquo contradictu perpetuo, salvis juribus milicie Templi in omnibus et per omnia. Et de predictis omnibus in corporalem et vacuam possessionem vos mittimus,[f] constituentes vos procuratores in rem vestram, tam in agendo quam in excipiendo. Insuper etiam promittimus[d] vobis et vestris bona fide nostra, quod erimus vobis et vestris legales ac firmi guirentes contra omnes homines qui penes hanc donationem venire voluerint. Pro qua donacione sive concessione valitura perpetuo, accipimus a vobis L solidos malguriensium bonorum, de quibus sumus bene pacati[g] in utilitate[h] domus milicie Templi, ita quod ex certa sciencia exceptioni non numerate pecunie[i] consulte renunciamus. Adhuc etiam recipimus pro jam dicta donacione tanquam causa principali que compellit nos et duxit ad jam dictam donacionem faciendam vos predictos Petrum Curvum et uxorem vestram Guilelmam et omnem vestram posteritatem natam et nascituram per homines proprios et solidos domus milicie Templi sine participatione alicujus persone. Unde ego Petrus Curvi, et ego Guilelma, uxor ejus, nos duo unum insimul, bona fide et sine fraude, per nos et omnes nostros et prolem nostram, grato animo, recipientes predictum beneficium et donum a vobis, dictis dominis, in recompensacione toti beneficii et doni jam dicti a vobis recepti, facimus et reddimus inter nos ipsos et omnem prolem nostra natam et nacituram per homines proprios et solidos Deo et domui milicie Templi et vobis, dictis predictis, et omnibus successoribus vestris, et omnibus fratribus milicie Templi, presentibus et futuris. Et promittimus[d] bona fide nostra Deo et vobis, stipulantibus, et omnibus fratribus milicie Templi, quod decetero non faciemus alium dominum neque dominam, ita quod domus milicie Templi possit nos amittere[j] alius lucrari. Immo decetero nos et omnis posteritas nostra nata et nascitura erimus fideles et boni homines vestri et vestrorum successorum in omnibus et per omnia, sicut propriis et unicis dominis, in quorum manibus nos corporaliter comendamus, et homagium specialiter facimus in presenti. Et est manifestum. Actum est hoc V° kalendas marcii, anno dominice

Incarnacionis M° CC° XL° VI°. Sig++++++na fratris Petri *Exameniç*, preceptoris Mansi Dei, et fratris Martini *Periç*, comendatoris castri de Palacio, et fratris Guilelmi de Palacio, comendatoris de Sancto Ypolito, et Balaguerii, bajuli Palacii, et Petri Curvi, et uxoris ejus Guilelme predictorum, qui hoc totum fieri jussimus, firmavimus, laudavimus et testes firmare rogavimus. Sig+++na Guilelmi Curvi, et Petri Sartoris et Guilelmi Foresterii, omnium de Palacio testium. Raymundus Picherii, publicus scriptor, scripsit auctoritate domini Elnensis episcopi et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. dimitere *B.* b. hedificandum *B.* c. habissum *B.* d. promitimus *B.* e. permitemus *B.* f. mitimus *B.* g. paccati *B.* h. utilitatem *B.* i. peccunie *B.* j. amitere *B.*

480

1247, 2 de juny

Fra Bernat de Montsó, comanador de la casa de la milícia del Temple de Perpinyà, fra Pere de Puig Otrer i fra Ramon Moliner donen en acapte a Joan Pastor de Malloles un camp situat a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat les Cabrerisses. El terratger haurà de donar-los l'agrer i el braçatge de tota la collita. Per aquesta donació, reconeixen haver rebut 20 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 235v-236, acta núm. 422.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 89-91, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Bernardus de Montesono, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater Petrus de Podio Ultrario, et ego frater Raymundus Molinerius, per nos et per omnes nostros successores donamus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum Johanni Pastori de Malleolis, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum campum nostrum, qui est in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato *Cabrerisses*, et affrontat ab oriente in campo Malleoli *Orle*, a meridie in tenencia Johannis *Mauran*, ab occidente in tenencia Raymundi Xatmarii, ab aquilone in tenencia Guilelmi Sapte. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi, dicto Johanni Pastori, et tuis, dictum campum, integriter ac generaliter, cum

ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum campum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris et dicte domui nostre milicie Templi de omni expleto quod ibi Deus dederit fideliter agrarium et brasciaticum. Promittimus[a] etiam tibi stipulanti quod totum predictum campum nos et successores nostri faciemus tibi et tuis imperpetuum bonum habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde tibi et tuis de omni evictione, salvo jure predicte domus milicie Templi, obligantes inde tibi et tuis omnia bona dicte domus nostre milicie Templi Perpiniani quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione habuimus et accepimus a te pro accapito XX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatum[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate, quam pecuniam[d] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc IIII° nonas junii, anno Domini M° CC° XL° VII°. Sig+++na fratris Bernardi de Montesono, preceptoris dicte domus, et fratris Petri de Podio Ultrario et fratris Raymundi Molinerii predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Ferrarii *Sabte*, et Poncii *Cogombre* et Ferrarii Avalrini, testium.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus *B.* b. paccatum *B.* c. peccunie *B.* d. peccuniam *B.*

481

1247, 25 de juny

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Bernat de Montsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Ramon Moliner donen en acapte a Guillem Burgès de Malloles un terreny d'una monallada d'ample i quatre monallades de llarg de la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 43 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 431r-v, acta núm. 813.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 76-78, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus Exemenes, preceptor domus Mansi Dei, et frater Bernardus de Monte Sono, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et frater Raymundus de Molendino, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo *Burges* de Malleolis, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati de nostra tenencia, de celo usque in abyssum,[a] scilicet I monallatam in latitudine et IIII[or] monallatas in longitudine, ad faciendum ibi domos, quod pati est infra terminos Perpiniani, et affrontant ab oriente in tenencia Bernardi Sabaterii, a meridie in via, ab occidente in tenencia Petri Massaneti, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi et tuis dictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem foma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis, et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos malguriensium bonorum; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueris, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam tibi bona fide et per stipulacionem, quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre ubique. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito XLIII solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes excepcioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc VII° kalendas julii, anno M° CC° XL VII°. Sig+++na fratris Petri Examenes, et fratris Bernardi de Monsono, et fratris

Raymundi de Molendino predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Bernardi de *Cauders*, et Pagani Fusterii et Guilelmi *Barrot*, testium. Ego Bernardus Borra hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti, et suprascripsi in Va linea «pati».

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.*

482

1247, 30 de juny

Fra Bernat de Montsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment de fra Berenguer de Caramany, de fra Joan d'Argelers i dels altres frares de la casa de Perpinyà, dóna en acapte a Ferrer Oliba una taula de vendre que fou de Ponç de Fòssa i que se situa a Perpinyà, més avall dels bancs dels blanquers. El terratger haurà de donar a la casa del Temple 6 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal després de la mort de Bernat de Fòssa, que té aquesta taula de venda a títol vitalici. Per aquesta donació, fra Bernat de Montsó reconeix haver rebut 50 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 280r-v, acta núm. 495.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 92-94, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Bernardus de Monte Sono, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos, consilio et voluntate fratris Berengarii de *Caramain* et fratris Johannis *d'Argilers* et aliorum fratrum dicte domus nostre, dono atque in presenti trado ad accapitum tibi, Ferrario Olibe, et tuis, et cui volueris perpetuo, unam tabulam nostram, de celo usque in abyssum,[a] que fuit quondam Poncii de *Fossa*, que est intus Perpinianum, infra bancos curateriorum. Et affrontat ab oriente in via, a meridie in tua tabula, ab occidente in tabula tua, ab aquilone in tabula hospitalis pauperum Perpiniani. Sicut dictum est superius, ita dono ad accapitum tibi, dicto Ferrario Olibe, et tuis, dictam tabulam, cum terminis et pertinenciis suis, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui eam tenueritis et habueritis, donetis semper nobis et dicte domui nostre quolibet anno in festo Natalis Domini, post mortem

Bernardi de Fossa qui eam tenet et tenere debet in vita sua, VI denarios malgurienses pro censu. Promitto[b] etiam tibi stipulanti per me et per omnes successores meos quod ego et successores mei faciemus tibi et tuis totam predictam tabulam, cum omnibus suis juribus, bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde tibi et tuis de evictione, salvo jure domus milicie Templi, obligando inde tibi et tuis omnia bona dicte domus nostre. Et pro hac donacione, habui et accepi a te pro accapito L solidos malguriensium, de quibus per pacatum[c] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognosco versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Et hoc facio salvo violario quod dictus Bernardus de Fossa in dicta tabula habet in omni vita sua tantum. Actum est hoc II[e] kalendas julii, anno Domini M° CC° XL° VII°. Sig+++na fratris Bernardi de Montesono, et fratris Berengarii de *Caramayn*, et fratris Johannis de *Argilers* predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Guilelmi Poncii, diaconi,[f] et Bernardi *Caramayn* et Bernardus *Fontana*, testium. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promito *B.* c. paccatum *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.* f. diachoni *B.*

483

1247, 28 de juliol. Osca

Jaume I, rei de Catalunya-Aragó, i fra Guillem de Cardona, mestre de la milícia del Temple a Aragó i Catalunya, es posen d'acord amigablement per tal de resoldre els diferents litigis que els enfronten. Amb aquest objectiu, cada part exposa les seves queixes. El rei demana al mestre de la milícia del Temple, als comanadors i als frares del Temple de Gardeny i de Montsó que l'indemnitzin per tot el període durant el qual han cessat de fer l'almoina a Gardeny i a Montsó per la salvació del seus predecessors, i que en el futur facin l'almoina habitual. Reclama els molins drapers de Gardeny construïts dins la seva reserva, que era anomenada la Torre del Rei, i llurs ingressos, així com el vedat situat en aquesta reserva. Demana que els ingressos del pont i de la barca de Montsó percebuts pels templers siguin únicament destinats a la construcció i a la conservació del pont. Demana que, com que rep més del terç dels ingressos de Tortosa, el batlle sigui admès

en tots els assumptes relatius a aquest lloc i que els templers li reemborsin el perjudici que ha sofert. Reclama la meitat de les honors que han estat donades o llegades als templers per la salvació de les ànimes dels difunts. Demana la part que li pertoca dels ingressos que els templers perceben per a la restauració i la conservació de les parets de Tortosa i que no estan destinats a aquesta obra. Reclama la cinquena part de totes les cavalcades i expedicions fetes pels templers a Hispània, que hauran de conduir en els llocs reials o en els llocs on es trobarà el rei. Fra Guillem de Cardona demana que el rei lliuri als frares de la milícia del Temple els forns construïts a la vilanova situada fora dels murs de la vila de Perpinyà, i que després el rei no construeixi ni autoritzi ningú a construir forns a la vila i a la vilanova de Perpinyà. Reclama el delme dels ingressos que el Temple hauria de percebre per raó dels seus privilegis sobre donacions, alienacions i intercanvis efectuats pel rei. El mestre demana el reemborsament dels drets de peatge, de les lleudes i drets d'herbatge que han estat extorquits als homes del Temple malgrat les franquícies de les quals gaudeixen, així com dels drets d'herbatge que el rei ha percebut sobre el bestiar dels templers. Es queixa a propòsit del castell de Castelló-Ceboller que els havia estat concedit a perpetuïtat i pel qual li donaven 500 sous jaquesos de cens anual. Es queixa que el rei havia atorgat una gran part del terme de Cantavella al de Morella. Demana que el terme d'Albentosa sigui afectat al Temple i delimitat tal com ho havia estat en temps dels sarraïns. Les parts es posen d'acord de la manera següent: fra Guillem de Cardona, després d'haver-ne deliberat amb els comanadors de Montsó, Cantavella, Villel, Osca, Corbins, Saragossa i amb diversos altres frares del Temple, reconeix que el rei ha de tenir un batlle a Tortosa que pugui participar en tots els assumptes tractats pel batlle del Temple, sense tanmateix tenir-hi jurisdicció ni poder coercitiu, però que rebrà els ingressos del rei que li seran lliurats pel batlle del Temple; i el batlle del Temple continuarà component i disposant de les justícies, com tenia costum de fer-ho, sense el consentiment del batlle reial, amb la condició que exerceixi legalment el seu ofici. Els templers concedeixen que totes les vegades que el rei o la reina facin estada a Tortosa tindran la meitat dels productes de la pesca i de la caça d'aquest territori; de la mateixa manera, prometen donar-los tot el bosc que necessitin en el decurs de llurs estades, i que el batlle

reial tingui una barcata *de fusta cada any. Prometen a més a més que faran els comptes dels ingressos de Tortosa un cop al mes amb el batlle del rei. A més a més, aquest podrà assistir a la subhasta de l'oli dels sarraïns, que podrà aconseguir. Els templers prometen gastar per a l'obra del murs de Tortosa tots els diners que hi siguin destinats, com estan obligats a fer-ho. Prometen donar al rei la part dels ingressos de Mianes i dels altres llocs del terme de Tortosa respecte als quals no ha estat signada cap acta entre ells, segons les modalitats estipulades en els acords relatius als altres ingressos. Prometen no percebre cap delme endarrerit sobre la part del rei; i si poden trobar a Tortosa un batlle que accepti d'ésser remunerat amb un import inferior al del delme endarrerit, l'instituiran. Es comprometen a donar al rei la meitat de tots els immobles que els siguin llegats. Prometen restituir els danys ocasionats a causa de la peixera de Miravet, si no ho han fet ja, a les víctimes afectades. El rei els lliura els perjudicis que ell mateix ha sofert a conseqüència d'aquesta peixera. Guillem Cardona promet gastar a l'obra del pont de Montsó tots els ingressos que hi siguin destinats. El rei promet assignar un territori adequat al castell d'Albentosa i restituir el del castell de Cantavella, tot conservant el que és necessari al terme de Morella. Promet concedir als templers tots els forns de Perpinyà, tant els que es troben a l'interior com els que es troben a l'exterior dels murs de la vila i de la vilanova, mentre aquesta formi part de la ciutat. Ningú no podrà coure-hi pa en forns contra la voluntat dels templers. El rei promet que els templers tindran el delme dels ingressos de totes les alienacions que han estat fetes per ell i pels seus antecessors des de la donació del delme al Temple, a excepció de les seves conquestes i adquisicions, i promet de fer-los justícia contra els qui detenen aquest delme. Promet no percebre cap lleuda del Temple i dels seus homes, llevat que siguin mercaders, cas en el qual percebrà la lleuda sobre llurs mercaderies. Promet que la casa del Temple tindrà perpètuament el castell de Castelló-Ceboller amb tots els seus drets, mitjançant 500 sous de moneda jaquesa de cens anual. Promet que ell i els seus successors no percebran cap dret de pasturatge sobre el bestiar dels templers i de llurs homes a Catalunya i a Aragó, excepte els que comerciïn en bestiar. Com a recompensa pels nombrosos favors que li han fet, el rei renuncia a les requestes que feia als templers a propòsit de l'almoina a Gardeny i de Montsó,*

dels molins drapers i de la cinquena part de les cavalcades i expedicions d'Hispània. Exceptua tanmateix l'encunyació, de la qual es reserva la integritat dels drets a les ciutats i castells del seu regne posats sota la jurisdicció dels templers, sense perjudici de l'exempció d'aquest dret, del qual gaudeixen per raó de llurs privilegis i indulgències.

A Original, pergamí, ACA, perg. Jaume I núm. 1083.
B Còpia del segle XIII, ACA, Cancelleria Reial, reg. núm. 310, f. 50.
C Còpia del segle XIII en català, Cartoral del Temple, Archivo Histórico Nacional, Madrid, 598b, doc. 73.
D Còpia autèntica del 30 d'abril de 1512, pergamí perdut antigament conservat a l'arxiu de l'església del Temple de Perpinyà, segons *B.*[301]
E Còpia del segle XVII, *Privilèges de l'ordre de Saint-Jean de Jérusalem*, ADPO, Hp182, ff. 47v-48v, segons D.[302]
a HUICI MIRANDA, Alberto, *Colección diplomática de Jaime I el Conquistador* (*1217-1253)*, vol. II, Valencia, 1916-1919, doc. núm. 320.
b HUICI MIRANDA, Alberto, CABANES PECOURT, *María Desamparados, Documentos de Jaime I de Aragón (1237-1250),* vol. II, València, 1976, doc. núm. 467, pp. 271-276.
Indicat: ALART, *Privilèges et titres...*, p. 187. MIRET I SANS, Joaquim, *Itinerari de Jaume I el Conqueridor,* Barcelona, 1918, p. 189.

Noverint universi quod inter nos, dominum Jacobum, Dei gracia regem Aragonum, Majoricharum et Valencie, comitem Barchinone et Urgelli et dominum Montispessulani, et nobilem virum fratrem Guilelmum de Cardona, venerabilem magistrum milicie Templi in Aragonia et Cathalonia, et quosdam alios ejusdem ordinis magistros, ejus predecessores, super subjectis capitulis, titu-

301. «[Transcripció de l'acta del 28 de juliol de 1247:] Sig+num Petri Michaelis Carbonelli, serenissimi domini regis scribae regia auctoritate nottarii publici Barchinone ac regii archivarii una et insolidum cum Francisco Carbonello filio conscribo, connotario et coarchivario meo, qui hujusmodi compositionis instrumentum factum et firmatum per et inter serenissimum dominum Jacobum divi dominis regem Aragonum, magistrumque et fratres militiae Templi super furnis, molendinis et aliis in ipso instrumento exaratis regio jussu ut jacet ad verbum ab ejus originali inserto in quodam magno libro membranis scripto pretitulato Templariorum apud regiam archivum Barchinone recondito sumpsi ego quidem Petrus Michael Carbonellus memoratus excribique feci ac veridice comprobavi atque clausi die trigesima mensii aprilis, anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo duodecimo.»

302. «Hoc est exemplum sive transumptum bene et fideliter in villa Perpinyani Elnensis diocesis sumptum a quodam publico instrumento in pergameneo scripto, in archivo Beatae Mariae de Templo Perpinyani religionis Sancti Joannis Hierosolimitanensis, ubi omnia privilegia et aliae scripturae comandae magistralis Mansi Dei ejusdem ordinis reconduntur, reposito et custodito, non viciato, non cancellato neque in aliqua ejus parte suspecto, sed omni prorsus vitio et suspicione carente, cujus thenor de verbo ad verbum sequitur in hunc modum: [Segueix la transcripció de la còpia autèntica del 30 d'abril de 1512].»

lis seu petitionibus, questio fuit diucius agitata; que quidem capitula, titulos seu petitiones presentis scripture serie per ordinem duximus annotanda, ne in futurum lis inter nos, heredes seu successores nostros, et magistrum et fratres Templi predictos eorumque successores sopita valeat suscitari. Sciendum igitur est in primis quod nos formavimus et fecimus petitiones nostras contra supradictum magistrum et fratres in hunc modum: Petit dominus rex a magistro milicie Templi, comendatoribus et fratribus Templi Gardenii et Montissoni quod, cum ipsi teneantur facere helemosinam in Gardenio et Montisono ob remedium et nomen animarum decessorum ipsius regis, et eam facere substraxerat, petit, ratione preteriti temporis, emendam sibi fieri, et quod in posterum consueta helemosina prebeatur. Item, petit ab eisdem magistro et fratribus molendina traparia[a] Gardenii, cum fructibus inde perceptis et percipiendis, que sunt constructa in dominicatura domini regis, et partem illius soti qui est in eadem dominicatura que consuevit vocari Turris domini regis. Item, petit quod cum Templarii recipiant redditus ratione pontis Montissoni construendi et conservandi, ita quod homines libere inde possint transire, retinent sibi redditus pontis cum illos redditus ad restaurationem et constructionem predicti pontis expendere debeant. Unde, cum plurima dampna contigerint transeuntibus ob deffectum eorum, petit predictos redditus, tam pontis quam barche, ratione preteriti temporis, tam in constructione quam in restauratione predicti pontis debere expendi, et illud idem de redditibus illis in posterum observari. Item, petit quod cum ipse accipiat terciam partem et amplius in Dertusa, et debeat tenere bajulum suum ibi, templarii, bajulo domini regis irrequisito, faciunt compositionem de causis et redditibus et pedagiis, et dant quod volunt eidem bajulo, nec recipiunt eum in aliquo. Unde petit eis precipi quod suum bajulum in omnibus causis, tractatibus et compositionibus admittant, et dampnum sibi passum restitui. Item, petit medietatem illorum honorum qui dati vel relicti fuerint, ob remedium animarum decedentium in Dertusia, Templariis. Item, petit quod cum ipsi recipiant certos redditus pro restauratione et sustentatione murorum sute Dertusie et aliquam partem in eos usus expendant, de eo quod remanet expendendum petit portionem ei contingentem. Item, petit quintam omnium cavalcatarum sive expeditionum Yspanie factarum et faciendarum a fratribus Templi, quas tornaverint vel tornabunt in locis domini regis, vel ubi ipse est, vel erit, personaliter. Nos vero frater Guilelmus de Cardona, domorum milicie

Templi in Aragonia et Cathalonia magister, pro parte Templi petitiones nostras formavimus et fecimus contra dominum regem in hunc modum: Petit frater G(uilelmus) de Cardona, magister predictus, pro se et comendatoribus et fratribus Templi, quod dominus rex tradat et deliberet sibi furnos ab eodem extra muros in populatione nova constructos, que est extra villam Perpiniani, et quod decetero ipse rex non construat nec permittat ab aliquo construi furnos neque lenas in villa nec in populatione Perpiniani. Item, petit dictus magister super quibusdam donationibus, alienationibus sive permutationibus factis et translatis in alias personas, decimam reddituum quam perdit et debet habere juxta privilegia sua. Item, de pedagiis, leçdis et herbaticis que extorquentur ab hominibus suis in quibusdam locis contra franchitates eis concessas, et similiter de herbaticis que facit percipi a fratribus de suis bestiariis. Item, injuriatur eisdem super castello *Çeboler*, de quo faciebant ei annuatim quingentos solidos pro censu, et imperpetuum eis erat concessum. Item, injuriatur eisdem super terminis Cantavetule, de quibus magnam partem appropriavit terminis de Morella. Item, petit terminos Alventose eis assignari et terminari, sicut tempore Sarracenorum erant terminati et assignati. Et cum super premissis capitulis et ratione ipsorum fuisset causa, sicut premissum est, sepius agitata, tandem ad compositionem amicabilem et concordiam, per Dei graciam, devenimus in hunc modum: Quod nos, frater Guilelmus de Cardona, magister prenominatus, deliberatione et tractatu prehabitis cum fratribus nostris, videlicet fratre Raimundo de Serra, comendatore Monsonis, fratre Dalmacio de Fonollario, fratre Bernardo de Altariba, comendatore Vetulecante, fratre Gauterio de Leç, comendatore Vilelli, fratre Sancio de Oso, comendatore domus Osce, fratre Sancio de Tena, comendatore de *Corbins* et decimario, et fratre Arnaldo Ferrarii, comendatore Cesarauguste, et cum aliis pluribus fratribus nostris nobiscum asistentibus, recognoscimus et concedimus vobis, domino regi, et vestris successoribus imperpetuum, quod habeatis et habere debetis bajulum in Dertusa, qui possit interesse omnibus causis, tractatibus et compositionibus quas faciet bajulus Templi; non tamen bajulus vester in hoc habeat jurisdictionem vel cohercionem aliquam, set solum redditus vestros accipiat per manum bajuli Templi. Et bajulus Templi possit componere et dimitere[b] de justiciis, sicut consuevit actenus, non expactato[c] nec requisito consensu bajuli vestri nec vestrorum successorum, dum tamen hoc faciat sine fraude. Item, quod habeatis medietatem piscationis et

venationis, que fient in Dertusa et ejus terminis, quocienscumque et quandocumque eritis presentes in Dertusa vos vel domina regina et successores vestri et domine regine imperpetuum. Item, quod Templum det ligna ad sufficienciam vobis et domine regine et successoribus vestris et domine regine imperpetuum quocienscumque et quandocumque presentes fueritis in Dertusa ambo vel alter; et preter hoc quod bajulus vester et successorum vestrorum habeat unam barchatam lignorum semel quolibet anno; et quod computacio reddituum fiat singulis mensibus semel cum bajulo vestro et successorum vestrorum. Item, quod bajulus vester et successorum vestrorum intersit incantatori olei Sarracenorum et possit scribere encantum. Item, per nos et nostros successores omnes recognoscimus et confitemur quod tenemur expendere omnes maçmutinas assignatas operi in ipso opere quolibet anno; et promittimus quod eas expendamus, sicut nos fatemur. Item, promittimus per nos et successores nostros quod si Templum tenet in Mianis vel in aliquo loco Dertuse, vel terminorum ejus, ultra formam instrumentorum confectorum inter vos et predecessores vestros et Templum, demus inde vobis et successoribus vestris fideliter partem, secundum formam instrumentorum predictorum, nisi instrumento speciali nos contra hoc tueri possimus. Item, promittimus quod nos vel Templum de retrodecimo nichil percipiat quin det partem vestram vobis et successoribus vestris; et si aliquo tempore poterimus invenire bajulum in Dertusa, qui ibi sit pro minori parte quam sit retrodecimum, quod eum ibi ponamus bona fide. Item, quod demus medietatem vobis et successoribus vestris imperpetuum fideliter omnium inmobilium que relinquentur, vel dabuntur, vel relicta sunt, vel data, Templo, vel fratribus, ob remedium animarum, vel alia causa. Item, promittimus quod restituemus dampnum passis in pexeria de Miraveto, si quod adhuc non restituimus illis qui ibi dampnum passi sunt. Est tamen certum quod nos, dominus Jacobus rex predictus, remisimus vobis, magistro, comendatoribus et fratribus vestris, et successoribus vestris imperpetuum, dampnum nostrum proprium, quod ratione dicte pexerie sustinuimus. Item, nos, predictus frater G(uilelmus) de Cardona, magister, promittimus et convenimus quod expendamus omnes redditus pontis de Montesone in opere ipsius pontis faciendi et sustentandi. Versa vice, in dicta composicione fuit dictum et ordinatum, quod nos, Jacobus rex predictus, assignemus terminum competentem castro de Alventosa Cesarauguste diocesis, et dimitamus[d] terminum suum castro de *Cantavela*, salvis terminis

de Morella quos habere debet. Item, quod dimitamus[d] et concedamus vobis, magistro et fratribus vestris et domui Templi imperpetuum, per nos et omnes successores nostros, omnes furnos de Perpiniano, tam infra muros quam extra muros de populatione et villa facta et facienda, dum tamen ipsa populatio in mediate adhereat ipsi ville de Perpiniano; et quod nullus ibi possit coquere panem in lenis[e] in prejudicium juris vestri, vel contra voluntatem vestram. Item, quod Templarii habeant decimam reddituum de omnibus alienationibus factis a nobis et predecessoribus nostris post donationem decime factam Templo, secundum quod in carta donationis facte Templo plenius continetur, salvis tamen conquistis et adquisitionibus nostris; et quod teneamus eis inde justiciam contra detentores decime supradicte. Item, quod nec nos nec successores nostri percipiamus leçdam de Templo vel ejus hominibus, nisi forte fuerint mercatores, a quibus recipiamus leçdam de hiis que causa mercimonii portaverint. Item, quod domus Templi imperpetuum habeat castrum Castellionis *Çeboler*, cum omnibus juribus suis, pro quingentis solidis Jachensium censualibus quolibet anno dandis nobis et successoribus nostris. Item, quod nec nos nec successores nostri accipiamus herbaticum vel carnaticum in Catalonia vel Aragonia a Templo vel hominibus suis de rebus eorum, nisi forte causa mercimonii has portarent. Nos igitur Jacobus, rex predictus, bona et libera voluntate et ex certa scientia, pro nobis et successoribus nostris et heredibus universis, ob multa grata et utilia servicia nobis et predecessoribus nostris a predictis venerabili magistro fratre G(uilelmo) de Cardona, comendatoribus et fratribus milicie Templi, et eorum predecessoribus exhibita, predictam compositionem laudantes, approbantes et imperpetuum confirmantes, per nos et omnes successores nostros, diffinimus imperpetuum et remittimus vobis, venerabili magistro, comendatoribus et fratribus supradictis vestrisque successoribus universis, nomine domus milicie Templi, petitionem quam faciebamus de helemosina facienda in Gardenio et Monsone, et petitionem de molendinis traperiis[f] et soti, et petitionem quinte cavalcatarum seu expeditionum Yspanie, prout in petitionibus nostris suprapositis latius dicta capitula continentur. Diffinimus itaque vobis et vestris successoribus, per nos et omnes nostros successores, omne jus omnesque actiones, petitiones seu querimonias et demandas usque in hunc presentem diem super predictis tribus capitulis competentes et competituras, volentes et promittentes bona fide, pro nobis et successoribus nostris omnibus, omnia et

singula predicta fideliter observare et in aliquo nunquam contravenire. Et renunciamus pro nobis et successoribus nostris universis juri seu beneficio petende restitutionis in integrum omnique juri canonico et civili, scripto et non scripto, statuto vel statuendo, generali et speciali, et omni consuetudini et foro ac privilegio generali vel speciali, obtento vel obtinendo omnique exceptioni et deffensioni facti et juris; promittentes bona fide numquam contravenire in omnibus et singulis supradictis, sicut superius dictum est. Hanc siquidem diffinitionem seu remissionem et compositionem vobis, supradicto magistro et fratribus, et vestris successoribus facimus super omnibus et singulis supradictis, sicut superius est distinctum. Monetaticum tamen ab hac diffinitione et remissione excipimus et retinemus nobis et successoribus nostris in villis et castris juridictionis Templi, in terris et regnis nostris constitutis, integre persolvendum nobis et nostris successoribus, prout moris est solvi nobis in civitatibus et locis aliis terre nostre. Per hanc tamen retentionem seu exceptionem monedatici nolumus quod juri Templi seu deffensionibus, siquas habent, in non solvendo monedatico aliquod prejudicium generetur. Ad hec nos, frater G(uilelmus) de Cardona, magister predictus, pro nobis et successoribus nostris, predictam compositionem et omnia predicta et singula acceptantes, laudantes et approbantes, de consensu fratrum predictorum, retinemus et salvamus nobis et successoribus nostris et fratribus Templi, presentibus et futuris, de dicto monedatico non solvendo ratione privilegiorum seu indulgenciarum nobis et antecessoribus nostris et fratribus et domui Templi a summis pontificibus et a vobis, domino rege predicto, et vestris predecessoribus concessarum, seu quocumque alio modo vel causa competentibus aut competituris. Per hanc tamen nostram protestationem et retentionem nolumus quod juri, si quod habetis, vel deffensioni vestre et vestrorum, quantum ad petitionem et receptionem dicti monedatici, aliquod prejudicium generetur. Et quantum ad omnia et singula pro nobis et successoribus nostris et fratribus et domo Templi, renunciamus specialiter juri sive beneficio petende restitutionis in integrum omnique juri canonico et civili, scripto et non scripto, statuto vel statuendo, generali et speciali, et omni consuetudini vel foro, ac privilegio speciali vel generali a nobis obtento, vel in posterum obtinendo omnique exceptioni facti et juris; promittentes bona fide nunquam contravenire in omnibus et singulis supradictis. Data Osce, quinto kalendas augusti, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo.

Sig-(SM)-num Jacobi, Dei gracia regis Aragonum, Majoricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Sig+num fratris Guilelmi de Cardona, in Aragonia et Cathalonia domorum milicie Templi magistri. Sig+num fratris Raymundi de Serra, comendatoris Montissonis. Sig+num fratris Dalmacii de Fonollario. Sig+num fratris Bernardi de Alta Riba, comendatoris Vetule cante. Sig+num fratris Gauterii de Leç, comendatoris Vilelli. Sig+num fratris Sancii de Oso, comendatoris domus Osce. Sig+num fratris Sancii de Tena, comendatoris de Corbins et decimario. Sig+num fratris Arnaldi Ferrarii, comendatoris Cesarauguste, nos qui omnia supradicta laudamus, concedimus et imperpetuum confirmamus.

Hujus rei testes sunt: (*1a columna*) Guilelmus de Entença, Rodericus de Liçana, (*2a columna*) Examinus de Focibus, Artallus de Focibus, *A.* de Gual, (*3a columna*) P. Cornelii, majordomus Aragonie, Examinus Petri, Martinus Petri, justicia Aragonie, (*4a columna*) Palaçinus de Focibus, R. Guilelmi Dodena, G. de Pulcroloco, notarii domini regis.

Sig-(SM)-num magistri *B.* de Solario, domini regis notarii, qui, mandato ipsius et predictorum magistri Templi et fratrum, hec scribi fecit, cum litteris suprapositis in XXIX linea ubi dicitur «in lenis», loco, die et anno prefixis.

a. *Sic A per* draparia. b. *Sic A per* dimittere. c. *Sic A per* expectato. d. *Sic A per* dimittamus. e. in lenis *afegit a la interlínia A.* f. *Sic A per* drapariis.

484

1247, 26 de setembre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Bernat de Montsó i Berenguer de Caramany, dóna en acapte a Ramon Cogombre un terreny de dues monallades d'ample i quatre monallades de llarg, situat a Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, el comanador del Masdéu reconeix haver rebut 50 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 382r-v, acta núm. 700.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 95-96, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, per me et per omnes successores meos, cum consilio et laudamento fratris Bernardi de *Monson*, preceptoris domus milicie Templi Perpiniani, et fratris Berengarii de *Caramany*, dono atque in presenti trado ad accapitum tibi, Raymundo *Cogombre*, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, II monallatas de pati in latitudine et IIII in longitudine, de celo usque in abyssum,[a] ad faciendum ibi domos, quod pati est infra terminos Perpiniani, extra portale quod dicitur de Malleolis, et affrontant ab oriente in tenencia Petri Giraldi, a meridie in furno nostro, ab occidente in tua tenencia, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita dono ad accapitum tibi et tuis dictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus. Sub tali quidem foma et pacto quod tu et tui, qui dictum pati sive domos habueritis et tenueritis, donetis semper michi et successoribus meis et dicte domui nostre pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos malguriensium bonorum; et quocienscumque dictum pati sive domus venderetur vel inpignoraretur, ego et successores mei habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui rem predictam vendere volueritis, primum michi et successoribus meis denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis dictas domos sive pati vendere cuicumque volueritis, ut dictum est superius, salvo censu et foriscapio nostro. Promittimus[b] etiam tibi, stipulanti, quod ego et successores mei faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde tibi et tuis de evictione, obligando inde tibi et tuis omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habui et accepi a te pro accapito L solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatum[c] me teneo, renuncians excepcioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] misi in utilitate dicte domus milicie Templi. Actum est hoc VI kalendas octobris, anno M° CC° XL VII°. Sig+++na fratris Petri *Examenes*, et fratris Bernardi de *Monson*, et fratris Berengarii de

Caramany predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na magistri Raymundi, et magistri Berengarii, et Balagerii, bajuli de Palacio, testium. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. promitimus *B*. c. paccatum *B*. d. peccunie *B*. e. peccuniam *B*.

485

1247, 18 d'octubre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Bernat de Montsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Berenguer de Caramany i fra Jaume, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Pere de Bardol un terreny situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 40 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 431v-432, acta núm. 814.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Bernardus de Monsono, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater Berengarius de *Caramain*, et ego frater Jacobus, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Petro de *Bardol*, et tui, et cui volueris perpetuo, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat[b] ab oriente in tenencia Petri de Casis et in nostra tenencia, a meridie in via, ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in via de nostra tenencia. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi et tuis predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem foma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis, et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu quolibet

anno in festo Natalis Domini II solidos malguriensium bonorum; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[c] etiam tibi bona fide et per stipulationem, quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito XL solidos malguriensium, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes excepcioni pecunie[e] non numerate, quam pecuniam[f] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc XV° kalendas novembris, anno Domini M° CC° XL VII°. Sig++++na fratris Petri Exemenes, et fratris Bernardi de Monsono, et fratris Berengarii de Caramain, et fratris Jacobi, ejusdem domus, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Poncii Clerici, et Johannis Textoris de Agnils et Bernardi Semaler, testium. Ego Petrus de Mosseto hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. affrontant *B.* c. promitimus *B.* d. paccatos *B.* e. peccunie *B.* f. peccuniam *B.*

486

1247, 26 d'octubre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Bernat de Montsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Berenguer, fra Bernat de Calce i fra Esteve, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Guillem de Font d'Aranyonet i a la seva esposa Berenguera un terreny de dues monallades d'ample i dues monallades de llarg, situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per

a construir-hi cases. Els terratgers hauran de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 30 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 393v-394, acta núm. 725.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 97-98, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Bernardus de Monsono, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater Berengarius, et ego frater Bernardus de Calcia, et ego frater Stephanus, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo de Fonte d'*Aranonet*, et Berengarie, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis perpetuo, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, videlicet II monallatas in latitudine et alias duas monallatas in longitudine, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontant ab oriente in via, a meridie et ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum vobis et vestris predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem foma et pacto quod vos et vestri, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis, et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos malguriensium. Et quocienscumque vos vel vestri dicte domus venderetis vel inpignoraretis, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque vos vel vestri eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam vobis bona fide et per stipulationem, quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum vobis et vestris totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur vobis et

vestris sine fraude de omni evictione, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, ubique. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a vobis pro accapito XXX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes excepcioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc VI° kalendas novembris, anno M° CC° XL° VII°. Sig+++++na fratris Petri Exemenes, et fratris Bernardi de Monsono, et fratris Berengarii, et fratris Bernardi de Calcia, et fratris Stephani predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Ferrarii Alexandri, et Johannis Fabri de Sala et Petri Augerii, fusterii, testium. Ego Bernardus Borra hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.*

487

1248 (nou estil), 6 de gener

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Bernat de Montsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Ramon de Perapertusa, fra Guillem de Pesillà i fra Bernat de Calce donen en acapte a Bernat Fabre de Jóc un terreny d'una monallada d'ample i dues monallades de llarg, situat a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 12 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 15 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 311, acta núm. 555.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. X, p. 107, segons *B.*
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 79-82, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Bernardus de Monsono, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater Raymundus de Petra pertusa, et ego frater Guilelmus de

Pediliano, et ego frater Bernardus de Calcia, per nos et per omnes successores nostros, damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Bernardo Fabri de *Joc*, et tuis, et cui volueris perpetuo, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, scilicet unam monallatam in latitudine et II monallatas in longitudine, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Poncii Cucumerii, a meridie et ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi et tuis predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis nobis et successoribus nostris et dicte domui nostre pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini XII denarios malgurienses bonos; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueris, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam tibi et tuis bona fide et per stipulationem quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donationem bonam habere et tenere in pace ab omni persona. Et tenebimur tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei. Et pro hac donatione, habuimus et accepimus a te pro accapito XV solidos[c] malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[e] non numerate, quam pecuniam[f] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est VIII idus januarii, anno Domini M° CC° XL° VII°. Sig+++++na (fratris)[g] Petri Exemenes, et fratris Bernardi de Mosono, et fratris Raymundi de Petra pertusa, et fratris Guilelmi de Pediliano, et fratris Bernardi de Calcia, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Johannis Fabri de Sala, et Bernardi Cerdani, pelliperii, et Poncii Costa de Toyrio, testium. Ego Bernardus Borra hanc cartam scripsi mandato Petri

Calveti, et suprascripsi in VII[a] linea «ab aquilone in via». Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. solidos *repetit per error B.* d. paccatos *B.* e. peccunie *B.* f. peccuniam *B.* g. fratris *omès B.*

488

1248 (nou estil), 28 de gener

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Bernat de Montsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Bernat de Calce, i fra Ramon i fra Pere, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Pere de n'Auda un terreny d'una monallada situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 2 sous i 6 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 50 sous.

A[1] Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí, amplada 165 mm, alçada 115/120 mm, ADPO, Hp186.[303]

A[2] Original perdut.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 341r-v, acta núm. 619, versemblantment segons *A*[2].

C Còpies parcials del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 99-103, segons A1 i *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Bernardus de Monsono, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater Bernardus de Calcia, et ego frater Raimundus,[a] et ego frater Petrus, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti yrrevocabiliter[b] tradimus ad accapitum tibi, Petro de Auda, et tuis, et cui volueris perpetuo, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I monellatam[c] de pati, de celo usque in habissum,[c] de nostra tenencia,

303. El document porta al dors una anotació del segle XV en català parcialment esborrada: «(...) qua casa fa II s. VI d. lo damunt davant frares minors. Perpinya», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3037».

sicut determinatum est, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in nostra tenencia, a meridie in via publica, ab occidente in tenencia Raimundi *Sadol*, ab aquilone in via publica. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi et tuis predictam monellatam[d] de pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum pati[e] sive domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris et dicte domui nostre pro censu, quolibet anno in festo Natalis Domini, II solidos VI denarios malguriensium bonorum; et quocienscumque tu vel tui dictam monellatam[f] de pati venderetis vel inpignoraretis, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eam vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spatio XV dierum[g] cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eam vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus etiam tibi bona fide et per stipulationem quod nos et successores nostri faciemus in perpetuum[h] tibi et tuis totam predictam donationem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei ubique. Et pro hac donatione, habuimus et accepimus a te pro accapito L solidos[i] malguriensium bonorum, de quibus per paccatos nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie non numerate, quam peccuniam recognoscimus verssam[j] esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc V kalendas februarii, anno Domini MCCXLVII. Sig+++++na fratris Petri Exemenes, et fratris Bernardi de Mossono, et fratris Bernardi de Calcia, et fratris Raimundi, et fratris Petri, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Pagani Fusterii, et Ferrarii Bermundi,[k] et Bernardi Bajuli de Palatio, testium. Ego Petrus de Mosseto hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti, et suprascripsi in VIII[a] linea «pati». Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et suprascripsit in XVIa linea «solidos», et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Raymundus *B.* b. irrevocabiliter *B.* c. monallatam *B.* d. *Sic AB per* abyssum. e. pati *afegit a la interlínia A.* f. dicta monallata *B.* g. X dierum *B.* h. imperpetuum *B.* i. solidos *afegit a la interlínia A.* j. versam *B.* k. Bremundi *B.*

489

1248 (nou estil), 6 de febrer

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Bernat de Montsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Bernat de Calce, fra Ramon de Perapertusa i fra Pere Servent donen en acapte a Bernat de Mataplana, blanquer, un terreny d'una monallada d'ample i quatre monallades de llarg, situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 2 sous i 6 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 50 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 312v-313, acta núm. 559.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 86-88, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus Examenes, preceptor domus Mansi Dei, et frater Bernardus de Monsono, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et frater Bernardus de Calcia, et frater Raymundus de Petra pertusa, et frater Petrus *Servent*, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Bernardo de Mataplana, aluderio, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati de nostra tenencia, de celo usque in abyssum,[a] scilicet I monallatam in latitudine et IIII monallatas in longitudine, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Raymundi Gauterii, aluderii, a meridie in via, ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi et tuis dictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris et dicte domui nostre pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos VI denarios malguriensium bonorum; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum

noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueris, ut superius dictum est, salvo censu nostro, et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam tibi bona fide per stipulationem quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totam predictam donationem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis de evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre ubique. Et pro hac donatione habuimus et accepimus a te pro accapito L solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc VIII idus februarii, anno Domini M° CC° XL° VII°. Sig+++++na fratris Petri Examenes, et fratris Bernardi de Monsono, et fratris Bernardi de Calcia, et fratris Petri *Servent*, et fratris Raymundi de Petra pertusa, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Bernardi Cerdani, pellicerii, et Pagani Fusterii, et Guilelmi Poncii, clerici, testium. Ego Bernardus Borra hanc cartam scripsi mandato Raymundi de Villa longa, et suprascripsi in XX[a] linea «et fratris Raymundi de Petra pertusa». Raymundus de Villa longa, notarius publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.*

490

1248 (nou estil), 6 de febrer

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Bernat de Montsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Bernat de Calce, fra Ramon de Perapertusa i fra Pere Servent donen en acapte a Miquel Guerau, pellaire, un terreny d'una monallada d'ample i quatre monallades de llarg, situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 2 sous i 6 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 50 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 339r-v, acta núm. 615.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 83-85, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus Examenes, preceptor domus Mansi Dei, et frater Bernardus de Monsono, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et frater Bernardus de Calcia, et frater Petrus Servent, frater Raymundus de Petra pertusa, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Michaeli Gerau, pellicerio, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati de nostra tenencia, de celo usque in abyssum,[a] scilicet unam monallatam in latitudine et IIII[or] monallatas in longitudine, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Bernardi de Mataplana, aluderii, a meridie in via, ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi et tuis dictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris et dicte domui nostre pro censu, quolibet anno in festo Natalis Domini, II solidos et VI denarios malguriensium bonorum; et quocienscumque dicte domus venderetur vel inpignoraretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro, et salvo etiam foriscapio nostro. Promittimus[b] etiam tibi bona fide et per stipulationem quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis de evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre ubique. Et pro hac donacione habuimus et accepimus a te pro accapito L solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maximam utilitatem dicte domus nostre. Actum est hoc VIII idus febroarii, anno Domini M° CC° XL°

VII°. Sig+++++na fratris Petri Examenes, et fratris Bernardi de Monsono, et fratris Bernardi de Calcia, et fratris Petri Servent, et fratris Raymundi de Petra pertusa predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Bernardi Cerdani, pellicerii, et Pagani Fusterii, et Guilelmi Poncii, clerici, testium. Ego Petrus de Villarasa, hanc[f] cartam scripsi mandato Raymundi de Villa longa, et suprascripsi in XVII[a] linea «febroarii».

Raymundus de Villa longa, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. promitimus *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. peccuniam *B*. f. han *B*.

491

1248 (nou estil), 6 de febrer

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Bernat de Montsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Bernat de Calce, fra Ramon de Perapertusa i fra Pere Servent donen en acapte a Guillem de Tou de Malloles un terreny d'una monallada d'ample i dues monallades de llarg, situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 12 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 20 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 379, acta núm. 693.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 104-105, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus Examenis, preceptor domus Mansi Dei, et frater Bernardus de Montesono, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et frater Bernardus de Calcia, frater Raymundus de Petra pertusa, et frater Petrus *Servent*, per nos et per omnes successores nostros damus et in presenti tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo de Tovo de Malleolis, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati de nostra tenencia, de celo usque in abyssum,[a] scilicet unam monallatam in latitudine, et II monallatas in longitudine, ad faciendum ibi domos, quod pati est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia

Petri de *Bardol*, a meridie in tenencia nostra, ab occidente et ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi, dicto Guilelmo de Tovo, et tuis, et cui volueris, predictum pati, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus. Sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum pati sive domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris et dicte domui nostre pro censu, quolibet anno in festo Natalis Domini, XII denarios malgurienses bonos; et quandocumque et quocienscumque dictum pati sive domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque tu vel tui dictam rem vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eam vendere cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo censu nostro et etiam foriscapio. Promittimus[b] etiam tibi bona fide et per stipulacionem quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre ubique, presencie et futura. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito XX solidos malguriensium bonorum, in quibus renunciamus exceptioni pecunie[c] non numerate, quam pecuniam[d] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc VIII° idus febroarii, anno Domini M° CC° XL° VII°. Sig+++++na fratris Petri Examenis, preceptoris, et fratris Bernardi de Monte Sono, et fratris Bernardi de Calcia, et fratris Raymundi de Petra pertusa, et fratris Petri *Servent*, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Pagani Fusterii, et Guilelmi *Barrot*, et Guilelmi Vitalis de Alaniano, testium. Ego Raymundus de Turre hanc cartam scripsi mandato Raymundi de Villa longa.

Raymundus de Villa longa, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. peccunie *B.* d. peccuniam *B.*

FUNDACIÓ NOGUERA

492

1248 (nou estil), 14 de febrer

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Bernat de Montsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Bernat de Calce i fra Pere Servent donen en acapte a Bernat Joer de Montesquiu un terreny d'una monallada d'ample i quatre monallades de llarg, situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 2 sous i 6 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 50 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 400r-v, acta núm. 739.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 106-107, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, et ego frater Bernardus de Monsono, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater Bernardus de Calcia, et ego frater Petrus *Servent*, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Bernardo Joerio de Montesquivo, et tuis, et cui volueris perpetuo, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati, de celo usque in abyssum,[a] de nostra tenencia, scilicet unam monallatam in latitudine et IIII monallatas in longitudine, ad faciendum ibi domos, que est infra terminos Perpiniani, et affrontant ab oriente in tenencia Petri Monerii de Sureda, a meridie in via publica, ab occidente in nostra tenencia et ab aquilone in via publica. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi et tuis predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos[b] habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris, et dicte domui nostre pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos VI denarios malguriensium bonorum. Et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus[c] inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum

cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueris, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[d] etiam tibi bona fide et per stipulacionem quod nos et successores nostri faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei ubique. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito L solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[e] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[f] non numerate, quam pecuniam[g] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc XVII° kalendas marcii,[h] anno Domini M° CC° XL° VII°. Sig++++na fratris Petri Examenes, et fratris Bernardi de Monsono, et fratris Bernardi de Calcia, et fratris Petri *Servent* predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Pagani Fusterii, et Johannis Fabri de Sala, et Petri Reynardi, testium. Ego Bernardus Borra hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. domus *B*. c. habemus *B*. d. promitimus *B*. e. paccatos *B*. f. peccunie *B*. g. peccuniam *B*. h. marchii *B*.

493

1248, 30 de març

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Bernat de Montsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Bernat de Calce, fra Ramon de Perapertusa, fra Pere Servent i fra Pere de Puig Otrer donen en acapte a Ramon de Banyuls i a la seva esposa Estranya un terreny d'una monallada d'ample i quatre monallades de llarg situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. Els terratgers hauran de donar-los 12 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 15 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 427, acta núm. 802.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 108-109, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus Examenes, preceptor domus Mansi Dei, et frater Bernardus de Monte Sono, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et frater Bernardus de Calcia, et frater Raymundus de Petra pertusa, et frater Petrus *Servent*, et frater Petrus *Pujotrer*, per nos et per omnes successores nostros damus et in presenti tradimus ad accapitum vobis, Raymundo de Bainullis et Extranee, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati de nostra tenencia, de celo usque in abyssum,[a] scilicet unam monallatam in latitudine et IIII[or] in longitudine, ad faciendum ibi domos, quod pati est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Petri de *Bardol*, a meridie in via publica, ab occidente in via publica, ab aquilone in tenencia Guilelmi de Tovo de Malleolis. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum vobis et vestris predictum pati, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestri, qui dictum pati sive domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris, et dicte domui nostre pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini XII denarios malgurienses bonos. Et quandocumque et quocienscumque dictum pati sive domos venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et quocienscumque vos vel vestri dictam rem vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris eam vendere cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo censu nostro predicto et etiam foriscapio. Promittimus[b] etiam vobis bona fide et per stipulacionem, nos et successores nostros semper vobis et vestris de predicta donacione fore legitimos auctores et deffensores ab omni persona, et tenebimur vobis sine fraude de evictione, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus nostre ubique, presencia et futura. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a vobis pro accapito XV solidos malguriensium bonorum, in quibus renunciamus exceptioni pecunie[c] non numerate, quam pecuniam[d] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum

est hoc III kalendas aprilis, anno Domini M° CC° XL° VIII°. Sig++++++na fratris Petri Exemenes, et fratris Bernardi de Monte Sono, et fratris Bernardi Calcia, et fratris Raymundi de Petra pertusa, et fratris Petri *Servent*, et fratris Petri *Pujotrer* predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Bernardi *Raçedor* de Toyrio, et Petri *Just*, et Raymundi *Plaçensa* testium. Ego Raymundus de Turre hanc cartam scripsi mandato Raymundi de Villa longa. Raymundus de Villa longa, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. promitimus *B*. c. peccunie *B*. d. peccuniam *B*.

494

1248, 5 d'abril

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Bernat de Montsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Bernat de Calce, fra Pere de Puig Otrer i fra Ramon de Perapertusa donen en acapte a Guillem Bernat de Sagristà un terreny d'una monallada i mitja d'ample i dues monallades de llarg situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 18 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 22 sous i 6 diners melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 361v, acta núm. 658.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 110-111, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Exemenes, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Bernardus de Monte Sono, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego frater Bernardus de Calcia, et ego frater Petrus Pujotrerius, et ego frater Raymundus de Petra pertusa, per nos et per omnes nostros successores damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo Bernardo de Sacrista, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati de nostra tenencia, de celo usque in abyssum,[a] scilicet I monallatam et dimidiam in latitudine et II in longitudine, ad faciendum ibi domos, quod est infra terminos Perpinia-

ni, et affrontat ab oriente in tenencia Bernardi Fabri, a meridie et ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in via publica. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi et tuis predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris et dicte domui nostre pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini XVIII denarios malgurienses bonos; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro, et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam tibi bona fide et per stipulationem quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis de evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona nostre domus antedicte ubique. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito XXII solidos VI denarios malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate nostre domus predicte. Actum est hoc nonas aprilis, anno Domini M° CC° XL° VIII°. Sig+++++na fratris Petri Exemenes, et fratris Bernardi de Monte Sono, et fratris Bernardi de Calcia, et fratris Petri Pujotrerii, et fratris Raymundi de Petra pertusa, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Ferrarii de *Maurelans*, et Bernardi de Volono, et Bernardi Poncii de Montesquivo, testium. Ego Guilelmus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Raymundi de Villa longa.

Raymundus de Villa longa, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.*

FUNDACIÓ NOGUERA

495

1248, 7 d'abril

Fra Bernat de Montsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i Joan Pelegrí donen en acapte a Guillem Just de Malloles una peça de vinya que tenen a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat el Roure, per a cultivar-hi cereals o vinya. El terratger haurà de donar-los 10 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, és a dir, 5 diners a la casa del Temple i 5 diners a Joan Pelegrí, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 3 sous i 6 diners melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 225r-v, acta núm. 397.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 129-130.
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 112-114, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Bernardus de Monte Sono, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et ego Johannes Pelegrinus, per nos et per omnes successores nostros damus et in presenti tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo Justo de Malleolis, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam petiam vinee, quem pro nobis tenetur in terminis et in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato de *Roire*, quam predictam petiam vinee tibi damus ad accapitum ad faciendum ibi panem vel vinum. Et affrontat ab oriente in tenentia Raymundi de Acciato, a meridie in tua tenentia, ab occidente in tua tenentia, ab aquilone in tenentia Raymundi de Acciato. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi et tuis predictam petiam vinee ad faciendum ibi panem vel vinum, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dicta petiam vinee habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini X denarios malgurienses bonos, vel moneta caterni curribilis per Rossillionem, scilicet dicte domui Templi V denarios et residuos V denarios dicto Johannis Peregrini et suis. Et quocienscumque dicta pecia vinee venderetur vel inpignoraretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium, scilicet dicta domus Templi medietatem et ego Johannes Peregrini, et mei aliam medietatem. Promittimus[a] etiam tibi bona fide

et per stipulationem quod totam predictam donationem faciemus nos et successores nostri semper tibi et tuis bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenemur tibi sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum, scilicet ego frater Bernardi de Monte Sono, omnia bona domus Templi, et ego Johannes Peregrini, omnia bona mea ubique, presentia et futura. Et pro hac donatione habuimus a te pro accapito III solidos VI denarios malguriensium bonorum, in quibus renunciamus exceptioni pecunie[b] non numerate. Actum est hoc VII° idus aprilis, anno Domini M° CC XLVIII°. Sig++na fratris Bernardi de Monte Sono, preceptoris, et Johannis Peregrini predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Ferrarii Sabte, et Guilelmi de *Caramain*, et Bernardi de Avellana, testium. Ego Raymundus de Turre hanc cartam scripsi mandato Raymundi de Villa longa.

Raymundus de Villa longa, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus *B*. b. peccunie *B*.

496

1248, 25 d'abril

Fra Bernat de Montsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Pere Guirau júnior una peça de vinya situada a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat Vinyer dels Horts, per a fer-hi un hort. El terratger haurà de donar-li l'agrer i el braçatge de la collita, i el foriscapi en cas de mutació. I si planta oliveres, n'haurà de donar el quart de les olives. Per aquesta concessió, reconeix haver rebut 8 sous melgoresos. Pere Bremon de Vilallonga té la meitat de tots aquests drets pro indiviso.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 241r-v, acta núm. 436.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 127-128, segons *B*.
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 115-117, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Bernardus de Monsono, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos dono atque in presenti irrevocabiliter trado ad accapitum tibi, Petro Guiraldo juniori, et tuis, et cui volueris per-

petuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam petiam vinee, quam habemus et habere debemus in terminis et in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, ad faciendum ibi ortum, et est in loco qui dicitur Vinerium de Ortis, que predicta pecia terre affrontat ab oriente in vinea Guilelmi *Torrat*, a meridie in campo Petri Guiraldi de Malleolis, ab occidente in via publica, ab aquilone in camino Confluentanis. Sicut superius dictum est, sic dono ad accapitum tibi, dicto Petro Guiraldo juniori, et tuis, et cui volueris perpetuo, predictam petiam vinea ad faciendum ibi ortum, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum ortum habueritis et tenueritis,[a] donetis mihi et successoribus meis de omni expleto, quod Deus ibi dederit, fideliter agrarium et braciaticum. Et si olivarios ibidem plantaveritis, detis similiter inde mihi et successoribus meis quartum de olivis. Et quandocumque dictus ortus venderetur vel inpignoraretur, ego et successores mei habeamus inde nostrum foriscapium, promittens[b] etiam tibi bona fide et per stipulationem me et successores meos semper tibi et tuis de predicto orto fore legitimos auctores et defensores[c] ab omni persona et teneri de omni evictione, obligans inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Templi, presentia et futura, ubique. Pro hac autem donatione, habui et accepi a te pro accapito VIII solidos malguriensium bonorum, in quibus renuncio exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognosco versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus Templi. Et est sciendum quod in agrario et braciatico predictis et quarto de olivis predictis et foriscapio predicto habet Petrus Bremundus de Villa longa medietatem pro indiviso. Actum est hoc VII° kalendas madii, anno Domini M° CC° XL VIII°. Sig+num fratris Bernardi de Monsono preceptoris predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++na Raymundi de Tovo, et Ferrarii *Sapte*, et Ferrarii Sutoris, omnium de Malleolis, testium. Ego Raymundus (de Turre)[f] hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. tenuiri *B.* b. promitens *B.* c. deffensores *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.* f. de Turre *omès B.*

FUNDACIÓ NOGUERA

497

1248, 29 de maig

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Bernat de Montsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Pere de Puig Otrer, fra Pere Servent, fra Ramon de Perapertusa i fra Bernat de Calce donen en acapte a Joan de Gabian, blanquer, un terreny d'una monallada d'ample i quatre monallades de llarg situat a la tinença del Temple a Perpinyà, per a construir-hi cases. El terratger haurà de donar-los 2 sous i 6 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 50 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 428v-429, acta núm. 806.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 118-119, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus Exemenes, preceptor domus Mansi Dei, et frater Bernardus de Monsono, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et frater Petrus de Podio Ultrario, et frater Petrus *Servent*, et frater Raymundus de Petra pertusa, et frater Bernardus de Calcia, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Johanni de Gabiano, aluderio, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati de nostra tenencia, de celo usque in abyssum,[a] scilicet unam monallatam in latitudine et IIII^{or} monallatas in longitudine, ad faciendum ibi domos, quod pati est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Michaelis de Solerio, a meridie in via, ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in via publica. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi et tuis dictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris, et dicte domui nostre, pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos et VI denarios malguriensium bonorum; et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum nobis et successoribus

nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eas vendere cuicumque volueris, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam tibi bona fide et per stipulacionem quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona nostra dicte domus ubique. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito L solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc IIII° kalendas junii, anno Domini M° CC° XL° VIII°. Sig++++++na fratris Petri Examenes, et fratris Bernardi de Monsono, et fratris Petri de Podio Ultrario, et fratris Petri *Servent*, et fratris Raymundi de Petra pertusa, et fratris Bernardi de Calcia predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Berengarii Sartoris de Castro Rossillione, et Guilelmi d'*Estagel*, et Berengarii de Pinu, testium. Ego Bernardus Borra hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. promitimus *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. peccuniam *B*.

498

1248, 24 de setembre

Jausbert Sadol i la seva esposa Aurenga cedeixen a fra Bernat de Montsó, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, un camp, que abans era una vinya, situat a la parròquia de Santa Maria de Malloles. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 10 sous melgoresos.

A Original, pergamí, amplada 215 mm, alçada 135/140 mm, ADPO, Hp186.[304]

304. El document porta al dors una anotació del segle XV en català: «camp a Malloles», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2546».

B Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 120-122, segons *A*.

Notum sit cunctis quod ego Jausbertus *Sadol* et ego Aurenga, uxor ejus, per nos et omnes nostros, cum hac presenti carta in perpetuum valitura, solvimus et diffinimus tibi, fratri Bernardo de Monte Sono, preceptori domus Templi Perpiniani, et successoribus tuis, quendam campum nostrum, qui solebat esse vinea, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, sicut melius dici potest ad utilitatem domus Templi, solventes et remittentes tibi et successoribus tuis quicquid juris in dicto campo habemus et habere debemus, nullo jure ibi nobis neque nostris rettento,[a] promittendo etiam tibi bona fide et per stipulationem quod totum predictum campum faciemus tibi et successoribus tuis bonum habere et tenere in pace ab omni persona, et tenemur inde tibi de evictione, obligando vobis omnia bona nostra ubique, profitentes quod pro hac solutione et diffinitione habuimus et accepimus a te X solidos malguriensium bonorum, de quibus per paccatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie[c] non numerate. Et quod contra predicta non veniamus bona fide tibi promittimus, renuncians ego Aurenga, omni juri ypothecarum[d] et senatus velleyani et omni alii legitimo auxilio, qui campus est in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, et affrontat ab oriente in tenencia domus Templi, a meridie in tenencia Poncii de Fossa condam, ab occidente in tenencia domus Templi, aquilone in via publica. Actum est hoc VIII kalendas octobris, anno Domini MCCXLVIII. Sig++na Jausberti *Sadol* et Aurengue, uxoris ejus, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Guilelmi Pelegrini de Malleolis, et Guilelmi *Remig* de Clairano, et Ferrarii Ermengaldi, testium rogatorum.

Raimundus de Villalonga, notarius publicus Perpiniani hanc cartam scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic A per* retento. b. *Sic A per* pacatos. c. *Sic A per* pecunie. d. *Sic A per* hypothecarum.

499

1248, 30 de setembre

Jaume de Nils, fill del difunt Guillem de Nils, ven a fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, un casal de molins que té per la casa del Temple al terme de Santa Maria de Nils, prop de

l'Horta de Nils. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 500 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 188v-189, acta núm. 325.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. X, p. 128, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 237-242, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Jacobus de Agnilis, filius condam Guilelmi de Agnilis, per me et per omnes meos, presentes pariter atque futuros, non coactus ulla vi nec deceptus aliqua fraude, set bona fide mea et sine omni enganno, cum hac presenti carta publica imperpetuum valitura vendo et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado vobis, fratri Petro Exameno, preceptori domus milicie Templi Mansi Dei, et omnibus successoribus predicte domus, presentibus atque futuris, perpetuo, ad omnes vestras voluntates et successorum vestrorum omni tempore faciendas, totum quoddam casale meum molendinorum, de celo usque in abyssum,[a] quod habeo et teneo pro vobis in terminis Sancte Marie de Agnilis, juxta ortam de Agnilis. Sicut superius dictum est, ita ego de Agnilis predictus vendo et laudo vobis, fratri Petro Exameno, preceptori domus Mansi Dei predicti, et omnibus successoribus vestris, vel cui volueritis, predictum casale molendinorum quod pro vobis teneo, cum paxceriis et aqueductibus et reductibus suis et reccis et cum omnibus aliis pertinentibus et pertinere debentibus predictis molendinis hic expressis vel non expressis, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis ac pertinentiis atque cum omnibus in se habentibus, sine omni vestro enganno et successorum vestrorum et absque ullo malo ingenio, sicut melius et plenius a vobis vel a successoribus vestris sive a quoquam viro sapienti intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et domus veste predicte. Cedo etiam et dono ratione hujus dicte venditionis vobis et successoribus vestris perpetuo omnes actiones et exceptiones et omnia alia omnino jura, que et quas contra omnes aliquas personas in predicto et pro predicto casale molendinorum habeo et habere quocumque modo debeo, ad omnes vestras voluntates et successorum omni tempore faciendas. Hanc autem venditionem, cessionem et donationem predictam facio vobis dicto preceptori et successoribus vestris pretio D solidorum malguriensium bonorum, quos a vobis recepi incontinenti, ex quibus omnibus bene per pacatum[b] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[c] non numerate et etiam illi legi

qua juvantur qui ultra dimidiam justi pretii decepti sunt similiter renuncio. Et si forte hec dicta venditio plus hoc pretio valet, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu ipsa magis valentiam gratis inter vivos vobis et successoribus vestris, vel cui volueritis, diffinio et dono imperpetuum ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas. Promitto[d] etiam me et meos semper vobis et vestris successoribus de predicta venditione fore legitimos auctores et defensores[e] ab omni persona, et teneri sine fraude ab omni evictione. Pro qua evictione et expensis et missionibus, si quas in causa evictionis feceritis vos vel successores vestri, ex quibus credamini semper plano vestro verbo sine aliquo sacramento, et de omnibus prenominatis D solidis malguriensium bonorum vobis restituendis, obligo inde vobis et omnibus successoribus vestris per vinculum omnia ubique bona mea mobilia et inmobilia in vita et in fine. Item, bona fide et per firmam stipulationem vobis promitto[d] quod nichil feci vel decetero faciam quominus hec dicta venditione vobis valeat, vel infringi possit. Quod si forte feci vel facerem, pro infecto habeatur, et nullas prorsus[f] vires aliquo tempore habeat. Nam in presenti de toto prenominato casale molendinorum, de celo usque in abyssum,[a] me et meos semper denudo vosque et successores vestros et quos volueritis prorsus investio atque in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti vos mitto[g] ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas. Et quod ita hec omnia predicta et singula teneam et observem et nullatenus contraveniam, vel veniri faciam, per meam bonam fidem plivio et ultra fidem, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Evangeliis Dei, sponte juro, renuncians per virtutem prestiti sacramenti omni juri et legi et consuetudini quibus contra hec predicta venire possem in judicio vel extra judicium. Actum est hoc II[e] kalendas octobris, anno Christi M° CC° XL° VIII°. Sig+num Jacobi de Agnilis predicti, qui ita hec omnia predicta firmo firmarique rogo. Sig+++na Berengarii Comitis de Agnilis, et Ademarii Joli ejusdem ville, et Bartolomei de Sancta Cruce, testium.[h]

Ego Guilelmus Grossi, sacerdos atque capellanus[i] de *Canoys,* scriptor publicus, hoc scripsi, auctoritate domini Elnensis episcopi, et rasi et emendavi in VIIa linea et hoc signum (SM) feci.

a. habissum *B.* b. paccatum *B.* c. peccunie *B.* d. promito *B.* e. deffensores *B.* f. proprsus *B.* g. mito *B.* h. et testium *B.* i. capellani *B.*

FUNDACIÓ NOGUERA

500

1248, 2 d'octubre

Bernat Rigalt de Sant Hipòlit ven a fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, a fra Cabot, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i a fra Guillem de Castellnou, comanador de la casa del Temple de Sant Hipòlit, tot el quartó, la senyoria directa i el foriscapi que té sobre una vinya que té per ell Martí Repalpa. Aquesta vinya se situa a la parròquia de Sant Hipòlit, al lloc anomenat Sarguins. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 300 sous melgoresos.

A Original, pergamí, amplada 180 mm, alçada 125/130 mm, ADPO, Hp189.[305]

B Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, ms., nouv. acq. lat. 31, ff. 102-105.

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Bernardus Rigaldus de Sancto Ypolito, per me et per omnes meos vendo atque in presenti irrevocabiliter trado vobis, fratri Petro Examenis, preceptori domus Mansi Dei, et fratri *Cabot*, preceptori domus milicie Perpiniani, et fratri Guilelmo de Castro novo, preceptori domus milicie Sancti Ypoliti, et successoribus vestris, presentibus et futuris, et cui volueritis perpetuo, totum quartum, jus et dominium et foriscapium, que omnia predicta habeo, et habere et accipere debeo in quedam vinea quam pro me tenet Martinus *Repalpa* in terminis et in adjacentia Sancti Ypoliti, in loco vocato ad Sarguins, et affrontat ab oriente in tenencia Bernardi Sutoris et aliorum heredum, a meridie in vinea Berengarii *Repalpa*, ab occidente in tenencia Jacobi Mirales condam, ab aquilone in tenencia Bernardi Imberti. Sicut superius dictum est, ita vendo vobis et vestris successoribus totum predictum quartum, et jus, et dominium, et foriscapium, que habeo in dicta vinea dicti Martini *Repalpa*, integriter ac generaliter, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, cedendo etiam vobis et successoribus vestris omnes actiones,[a] quas et que in predictis et pro predictis contra omnes personas habeo, et habere aliquo modo debeo, modo in presenti de predictis me nomine vestro precario possessorem constituendo. Hanc vero vendicionem vobis et successoribus vestris facio precio CCC solidorum malguriensium bonorum, de quibus per paccatum me teneo, renuncians excepcioni

305. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2515».

peccunie non numerate, et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi precii decepti sunt similiter renuncio. Et si hec vendicio modo plus valet dicto precio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu illa magis valencia, gratis inter vivos vobis et vestris dono in perpetuum et diffinio, tradendo etiam vobis et successoribus vestris omnium supradictorum plenam et corporalem possessionem et quasi possessionem, ad omnes vestras vestrorumque voluntates in perpetuum faciendas, promittens etiam vobis et vestris bona fide et per stipulacionem quod totam predictam vendicionem faciam vobis et vestris bonam habere et tenere in pace ab omni persona et teneri sine fraude de omni evictione et etiam de sumptibus, si quos in causa evictionis vobis vel successoribus vestris facere contingerit. Pro qua evictione, et pro predictis sumptibus, et pro omnibus aliis supradictis et singulis vobis et vestris observandis, obligo vobis et successoribus vestris per vinculum omnia bona mea ubique presentia et futura. Actum est hoc VI nonas octobris, anno Domini MCCXLVIII. Sig+num Bernardi Rigaldi predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++na Petri Gallardi, et Berengarii Laurencii, et Bernardi Jacobi de Palacio, testium.

Guilelmus Jacobus scripsit hoc vice Raimundi de Villalonga et hoc sig-(SM)-num fecit.

Raimundus de Villalonga, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic A, l'escrivà ha omès* et jura.

501

1248, 5 d'octubre

Joana Boquira, vídua de Guillem Boquir, ven a fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, tota l'honor que té per la casa del Temple, és a dir, camps, vinyes, cases, horts i altres possessions, i tots els drets que tenia sobre aquestes possessions i sobre els béns del seu difunt marit. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 106 sous melgoresos. Dóna a més a més al comanador del Masdéu tota l'acció i el recurs que té en contra de Joan de Marsella i dels seus béns a causa del perjudici que aquest li ha causat.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 80r-v, acta núm. 128.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. X, p. 129, segons *B*.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 243-245, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego Johanna Boquira, uxor condam Guilelmi Boquiri, per me et per omnes meos, presentes atque futuros, cum hac presenti carta firmiter imperpetuum valitura, vendo et trado vobis, fratri Petro *Exameniz*, preceptori domus Mansi Dei, et successoribus vestris, perpetuo, omnem honorem heremum et condirectum, scilicet campos, vineas et domos et ortos et omnia alia que pro vobis teneo cunctis locis, et etiam totum quicquid juris habeo et habere debeo in predictis et in bonis que quondam fuerunt dicti mariti mei racione dotis, donacionis propter nupcias vel quocumque alio modo, totum integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, sicut melius et plenius dici vel inntelligi potest ad utilitatem vestram et successorum vestrorum, cedendo vobis, racione vendicionis predicte, omnes excepciones et jura realia et personalia, quas et que in predictis et pro predictis contra omnes personas habeo et habere debeo, et modo in presenti vos in rem vestram procuratores constituo. Hanc autem vendicionem vobis facio precio CVI solidorum malguriensium bonorum, de quibus per pacatum[a] me teneo, renuncians excepcioni pecunie[b] non numerate et illi qua juvantur qui ultra dimidiam justi precii decepti sunt, promittens vobis bona fide quod omnia predicta faciam vobis et vestris successoribus bona habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum et teneor inde vobis sine fraude de omni evictione, obligans inde vobis omnia bona mea ubique, presentia et futura. Et incontinenti de predictis me et meos denudo et vos et vestros successores investio et in corporalem possessionem et quasi juris et facti induco ad vestras voluntates faciendas. Preterea dono et trado vobis omnem actionem et petitionem quam habeo contra Johannem de Marsilia et ejus bona racione injurie ab eodem mihi illate. Et quod predicta servem et nullatenus contraveniam bona fide vobis promitto,[c] et etiam, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Evangeliis, sponte juro. Actum est hoc III° nonas octtobris, anno Domini M° CC° XL° VIII°. Sig+num Johanne predicte, que hec laudo. Sig+++na Ferrarii presbiterii, et Bernardi diachoni,[d] et Johannis de Alverge, testium rogatorum.

Raymundus de Villalonga, notarius publicus Perpiniani, hanc[e] cartam scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatum *B.* b. peccunie *B.* c. promito *B.* d. diachoni *B.* e. hac *B.*

502

1248, 15 d'octubre

Fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, fra Cabot, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Bernat de Calce, fra Ramon de Perapertusa i fra Pere de Puig Otrer donen en acapte a Bernat Ramon de Malloles un camp situat a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat la Coma. El terratger haurà de donar-los 2 sous i 6 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 5 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 241v-242, acta núm. 437.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 123-125, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus Examenes, preceptor domus Mansi Dei, et frater Cabotus, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et frater Bernardus de Calcia, et frater Raymundus de Petra pertusa, et frater Petrus de Podio Ultrario, per nos et per omnes successores nostros damus et in presenti tradimus tibi, Bernardo Raymundo de Malleolis, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum campum nostrum, que est in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato ad Combam, et affrontat ab oriente in correco de Coma, a meridie in faxia Petri Giraldi de Perpiniano, ab occidente in via de Coma, ab aquilone in faxia Petri Jacobi Gibrat. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi et tuis dictum campum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui qui dictum campum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris et dicte domui nostre pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos et VI denarios malguriensium bonorum. Et quocienscumque dictus campus venderetur vel inpignoraretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque tu vel tui vendere vel inpignorare volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat

tibi et tuis eum vendere vel inpignorare cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[a] etiam tibi et tuis bona fide et per stipulationem quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totum predictum campum bonum habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre ubique. Pro hac autem donatione habuimus et accepimus a te pro accapito V solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate, quam pecuniam[d] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus. Actum est hoc XVIII° kalendas novembris, anno Domini M° CC XL VIII°. Sig+++++na fratris Petri Examenes, et fratris Caboti, et fratris Bernardi de Calcia, et fratris Raymundi de Petra pertusa, et fratris Petri de Podio Ultrario predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Johannis Fabri de Sala, et Guilelmi Poncii, clerici, et Bernardi de Brad, testium. Ego Bernardus Borra hanc cartam scripsi mandato Raymundi de Villa longa et rasi et emendavi in prima linea.

Raymundus de Villa longa, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus *B.* b. paccatos *B.* c. peccunie *B.* d. peccuniam *B.*

503

1249 (nou estil), 27 de febrer

Fra Cabot, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment dels frares Pere de Puig Otrer, Pere Servent i Ponç Duran, dóna en acapte a Pagà Fuster un terreny d'una monallada del fossat, excepte les parets, d'ample i quatre monallades de llarg, situat a Perpinyà, per a construir-hi una o diverses cases. El terratger haurà de donar-los 2 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 20 sous.

B. Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 420v, acta núm. 785.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 126-127, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Cabotus, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos, voluntate et laudamento fratris Petri de Podio Ultrario, et fratris Petri *Servent*, et fratris Poncii Durandi, dono atque in presenti irrevocabiliter trado ad accapitum tibi, Pagano Fusterio, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum pati, scilicet I monallatam de tovo, preter parietes, in latitudine, et IIII in longitudine, ad faciendum ibi domum vel domos, quod pati est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Johannis Gabiani, a meridie in via publica, ab occidente similiter, ab aquilone in via que vadit ad Sanctum Martinum. Sicut superius dictum est, sic damus ad accapitum tibi et tuis predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum pati, sive domos, habueritis et tenueritis, donetis semper michi, et successoribus meis, et dicte domui nostre, pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini II solidos malguriensium bonorum. Et quandocumque et quocienscumque dictum pati, sive domus, venderentur vel inpignorarentur, ego et successores mei habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque dictum pati, sive domos, vendere vel inpignorare tu vel tui volueritis, primum michi et successoribus meis denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis ea vendere et inpignorare cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo censu nostro et foriscapio predicto, promittens[a] etiam tibi et tuis bona per firmam stipulationem, quod ego et successores mei faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur tibi et tuis de evictione, obligando inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Templi Perpiniani. Et pro hac donacione, habui et accepi a te pro accapito XX solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatum[b] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[c] non numerate, quam pecuniam[d] recognosco versam esse, et redactam, in maximam utilitatem dicte domus Templi Perpiniani. Actum est hoc III kalendas martii, anno Domini M° CC° XL° VIII°. Sig++++na Caboti, preceptoris, et fratris Petri de Podio Ultrario, et fratris Petri *Servent*, et fratris Poncii Durandi predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Michaelis Seguini, et Ferrarii Sabte,

et Guilelmi de Sancto Johanne, testium. Guilelmus *Carles* scripsit hoc vice Raymundi de Villa longa, et hoc sig-(SM)-num fecit.

Raymundus de Villa longa, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitens *B.* b. paccatum *B.* c. peccunie *B.* d. peccuniam *B.*

504

1249, 1 de maig

Fra Guillem de Castellnou, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment dels frares Joan d'Argelers i Guillem de Caramany, dóna en acapte a Perpinyà Carrera de Glorianes un terreny d'una monallada d'ample i una monallada de llarg, situat a Perpinyà, al condomini de Cobambarius, per a construir-hi una o diverses cases. El terratger haurà de donar-los 12 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 10 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 319, acta núm. 575.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 130-132, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Castronovo, preceptor milicie Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos, consilio et laudamento fratris Johannis de Argileriis et fratris Guilelmi de Caramani, dono atque in presenti irrevocabiliter trado ad accapitum tibi, Perpiniani Carrerie de Glorianis, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati, scilicet I monallatam in latitudine et I in longitudine, ad faciendum ibi domum vel domos, quod est infra terminos Perpiniani, in condamina Cobambarii, et affrontat ab oriente in via, a meridie in tenencia Templi, ab occidente in tenencia Bernardi Fabri de Joc, ab aquilone in tenencia Raymundi de Fontibus de Villela. Sicut superius dictum est, sic dono ad accapitum tibi et tuis predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum pati sive domos habueritis et tenueritis, donetis semper michi et successoribus meis

et dicte domui nostre pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini XII denarios malgurienses; et quocienscumque dictum pati vel domus venderentur vel inpignorarentur, ego et successores mei habeamus inde nostrum foriscapium. Et quandocumque et quocienscumque tu vel tui vendere vel inpignorare volueritis, primum michi et successoribus meis denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis predictam vendere et inpignorare cuicumque volueritis, ut dictum est, et salvo censu nostro, et foriscapio predicto, promittens[a] etiam tibi et tuis bona fide et per stipulationem quod ego et successores mei faciemus imperpetuum tibi et tuis totam predictam donationem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde tibi et tuis de evictione, obligando inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Templi Perpiniani. Et pro hac donatione, habui et accepi a te pro accapito X solidos malguriensium, de quibus per pacatum[b] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[c] non numerate, quam pecuniam[d] recognosco versam esse, et redactam, in maximam utilitatem dicte domus Templi Perpiniani. Actum est hoc kalendis madii, anno Domini M° CC° XL° VIIII°. Sig+++na fratris Guilelmi de Castro Novo, et (fratris)[e] Johannis de Argileriis, et fratris Guilelmi de Caramani predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Poncii, diachoni, Johannis Fabri de Sala, et Bernardi Fabri de *Joc*, testium. Guilelmus *Carles* scripsit hoc vice Raymundi de Villa Longa, et hoc sig-(SM)-num fecit.

Raymundus de Villa Longa, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitens *B.* b. paccatum *B.* c. peccunie *B.* d. peccuniam *B.* e. fratris *omès B.*

505

1249, 1 de maig

Fra Guillem de Castellnou, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment dels frares Joan d'Argelers i Guillem de Caramany, dóna en acapte a Ramon de la Font de Villela un terreny d'una monallada d'ample i dues monallades de llarg, situat a Perpinyà, per a construir-hi una o diverses cases. El terratger haurà de donar-los 12 diners melgoresos de

cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 10 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 443v, acta núm. 842.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 128-129, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Castro Novo, preceptor milicie Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos, consilio et laudamento fratris Johannis de Argileriis et fratris Guilelmi de Caramayni, dono atque in presenti irrevocabiliter trado ad accapitum tibi, Raymundo de Fonte de Villela,[a] et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati, scilicet I monallatam in latitudine et II in longitudine, ad faciendum ibi domum vel domos, quod est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente et a meridie in via, ab occidente in tenencia Guilelmi Bernardi de Pontiliano, ab aquilone in tenencia Perpiniani Carrere de Glorianis. Sicut superius dictum est, sic dono ad accapitum tibi et tuis predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum pati sive domos habueritis et tenueritis, donetis semper michi et successoribus meis et dicte domui nostre pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini XII denarios malgurienses. Et quocienscumque predicta venderentur vel inpignorarentur, ego et successores mei habeamus inde nostrum foriscapium; et quocienscumque et quandocumque tu vel tui predictam rem vendere vel inpignorare volueritis, primum michi et successoribus meis denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis eam vendere et inpignorare cuicumque volueritis, ut dictum est, salvo censu nostro et foriscapio predicto, promittens[b] etiam per stipulationem tibi et tuis quod totam predictam donationem ego et successores mei faciemus imperpetuum tibi et tuis bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde tibi et tuis de evictione, obligando inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Templi Perpiniani. Et pro hac donacione, habui et accepi a te pro accapito X solidos malguriensium bonorum, in quibus renuncio exceptioni pecunie[c] non numerate, quam pecuniam[d]

recognosco versam esse, et redactam, in maximam utilitatem dicte domus Templi Perpiniani. Actum est hoc kalendis madii, anno Domini M° CC° XL° VIIII°. Sig+++na fratris Guilelmi de Castro novo, et fratris Johannis de Argileriis, et fratris Guilelmi de *Caramany* predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Guilelmi Poncii, diaconi, Johannis Fabri de Sala, et Bernardi Fabri de *Joc*, testium. Guilelmus *Carles* scripsit hoc vice Raymundi de Villa longa, et hoc sig-(SM)-num fecit.

Raymundus de Villa longa, notarius publicus Perpiniani, hanc cartam subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. villola *B.* b. promitens *B.* c. peccunie *B.* d. peccuniam *B.*

506

1249, 6 de desembre

Fra Guillem Destort, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Guillem de Sant Esteve, comanador de Sant Hipòlit, i Pere Servent, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Guillem d'Ultracalms, fuster, dues bordes contigües, situades a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles, prop del carrer del forn del Temple. El terratger haurà de donar-los per cada borda 5 sous melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 400 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 400v-401, acta núm. 740.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 133-134, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Guilelmus de Turdo, preceptor domus Mansi Dei, per nos et per omnes successores nostros, cum consilio et voluntate ac laudamento fratris Johannis de Ciraria, preceptoris Perpiniani, et fratris Guilelmi de Sancto Stephano, preceptoris Sancti Ypoliti, et fratris Petri *Servent*, domus Perpiniani, damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo de Ultracalmis, fusterio, et tuis, et cui volueris perpetuo, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxori-

bus et domibus religionum, duas bordas nostras, de celo usque in abyssum,[a] quas habemus et habere debemus in terminis et adjacentia Sancti Johannis Perpiniani, extra portale de Malleolis, in nostra tenencia, que se continent, et affrontant ab oriente in via qua intrat ad furnum nostrum, a meridie in via publica, ab occidente et ab aquilone in nostra tenencia. Sicut superius dictum est, ita damus ad accapitum tibi et tuis predictas duas bordas, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictas bordas habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris, vel dicte domui, quolibet anno in festo Natalis Domini, racione uniuscujusque borde, V solidos malguriensium de censu, vel moneti caterni curribilis per Rossillionem; et quocienscumque dicte borde venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et quandocumque et quocienscumque tu vel tui eas vendere volueritis, primum denuncietis nobis et successoribus nostris spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis dictas bordas vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est, salvo censu nostro et salvo etiam nostro foriscapio. Promittimus[b] etiam tibi, bona fide et sollempni stipulatione, quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis imperpetuum dictas duas bordas bonas habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde tibi et tuis de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, presencia et futura. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te CCCC solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc VIII° idus decembris, anno Domini M° CC° XL° VIIII°. Sig++++na fratris Guilelmi de Turdo, preceptoris Mansi Dei, et fratris Johannis de Ciraria, preceptoris Perpiniani, et fratris Guilelmi de Sancto Stephano, preceptoris Sancti Ypoliti, et fratris Petri Servent predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Bernardi Hominis Dei, et Johannis Fabri de Sala et Arnaldi Piquerii, testium. Guilelmus de Frexaneto scripsit hoc vice Petri Calveti et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. peccatos *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.*

507

1249, 13 de desembre

Fra Guillem Destort, comanador del Masdéu, fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Nicolau i fra Pere Servent donen en acapte a Joan Fuster de Vallfogona i a la seva esposa Joana una casa situada a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, a l'extrem de la Boveria. Els terratgers hauran de donar-los 20 sous melgoresos de cens anual, dels quals una meitat per Sant Joan de juny i l'altra meitat per Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant vint dies i vint nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 50 sous.

A[1] Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí, amplada 185 mm, alçada 120 mm, ADPO, Hp188.[306]

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 275v-276, acta núm. 486, segons *A*[1].

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 137-140, segons *B.*

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod nos, frater Guilelmus de Turdo, comendator Mansi Dei, et frater Johannes de Ciraria, comendator domus Perpiniani, et ego frater *Nichola*, et ego frater Petrus *Servent*, ejusdem domus, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti yrrevocabiliter[a] tradimus ad accapitum[b] vobis, Johanni Fusterio de *Valfagona* et Johanne, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, quandam domum nostram, de celo usque in habissum,[c] quam habemus et habere debemus intus villam Perpiniani, in adjacentia Sancti Johannis ejusdem, in capite Boverie, et affrontat ab oriente in tenencia Petri *Ferriol* et in nostra tenencia, a meridie

306. El document porta al dors un regest del segle XV: «I[a] casa Johan Fuster que es al cab de la Boveria fa cens XX s. Perpinya», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2756».

in nostra tenencia, ab occidente et ab aquilone in viis publicis. Sicut superius dictum est, sic damus ad accapitum vobis et vestris predictam domum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestri, qui predictam domum habueritis et tenueritis, donetis nobis[d] et nostris quolibet anno pro censu[e] XX solidos malguriensium bonorum, videlicet in festo sancti Johannis Babtiste de junio X solidos, et alios X solidos in festo Natalis Domini, et foriscapium quocienscumque dicta domus venderetur vel inpignoraretur; et si forte dictam domum vos vel vestri vendere volueritis, primum[f] nobis et successoribus nostris denuncietis spatio XX[g] dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si forte retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris dictam domum vendere cuicumque volueritis et[h] salvis juribus nostris,[i] ut superius dictum est. Preterea promittimus vobis bona fide et per stipulationem quod totam predictam domum faciemus vobis et vestris bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde vobis sine fraude de omni evictione, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei ubique,[j] presentia et futura. Et pro hac donatione, habuimus et accapimus[k] a vobis L solidos malguriensium bonorum, in quibus renunciamus exceptioni peccunie non numerate, quos profitemur et recognoscimus versos esse, et reddatos,[l] in maxima utilitate domus Mansi Dei. Et nos, dicti Johannes Fusterius et Johanna, uxor ejus, hanc donationem vobis[m] dictis comendatoribus et fratribus recipientes, hec omnia laudamus, et promittimus[n] vobis et successoribus vestris dictum censum solvere singulis annis suis terminis supradictis. Et pro his[o] attendendis et complendis, obligamus vobis et successoribus vestris per vinculum specialiter dictam domum quam nobis superius datis et generaliter omnia bona nostra ubique. Actum est hoc idus[p] decembris, anno Domini M° CC° XL° VIIII°. Sig++++na fratris Guilelmi de Turdo, comendatoris Mansi Dei, et fratris Johannis de Ciraria, comendatoris domus Perpiniani, et fratris *Nichola*, et fratris Petri *Servent*, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig++na Johannis Fusterii de *Valfagona* et Johannes,[q] uxoris ejus, predictorum,[r] qui hec omnia laudamus. Sig+++na Bernardi Tasquerii, et Johannis de Sala fabri, et Sancii de Gessa,[s] testium. Guilelmus de Frexaneto scripsit hoc vice Petri Calveti[t] et hoc sig-(SM)-num fecit, et suprascripsit in VII[a] linea «pro censu»,

et rasit et emendavit in eadem linea «alios», et suprascripsit in Xª linea «salvis juribus nostris». Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. irrevocabiliter *B.* b. acapitum *B.* c. *Sic AB per* abysum. d. donetis semper nobis *B.* e. pro censu *afegit a la interlínia A.* f. primo *B.* g. XV *B.* h. et *omès B.* i. et salvis juribus nostris *afegit a la interlínia A.* j. ubique *omès B.* k. accepimus *B.* l. redactos *B.* m. a vobis *B.* n. promitimus *B.* o. hiis *B.* p. *Sic AB per* idibus. q. *Sic AB per* Johanne. r. predictorum *omès B.* s. Nessa *B.* t. Calvet *B.*

508

1249, 13 de desembre

Fra Guillem Destort, comanador del Masdéu, fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Nicolau i fra Pere Servent, de la casa de Perpinyà, donen en acapte a Ramon Roig, fuster, un mas, amb dos tallers contigus, situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 70 sous melgoresos de cens anual, dels quals una meitat per Sant Joan de juny i l'altra meitat per Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 50 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 401v-402, acta núm. 742.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 135-136, segons *B.*

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod nos, frater Guilelmus de Turdo, comendator Mansi Dei, et frater Johannes de Ciraria, comendator domus Perpiniani, et frater Nichola, et frater Petrus *Servent*, domus Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Raymundo Rubeo, fusterio, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, quendam mansum nostrum, quem habemus et habere debemus in terminis et in adjacentia Sancti Johannis Perpiniani, cum duobus operatoriis que cum dicto manso se continent, et affrontat dictus mansus et operatoria ab oriente in borda domus nostre, a meridie in via publica, ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in tenencia Petri [Gerra]. Sicut superius dictum est, sic damus ad accapitum tibi et tuis predictum mansum, cum duobus operatoriis predictis que cum eo se continent, integriter

ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum mansum habueritis et tenueritis, cum predictis operatoriis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno LXX solidos malguriensium bonorum de censu, scilicet in festo sancto Johannis Babtiste de junio XXXV solidos et alios XXXV solidos in festo Natalis Domini, et foriscapium quocienscumque dictus mansus et dicta operatoria vendantur vel inpignorarentur; et si forte tu vel tui dictum mansum et operatoria vendere volueritis, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio XV dierum, cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si forte retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis dictam rem vendere cuicumque volueritis, ut superius dictum est. Preterea promittimus[a] tibi quod mansum et operatoria faciemus tibi et tuis bonum habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, ubique, presencia et futura. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te L solidos malguriensium bonorum, in quibus renunciamus exceptioni pecunie[b] non numerate, quos profitemur et recognoscimus versos esse, et redactos, in maxima utilitate domus Mansi Dei. Et ego dictus Raymundus Rubeus, predictam donacionem a vobis, predictis comendatoribus et fratribus, recipiens, hec omnia laudo et firmo, et promito vobis et successoribus vestris dictum censum quolibet anno suis terminis supradictis. Et pro hiis attendendis et complendis, obligo vobis specialiter dictum mansum et operatoria, que michi nunc datis, et generaliter omnia bona mea ubique, presencia et futura. Actum est hoc idus decembris, anno Domini M° CC° XL° VIIII°. Sig++++na fratris Guilelmi de Turdo, et fratris Johannis de Ciraria, et fratris Nicole, et fratris Petri *Servent* predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+na Raymundi Rubei predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++na Guilelmi Poncii, diaconi,[c] et Pagani Fusterii, et Petri *Carles*, testium. Guilelmus de Frexaneto scripsit hoc vice Petri Calveti et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus *B.* b. peccunie *B.* c. diachoni *B.*

509

1250 (nou estil), 5 de març

Fra Cabot, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment dels frares Pere de Puig Otrer, Pere Servent i Ponç Duran, dóna en acapte a Bernat Baixes un terreny d'una monallada i mitja d'ample i dues monallades de llarg situat a Perpinyà, per a construir-hi una o diverses cases. El terratger haurà de donar-los 18 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, fra Cabot reconeix haver rebut 15 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 386, acta núm. 708.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 141-142, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Cabotus, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos, voluntate et laudamento fratris Petri de Podio Ultrario, et fratris Petri *Servent*, et fratris Poncii Durandi, dono atque in presenti irrevocabiliter trado ad accapitum tibi, Bernardo Baxanis, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati, videlicet I monallatam et mediam in latitudine et II in longitudine, ad faciendum ibi domum vel domos, que est infra terminos Perpiniani, in adjacencia Sancti Johannis ejusdem ville, et affrontat ab oriente in tenencia Guilelmi Mauratoni Pontiliani, a meridie in tenencia Templi, ab occidente in via, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, sic dono ad accapitum tibi et tuis predictum pati, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum pati, sive domos, habueritis et tenueritis, donetis semper michi et successoribus meis et dicte domui nostre quolibet anno in festo Natalis Domini XVIII denarios malgurienses bonos pro censu; et quandocumque et quocienscumque dictum patuum sive domus venderentur vel inpignorarentur, ego et successores mei habeamus inde nostrum foriscapium; et quocienscumque ipsum pati, vel domos, vendere vel inpignorare volueritis, primum michi et successoribus meis denuncietis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit,

quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis ea vendere et inpignorare cuicumque volueritis, salvo censu nostro et foriscapio predicto, promittens[a] etiam tibi et tuis per stipulationem quod ego et successores michi faciemus imperpetuum tibi et tuis predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde tibi et tuis de omni evictione, obligando inde tibi et tuis omnia bona dicte domus Templi Perpiniani. Et pro hac donacione, habui et accepi a te pro accapito XV solidos malguriensium bonorum, in quibus renuncio exceptioni pecunie[b] non numerate, quam pecuniam[c] recognosco versam esse, et redactam, in maximam utilitatem dicte domus Templi Perpiniani. Actum est hoc III° nonas marcii, anno Domini M° CC° XL° VIIII°. Sig++++na Caboti, preceptoris, et fratris Petri de Podio Ultrario, et fratris Petri *Servent*, et fratris Poncii predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Pagani Fusterii, et Ferrarii Sapte et Guilelmi de Sancto Johanne, testium. Guilelmus *Carles* scripsit hoc vice Raymundi de Villa longa et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitens *B.* b. peccunie *B.* c. peccuniam *B.*

510

1250, 7 de maig

Dalmau de Bages reconeix que ha de fer un sester d'ordi, tres fogasses i una gallina de cens anual el dia de Nadal a Guillem Destort, comanador del Masdéu, i als altres frares d'aquesta casa, i que no deu res més, tret del que els homes de Bages estan obligats a fer a la casa del Temple per raó del seus drets de senyoria.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 179v-180, acta núm. 307.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 246-247, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego Dalmacius de Bagis, per me et per omnes meos, presentes et futuros, cum hac presenti carta imperpetuum valitura profiteor et in veritate concedo quod faciam perpetuo de censu quolibet anno in festo Natalis Domini unum *sester* ordei *corrent* et tres fogacias et unam gallinam vobis, domino fratri Guilelmo de Turdo, preceptori domus milicie Templi Mansi Dei, et omnibus fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, et successoribus vestris et dicte domui vestre Mansi Dei, et non

aliquid aliud, nisi hoc quod homines vestri de Bagis faciunt et facere tenentur ratione dominii vobis et domui vestre predicte et successoribus vestris. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligo vobis et successoribus vestris omnes possessiones meas, quas pro vobis et domo vestra jamdicta ubique teneo et tenere debeo. Et quod omnia predicta fimiter observem et nullatenus contraveniam, bona fide et per stipulationem promitto.[a] Actum est hoc nonis[b] madii, anno Christi M° CC° L°. Sig+num Dalmacii predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+num fratris Guilelmi de Turdo predicti preceptoris dicte domus Mansi Dei, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++++na Petri de Valle de Bona, et Guilelmi de Valle de Bona, et Ferrarii de *Saclusa*, et Johannis Martini de Franchiato, et Martini de Podio *Reyg*, hujus rey testium.

Guilelmus Revullis, scriptor publicus auctoritate domini Bernardi Elnensis episcopi, hanc cartam scripsit et hoc signum (SM) fecit.

a. promito *B.* b. nonas *B.*

511

1250, 10 de juliol

Bremon de Nils i el seu fill Ramon Bremon reconeixen a Guillem Destort, comanador del Masdéu, que tenen per la casa del Masdéu un camp i una vinya contigua, situats al terme de Nils, al lloc anomenat els Pedreguers, pels quals prometen donar als templers una oca de cens anual el dia de la festa de Sant Joan Baptista de juny.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 191, acta núm. 330.
C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 248-249, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego *Bremon de Anils* et Raymundus *Bremon*, filius ejus, profitemur et in veritate recognoscimus vobis, fratri Guilelmo de Turdo, preceptori domus milicie Templi Mansi Dei, quod tenemus pro vobis et domo vestra predicta quendam campum et vineam, que cum dicto campo se tenet, in terminis Sancte Marie de *Anils*, loco dicto *as Pedregers*. Pro quo siquidem campo et vinea prefatis promittimus[a] dare vobis et domui vestre prefate annuatim perpetuo de censu in festo beati[b] Johannis Babtiste junii unum anserem.[c] Qui campus et vinea prefati affrontant

ex una parte in via publica, de secunda in possessione Malleole femine, de tercia parte in possessione Arnaldi Benedicti, de IIII[a] vero parte in possessione Jacobi de *Anils*. Sicut superius dictum est, promittimus[a] vobis et successoribus vestris et domui vestre predicte per nos et per omnes nostros attendere et complere; et quod contra numquam veniamus, bona fide promittimus.[a] Actum est hoc VI° idus julii, anno Christi M° CC° L°. Sig++na Bremondi de *Anils* et Raymundi, filii ejus, predictorum, qui hec omnia predicta et singula laudamus et firmamus testesque firmare rogamus. Sig+++na Berengarii de Quoquolibero, presbiteri, et Bernardi Fabri de *Banuls* et Petri de *Lavanach*, hujus rey testium.

Guilelmus Revullis, scriptor publicus auctoritate domini B(ernardi) Elnensis episcopi, hanc cartam scripsit et hoc signum (SM) fecit.

a. promitimus *B.* b. bbti *amb una titlla a sobre B.* c. ancerem *B.*

512

1250, 22 de juliol

Fra Guillem Destort, comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, de fra Cabot, comanador de Palau, de fra Guillem de Sant Esteve, comanador de Sant Hipòlit, i de tot el convent del Masdéu, canvia amb Deulosal, fill i hereu del difunt Guillem de Cotlliure, un hort situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, excepte el dret que Arnau Gallard té sobre una part d'aquest hort, per un hort que Deulosal tenia per la milícia del Temple a la parròquia de Santa Maria de Cotlliure, al lloc anomenat els Castanyers, al Port d'Avall. El comanador del Masdéu reconeix que durant la subhasta pública feta a la plaça de Cotlliure havia ofert 1.180 sous melgoresos per l'hort de Deulosal, quantitat que li paga donant-li 280 sous en diners, a més a més de l'hort de Perpinyà, valorat en 900 sous, tenint el foriscapi pagat. Deulosal fa aquest canvi amb el consentiment de Maria, la seva mare, de Ponç de Cotlliure, el seu germà, i de Guillem Canta, guanter, Bernat Cardona i Bernat de Fosses, executors testamentaris del seu pare. La mare de Deulosal, el seu germà i les seves germanes, Ermessenda i Joana, confirmen aquesta transacció i renuncien a tots els drets sobre l'hort de Cotlliure.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 83v-84v, acta núm. 135.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 187-189, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 416-426, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Guilelmus de Turdo, comendator domus Mansi Dei,[a] voluntate et assensu fratris Johannis de Ciraria, preceptoris domus Perpiniani, et fratris Cabot, preceptoris de Palacio, et fratris Guilelmi de Sancto Stephano, comendatoris de Sancto Ypolito, et totius conventus Mansi predicti, permutamus et excambiamus tecum Deus lo salvo, filio condam Guilelmi de Caucolibero et heredi ejus universali ex testamento, quendam ortum nostrum, cum omnibus arboribus que ibi sunt et cum suis pertinenciis et juribus, pro quodam orto tuo, quem habes et tenes in terminis et in adjacentia Sancte Marie de Caucolibero, cum omnibus arboribus que ibi sunt, cum suis pertinenciis et juribus, que tu tenebas pro domo milicie Templi, cujus erat dominacio dicti orti. Et in dicto orto accipiebat domus milicie agrarium et foriscapium, et fuit de mansata domus milicie. Quem ortus Deus lo saulvus *Servent*, avunculus tui, dicti Deus lo salvi, emit a Bernarda Torrona et filiis suis, laudimio milicie Templi. Est autem dictus ortus quem tibi permutamus in adjacentia Sancti Johannis Perpiniani, et affrontat ab oriente in orto Marie Rome, uxoris Garcie Ortis, et in orti Sancti Martini, a meridie in orto Guilelmi Vallispirii, ab occidente in recatura que est inter ortum istum et ortum Berengarii Laurencii, que dividit terminos Perpiniani et de Malleolis, ab aquilone in via publica. Quicquid infra predictas affrontaciones includitur, totum tibi tradimus et racione permutacionis predicte et in corporalem possessionem te mittimus,[b] nos inde penitus denudantes, ad omnes tuas voluntates perpetuo faciendas, pro francho et libero alodio, excepto illo jure quod ibi debet habere in quadam parte dicti orti Arnaldus[c] Gallardi vel illi ad quos illud jus pertinere debet, et cum omnibus ingressibus et egressibus et cum terminis et pertinenciis suis et cum omni jure et actione, quod et quam ibi habemus et habere debemus aliquo jure vel racione, cedendo inde tibi omnes actiones et jura, quas et que in dicto[d] et pro dicto orto habemus et habere debemus, te inde in rem tuam procuratorem constituentes contra omnes personas. Et nos et nostri erimus legitimi auctores et deffensores tibi et tuis contra omnes personas, et tenebimur inde tibi et tuis de omni evictione, pro qua evictione et expensis, si quas in causa evictionis feceritis et pro tuo interesse, obligamus omnia bona

domus Mansi Dei ubique, presencia et futura. Et confitemur tibi quod in publica licitatione facta in platea Cauquiliberi potuisti [... M]CLXXX solidos malguriensium de orto et non amplius. Et nos tantumdem tibi damus pro dicto orto quem pro nobis tenebas, scilicet dictum ortum quem tibi permutamus, quem recipis pro DCCCC solidis et CCLXXX solidis, quos tibi damus in denariis, et sicut sunt tibi completi MCLXXX solidi, soluto nobis inde foriscapio. Item, ego predictus Deuslosalvus, voluntate et assensu Marie, matris mee, et Poncii de Cauco Libero, fratris mei, et Guilelmi Cante, ganterii et Bernardi Cardona et Bernardi de Fosses, manumissorum testamenti dicti patris mei, permuto et excambio vobis, dicto fratri Guilelmo de Turdo, preceptori Mansi Dei, et aliis predictis fratribus et omnibus fratribus domus Mansi Dei, presentibus et futuris, dictum ortum meum cum omnibus arboribus que ibi sunt, cum ingressibus suis et egressibus et cum terminis et pertinenciis, et cum omni jure et actione, quod et quam ibi habeo et habere debeo aliquo modo, quem in presenti vobis trado et in corporalem possessionem vos mitto,[e] me inde denudo et vos investio, cedendo vobis et vestris omnia jura et actiones mihi pro dicto orto vel racione dicti orti competentes vel competitura. Et promitto[f] vobis quod dictum ortum, cum omnibus juribus suis, faciam vobis et vestris bonum habere et tenere in pace ab omni persona, et erimus inde vobis legitimi auctores et deffensores contra omnes personas, et tenebimur inde vobis de omni evictione, pro qua evictione et expensis et interesse, si quas feceritis vel sustinueritis, obligo vobis omnia bona mea ubique, presencia et futura. Est autem dictus ortus in adjacentia Sancte Marie de Caucholibero, in loco vocato Castanies, in Portu inferiori mayoris, et affrontat ab oriente in orto Bartholomei Flaso, a meridie in orto Raymundi de *Pugelat*, ab occidente in orto Extranee quondam, ab aquilone in via publica et in arena maris. Et ego Maria, mater dicti Deuslosalvi, viso et intellecto testamento dicti mariti mei, Guilelmi de Caucolibero quondam, et certificata de omni jure meo, laudo et approbo et confirmo vobis, dicto preceptori, et domui milicie Templi, imperpetuum, totam predictam permutacionem, et renuncio omni juri mihi competenti in predicto orto, racione dotis et donacionis propter nupcias, vel ypothece, vel racione testamenti dicti mariti mei, vel legati, et cuilibet alii juri mihi competenti aliquo modo, et totum vobis et vestris imperpetuum diffinio et me inde denudo. Preterea, precibus et mandato dicti Deuslosalvi, filii mei, certificata de jure meo, scienter et consulte renuncians auxi-

lio et beneficio Velleyano et cuilibet auxilio, promitto[g] vobis, dicto preceptori, et omnibus fratribus domus Mansi Dei, presentibus et futuris, per stipulationem, bona fide, quod si in dicto orto, quem dictus filius meus vobis tradidit racione dicte permutacionis, in totum vel in parte aliquid eviceretur vobis, quod ego et mei servemus vos et domum milicie Templi indempnes de qualibet persona; et quod restituam vobis totum dampnum et interesse et expensas racione evictionis factas, obligans vobis, pro omnibus predictis, omnia bona mea, presencia et futura, et omnia bona predicta et singula, a principio hujus instrumenti usque ad finem, attendere et complere et nunquam contravenire, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Dei Evangeliis, vobis sponte juro. Item, ego Poncius de Caucolibero, et nos, Ermessendis et Johanna, frater et sorores dicti Deuslosalvi, omnia predicta laudamus, confirmamus et approbamus vobis, dicto preceptori, et domui milicie Templi imperpetuum. Et viso et diligenter intellecto testamento dicti patris nostri, renunciamus, certificati de jure nostro, omni juri substitucionis[h] vel legati vel fidei comissi quod possit nobis competere vel evenire in presenti vel in futurum racione dicti testamenti vel ex quacumque alia causa vel modo; et diffinimus vobis quolibet jus quod nobis competit vel possit unquam competere vel evenire in dicto orto, cedendo vobis omnes actiones nostras, nos inde penitus denudantes et vos inde investientes, promittentes[i] vobis quod totam predictam permutacionem semper ratam et firmam habebimus, et omnia predicta attendere a principio hujus instrumenti usque ad finem et non contravenire, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Dei Evangeliis, vobis sponte juramus. Item, ego dictus Deuslosalvus, sciens et recognoscens me legitime esse etatis ad contrahendum, promitto[f] vobis, dicto preceptori, per me et omnes meos, et omnibus fratribus dicte domus, quod totam predictam permutacionem et omnia predicta semper rata et firma habebo, et in predicto orto, quem mihi tradidistis racione dicte permutacionis, renuncio expressim excepcioni non recepti orti, et de CCLXXX solidis, quos mihi amplius tradidistis racione dicte permutacionis, per pacatum[j] me teneo, renuncians excepcioni pecunie[k] non numerate, et omnia predicta attendere et complere et nunquam contravenire, a principio hujus instrumenti usque ad finem, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Evangeliis, vobis sponte juro. Item, nos, dictus preceptor, et totus conventus Mansi Dei, promittimus[l] tibi, dicto Deuslosalvo, et tuis, per stipulationem, quod totam dictam permutacionem et omnia alia predicta, a prin-

cipio hujus instrumenti usque ad finem, semper rata et firma habebimus et nunquam aliquo modo contra veniemus, profitentes quod dicta permutacio ad magnam utilitatem domus Templi facta est. Item, nos, dicti manumissores, omnia predicta laudamus et approbamus,[m] profitentes quod dicta permutacio ad magnam utilitatem dicti Deuslosalvi est facta. Actum est hoc XI kalendas augusti, anno Domini M° CC° L°. Sig++++++++++++na fratris Guilelmi de Turdo, comendatoris domus Mansi Dei, et fratris Johannis de Cirera, preceptoris domus Perpiniani, et fratris Cabot,[n] preceptoris de Palacio, et fratris Guilelmi de Sancto Stephano, comendatoris de Sancto Ypolito, predictorum, qui hec omnia laudamus, et fratris Raymundi, capellani Mansi Dei, et fratris Petri de *Palafrugel*, cambrerii Mansi Dei, et fratris Raymundi Cavaleria, preceptoris domus de Garriga, et fratris Johannis de Argileriis, et fratris Petri Sutoris, et fratris Bernardi de Golac, preceptoris de Sancto *Arnac*, et fratris Guilelmi de *Torneules*, custodis cabane ovium Mansi Dei, et fratris Guilelmi *Marcot* de Tesano, et fratris Petri de Campo Rotundo, fratrum domus Mansi Dei, qui hec omnia predicta laudamus et firmamus. Sig++++++++na Deuslosalvi et[o] Marie, matris ejus, et Poncii de Cauquolibero, fratris ejus, et Guilelmi Cante, ganterii, et Bernardi Cardona et Bernardi de *Fosses*, manumissorum testamenti Poncii de Cauquolibero quondam, et Ermessendis et Johanne, sororum dicti Deuslosalvi, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++++++na Berengarii Laurencii, et Jacobi de Codaleto, et Johannis *Maneu*, sacerdotis, et Guilelmi Poncii, diaconi,[p] et Arnaldi de Pontiliano, et Bernardi de Pelerono, de Sancto Paulo, testium. Guilelmus de Frexaneto[q] scripsit hoc vice Petri Calveti et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Dei *omès B.* b. mitimus *B.* c. Arnalldus *B.* d. in dicto *repetit per error B.* e. mito *B.* f. promito *B.* g. promito *B.* h. sustitutionis *B.* i. promitentes *B.* j. paccatum *B.* k. peccunie *B.* l. promitimus *B.* m. aprobamus *B.* n. Cabat *B.* o. e *B.* p. diachoni *B.* q. Foxaneto *B.*

513

1250, 24 de novembre

Fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Palau [del Vidre], amb el consentiment de fra Guillem Destort, comanador

del Masdéu, i de tot el convent d'aquesta casa, dóna en acapte a mestre Bernat Boter un terreny situat a la parròquia de Santa Maria de Cotlliure, al Port d'Avall, al lloc anomenat els Castanyers, per a fer-hi cases. El terratger haurà de donar a la casa del Temple de Palau 12 diners barcelonesos de cens anual el dia de Sant Joan Baptista i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies en cas d'alienació. Per aquesta concessió, fra Joan de Sacirera reconeix haver rebut 400 sous barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 120v-121, acta núm. 192.
C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 427-430, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Johannes de *la Sereria*, preceptor domus milicie Templi de Palacio, cum assensu et laude fratris Guilelmi *Destorn*, preceptoris domus milicie de Manso Dei, et totius conventus dicte domus, bona fide, per nos et per omnes successores nostros, donamus per acapitum, et in tenedonem veram tradimus tibi, magistro Bernardo Boterio, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas et tuorum voluntates perpetuo faciendas, salvo jure dicte domus nostre et exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum *patil* nostrum habens de lato a parte carrerie versus orientem IIII^{or} cannas recte canne Montispessulani, et a parte orti Bonifacii et Bernardi Maurelli versus occidentem III cannas dicte canne, et de longo a predicta carreria usque ad dictum ortum Bonifacii et Bernardi Maurelli, ad faciendum ibi domum vel domos, a celo usque in abyssum.[a] Quod *patil* habemus in adjacentia Sancte Marie de Cauquolibero, ad Portum inferiorem, in loco dicto ad Castaneas, sicut affrontatur ab oriente in dicta carreria, a meridie in tenedone nostra, ab occidente in orto predicto, ab aquilone in *patil* Guilelmi Berardi minoris. Sicut dictum est, ita damus per accapitum tibi, dicto magistro Bernardo Boterio, et tuis, totum integriter et generaliter, cum ingressibus suis et cum omnibus in se habentibus et sibi pertinentibus et pertinere debentibus, sicut melius potest intelligi sive dici ad tuum proficuum et tuorum. Et, ut semper tibi et tuis hec donacio tutior et firmior habeatur, dabitis inde semper, tu et tui, dicte domui de Palacio, in festo Sancti Johannis Babtiste de junio, de censu[b] XII denarios barchinonenses, vel monete curribilis per Rossilionem,[c] annuatim. Et quociescumque vendetur vel alienabitur, ut est consuetum, habeamus inde foriscapium. Et quandocumque dictam donacionem vendere vel alienare volueritis,

primo denuncietis dicte domui, per spacium X dierum continue completorum cum eorum noctibus,[d] infra quos habeamus licenciam retinendi, pro tali precio quod alius ibi daret, deinde liceat tibi vel tuis vendere et alienare cuilibet, salvo jure dicte domus. Et sic ego et omnes successores mei faciemus tibi et tuis[e] dictam donacionem bonam habere et quiete possidere, et tenebimur de evictione, obligans inde tibi et tuis omnia bona dicte domus. Et profiteor me nunc a te recepisse de accapito CCCC solidos barchinonensium bonorum, in quibus renuncio excepcioni pecunie[f] non numerate. Actum est hoc VIII° kalendas decembris, anno Domini M° CC° L°. Sig++na fratris Johannis de Sireria et fratris Guilelmi *Destorn*, preceptorum predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Arnaudi de Auriolis, et Petri de Lanciano, et Guilelmi Berardi, testium.

Ego Petrus Augerii, Coquiliberi scriptor publicus hanc cartam scripsi et sig-(SM)-navi

a. habissum *B*. b. scenso *B*. c. Rossilionis *B*. d. noctubus *B*. e. tui *B*. f. peccunie *B*.

514

1250, 6 de desembre

Fra Joan de Sacirera, comanador de la casa del Temple de Palau [del Vidre], amb el consentiment de fra Guillem Destort, comanador del Masdéu, dóna en acapte a Pere de Llançà un terreny situat a la parròquia de Santa Maria de Cotlliure, al Port d'Avall, al lloc anomenat els Castanyers, per a fer-hi cases. El terratger haurà de donar a la casa del Temple de Palau 12 diners barcelonesos de cens anual el dia de Nadal i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies en cas d'alienació. Per aquesta concessió, fra Joan de Sacirera reconeix haver rebut 400 sous barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 94r-v, acta núm. 151.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 189-191, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 431-434, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Johannes de Cireria, preceptor domus milicie Templi de Palacio, cum consensu et laude fratris Guilelmi *de Tort*, preceptoris domus milicie Templi de Manso Dei,

per nos et per omnes successores nostros perpetuo, dono, cedo et trado per accapitum et veram tenedonem tibi, Petro de Lanciano, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas et tuorum voluntates perpetuo faciendas, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, et salvo jure semper domus predicte de Palacio, unum *patil* ad faciendum ibi domum vel domos, a celo in abyssum,[a] quod habet dicta domus nostra in adjacencia Sancte Marie de Coquolibero, in loco dicto ad Castaneas, ad Portum inferiorem, quod habeat de fronte, a parte orientis IIII[or] canas recte canne Montispessulani, et a parte occidentis III cannas ejusdem canne, et de longo a carraria publica usque ad ortum Bonifacii et Bernardi Maurelli, sicut affrontat ab oriente in predicta carreria, a meridie in *patil* Guilelmi Berardi juvenis, ab occidente in orto predicto dictorum Bonifacii et Bernardi Maurelli, ab aquilone in alia carreria publica. Sicut dictum est, ita dono per accapitum et in tenedonem trado tibi, dicto Petro de Lanciano, et tuis, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum omnibus in se habentibus et sibi pertinentibus et pertinere debentibus. Et, ut semper tibi et tuis hec donacio tutior et firmior habeatur, dabitis tu et omnes quicumque dictam donacionem tenueritis dicte domui de Palacio, perpetim, XII denarios barchinonenses, vel monete curribilis per Rossilionem, de censu ad Natalem Domini, annuatim. Et ego et omnes successores mei faciemus semper tibi et tuis dictam donacionem bonam habere, tenere et possidere et tenebimur de evictione, obligans inde tibi omnia bona dicte domus. Et si forte tu vel alius post te, tenens dictum *patil* et edificium[b] ibi factum, vendetis aut alienabitis, denuncietis primo mihi vel successoribus meis per spacium X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam retinendi eum pro tali precio quod alius ibi daret, deinde si eum emere nollemus, liceat eum vobis vendere cuilibet, salvo nobis nostro foriscapio. Pro qua donacione, profiteor me a te recepisse CCCC solidos barchinonensium bonorum de accapito, in quibus renuncio excepcioni peccunie non numerate. Actum est hoc VIII° idus decembris, anno Domini M° CC° L°. Sig++na fratris Johannis de Cireria et fratris Guilelmi *de Tort*, preceptorum predictorum, qui hec laudamus et firmamus. Sig+++na Arnaudi de Auriolis, et Bernardi Saure et Raymundi Carnerii, testium.

Ego Petrus Augerii, Coquiliberi scriptor publicus hanc cartam scripsi et sig-(SM)-navi.

a. habissum *B.* b. hedificium *B.*

515

1251 (nou estil), 5 de febrer

Bernat Peitaví de Vilaclara i la seva muller Guillema venen a fra Guillem Destort, comanador del Masdéu, a fra Joan de Sacirera, comanador del castrum *de Palau [del Vidre], i a tots els frares de la milícia del Temple la meitat del quartó i de l'agrer, quatre mesures d'usos i la senyoria directa que tenen sobre una peça de terra que Joana Marcussa de Palau té per ells al lloc anomenat l'Arrabassada, així com el quartó de totes les oliveres que hi ha. Venen igualment tota llur part, o sia el terç, de la senyoria directa de la meitat del quartó i de l'agrer, i quatre mesures d'usos que tenen sobre un camp que Jaume Palet té per ells i pel monestir de Sant Andreu de Sureda, al camí de Sant Andreu; tot el quartó, la senyoria directa i quatre mesures d'usos i el terç de la cossura d'una terra que Ramon de Cases té per ell a* Saniler*; tot el quartó, la senyoria directa i quatre mesures d'usos i el terç d'una terra que Arnau Martí té per ells a* Saniler*; tot el quartó; quatre mesures d'usos i la senyoria directa d'un hort que fou de Maria Gitarda, a Palol; el quartó, la senyoria directa i quatre mesures d'usos de l'hort que Arnau Guila té per ells a Palol; la tasca, el braçatge, tres mesures d'usos i una mesura de* bajulivum *d'una feixa de terra que Pere Despuig té per ells a* Lavador*; la tasca, el braçatge, el terç de la cossura, tres mesures d'usos i una mesura de* bajulivum *d'una terra que Arnau Martí té per ells a Tanyarí. Tota aquesta honor se situa al terme de Santa Maria de Palau. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 110 sous barcelonesos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 55v-56, acta núm. 89.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 203-204, segons *B*.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 435-443, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Bernardus Peitavini de Villa clara, et ego Guilelma, uxor ejus, nos duo unum insimul, nulla vi metusve causa coacti nec ducti dolo vel metu, set mera et spontanea voluntate ducti, bona fide et sine fraude, per nos et nostros cum hac carta publica omni tempore valitura, vendimus et in presenti, sine aliquo retentu, domino Deo et Beate Marie et domui milicie Templi et vobis, domino fratri Guilelmus de Turdo, preceptori domus Mansi Dei, et fratri Johanni de *Çacerira*, comen-

datori castri de Palacio, et omnibus fratribus milicie Templi, et cui dare, dimittere,[a] vendere aut alienare volueritis, ad omnes voluntates vestras et vestrorum imperpetuum libere faciendas, totum medium quartum et medium agrarium et IIII^{or} mensuras de usaticis et jus et dominium quod habemus et recipimus in quadam pecia terre Johanne Marcusse de Palacio, quem tenet pro nobis ad locum qui dicitur *Rabassada*, et in omnibus olivariis que ibi sunt habemus et recipimus quarti, quod vobis vendimus. Item, vendimus vobis et vestris successoribus totum jus et dominium et totam partem nostram medii quarti et medii agrarii et IIII^{or} mensuras de usaticis, que habemus et recipimus in quodam campo, quem Jacobus Paleti tenet pro nobis et monasterio Sancti Andree de Sureda,[b] ad viam Sancti Andree, et sunt due partes dominii dicti monasterii et tercia pars est nostra; et totum quartum, jus et dominium et IIII^{or} mensuras de usaticis et terciam partem cussure cujusdam terre, quam Raymundus de Casis tenet pro nobis ad *Saniler*; et totum quartum, jus et dominium et IIII^{or} mensuras de usaticis et terciam partem cussure cujusdam terre, quam Arnaldus Martini tenet pro nobis ad *Saniler*; et totum quartum, jus et dominium cujusdam orti, qui fuit Marie Gitarde, ad Palatiolum, et IIII^{or} mensuras de usaticis; et totum quartum, jus et dominium et IIII^{or} mensuras de usaticis cujusdam orti, quem Arnaldus Guila tenet pro nobis ad locum qui dicitur Palaciolus; et totam tascham et brassaticum et III mensuras de usaticis et unam mensuram bajulivi cujusdam faxie terre, quam Petrus de Podio tenet pro nobis ad *Lavador*; et totam tasquam[c] et brassiaticum et terciam partem cussure et III mensuras de usaticis et unam mensuram bajulivi cujusdam terre, quam Arnaldus Martini tenet pro nobis ad Tananinum. Qui omnis dictus honor est in villa et terminis Sancte Marie de Palacio. Et affrontat terra Johanne Marcusse oriente et a meridie in terra Vincencii, occidente et aquilone in viis publicis. Terra Jacobi Paleti affrontat oriente in via publica, a meridie in vinea Johanne Marcusse, occidente et aquilone in campo Raymundi *Vives*. Terra Raymundi de Cassis[d] affrontat oriente in campo Raymundi Vermelli, a meridie in terra Arnaldi Martini, occidente in terra Petri Vermelli, aquilone in campo Ferrarii Toyre quondam. Affrontat autem terra Arnaldi Martini oriente et occidente in terra Petri Vermelli, a meridie in terra dicti Arnaldi Martini, aquilone in terra Raymundi de Casis. Ortus Marie Guitarde quondam affrontat oriente in orto Raymundi Garaudi, a meridie in orto Stranee quondam, occidente in orto Arnaldi Gile, aquilone in orto Baudovini. Ortus Arnaldi

Gile affrontat oriente in orto Marie Gitarde quondam, a meridie in orto Raymundi Cervi, occidente in orto Marie Gitarde quondam Petri Jacobi, aquilone in orto Johannis Candelli. Campus de Podio affrontat oriente in terra Talaferri, occidente a meridie et aquilone in honore Arnaldi Andree. Terra Arnalli Martini affrontat oriente in faxia Bernardi Talanti, a meridie in via publica, occidente et aquilone in Tananino. Sicut in istis affrontacionibus predictis includitur, sic vendimus Deo et domui milicie Templi et vobis, predictis preceptoribus, et omnibus fratribus milicie Templi, jura et dominia et terremerita predicta pro alodio francho et libero, generaliter ac specialiter, cum ingressibus et egressibus suis et cum omnibus in se habentibus et sibi pertinentibus,[e] sicut melius ad utilitatem vestram et vestrorum successorum dici vel intelligi potest, pro CX solidis barchinonensium bonorum, de quibus per pacatos[f] nos tenemus, et in utilitate nostra,[g] ita quod, ex certa sciencia excepcioni non numerate pecunie[h] consulte renunciamus. Et promittimus[i] Deo et domui milicie Templi, bona fide et per firmam stipulacionem, quod in hoc vos nec vestros successores non engannemus nec decipi ullo modo permittemus,[j] set totum vobis et domui milicie Templi plene et integre tenere et possidere faciemus in pace, pro francho alodio et libero, sine aliquo contradictu perpetuo, renuncians expresse omni juri, legis vel consuetudinis, scripto vel non scripto, quo contra hec in aliquo vel in toto venire poterimus in judicio vel extra, et etiam ille[k] legi qua subvenitur[l] illis qui ultra dimidiam justi precii sunt decepti. Et nullum jus nec dominium in predictis nobis nec nostris retinemus, set totum de jure nostro et dominio in jus vestrum et domus milicie Templi et dominium insolidum transferimus, nos denudantes et nullam retencionem ibi facientes, et vos et domum milicie Templi et quos volueritis prorsus investientes, et modo in presenti in corporalem et vaccuam possessionem quasi possessores juri et facti vos mittimus,[m] constituentes vos procuratores in rem vestram, tam in agendo quam in excipiendo, cedendo vobis et vestris omnes actiones, tam reales quam personales, peticiones, excepciones, opposiciones, voces et jura et quicquid nos habemus vel habere debemus in predictis, diffinientes ex gracia totum hoc quod dicta vendicio plus hoc precio modo valet[n] vel valebit, promittentes[o] vobis, stipulantibus, bona fide, quod nichil fecimus, vel decetero faciemus, quominus valeat vobis nec vestris successoribus hec predicta vendicio, vel infringi possit, quod si forte fecimus vel faceremus, pro infecto et nullas vires prorsus habeat. Et promittimus[i] nos teneri de omni

evictione et missionibus,[p] si quas in causa evictionis feceritis, ante litem contestatam vel post, unde obligamus vobis et domui milicie Templi omnia bona nostra, vita et morte, ubique. Et ego Guilelma, uxor Bernardi Peitavini predicti, certificata de jure meo, renuncio omni juri ypothece, racione dotis vel donacionis propter nupcias mihi a dicto viro meo facti, et omni alii legitimo auxilio quo contra predicta vel aliquid predictorum venire possem. Et in presenti omnia premissa et singula promitto[q] me rata habere et firma. Et ita totum, ut in hac carta continetur, me observaturam et in nullo contraventuram, bona fide et per stipulacionem vobis et domui milicie Templi promitto,[q] et etiam per Deum ego (et)[r] vir meus, Bernardus Peitavini, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Evangeliis, sponte juramus. Et est manifestum. Actum est hoc nonis februarii, anno dominice Incarnationis MCCL. Sig++na Bernardi Peitavini et uxoris ejus, Guilelme, predictorum, qui hec omnia laudamus firmarique rogamus. Sig+++na Guilelmi de Villa clara, et Berengarii Riali et Bernardi d'Aspe, de Palacio, testium.

Raymundus Picherii, publicus scriptor, scripsit auctoritate domini Elnensis episcopi et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. dimitere *B.* b. Supera *B.* c. cosquam *B.* d. *Sic B.* e. pertinentiis *B.* f. paccatos *B.* g. utilitatem nostram *B.* h. peccunie *B.* i. promitimus *B.* j. permitemus *B.* k. ille *B.* l. subventur *B.* m. mitimus *B.* n. valent *B.* o. promitentes *B.* p. misionibus *B.* q. promito *B.* r. et *omès B.*

516

1251 (nou estil), 15 de febrer

Arnau Rainer de Sant Cebrià i Arnau Català, fill del difunt Joan d'Eliard, venen a fra Cabot, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, un camp que tenen a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat els Estanyols. Fan aquesta venda a petició de la difunta Adelaida, esposa d'Arnau Català i germana d'Arnau Rainer, com a reemborsament pels seus torts. Pel preu d'aquesta venda, reconeixen haver rebut 600 sous barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 208, acta núm. 361.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 143-145, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego Arnaldus Raynerius de Sancto Cipriano, et ego Arnaldus Catalanus, filius condam Johannis de Aliarde, uterque nostrum insolidum, per nos et per omnes nostros,

renunciantes epistole divi Adriani et beneficio nove constitutionis et dividende actionis, vendimus et concedimus tibi, fratri Caboto, preceptori domus Mansi Dei Perpiniani, et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, quendam campum, quem nos habemus et tenemus in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco dicto Stainollis; et affrontat ab oriente in via que vadit ad Podium *Genest*, a meridie et ab occidente et ab aquilone in tenencia domus milicie Templi. Et est certum quod predictum campum vendimus tibi de mandato quod fecit nobis Aladaidis uxor condam mei dicti Arnaldi Catalani et soror mei dicti Arnaldi[a] Rainerii pro injuriis scilicet suis restituendis. Predictum quidem campum vendimus tibi et domui milicie pro francho alodio, ad omnes voluntates vestras et domus milicie faciendas semper, pro pretio DC solidorum barchinonensium bonorum, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate; et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi pretii decepti sunt similiter renunciamus. Et si hec vendicio plus valet dicto pretio, illud totum plus valens gratis inter vivos vobis et dicte domui milicie damus et diffinimus imperpetuum, cedentes etiam vobis racione hujus vendicionis et emptionis omnes actiones et jura, quas et que in dicto et pro dicto campo habemus et habere debemus contra omnes personas, constituentes inde vos procuratores in rem vestram. Et promittimus[d] vobis quod nos et nostri faciemus vobis et vestris et domui milicie predictum campum tenere (et)[e] habere in pace ab omni persona, et tenemur vobis de evictione. Et ponemus nos ad defensionem[f] vestram in omni causa que pro dicto campo vobis movantur cum nostris propriis missionibus et expensis. Et de dicto campo mittimus[g] vos in corporalem possessionem facti et juris et quasi possessionem, in presenti constituendo nos dictum campum nomine vestro possidere, promittentes[h] etiam vobis quod nichil fecimus nec decetero faciemus quominus hec vendicio vobis valeat, et omnia predicta et singula attendere et complere et numquam contravenire per stipulationem vobis promittimus.[b] Pro quibus etiam omnibus predictis et singulis vobis attendendis et complendis, obligamus vobis et dicte domui milicie Templi omnia bona nostra presencia et futura. Actum est hoc XV° kalendas marcii, anno Domini M° CC° L°. Sig++na Arnaldi Rainerii et Arnaldi Catalani predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Peregrini, et Johannis de Calcia et Johannis Panistrerii, testium. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Arnalldi *B.* b. paccatos *B.* c. peccunie *B.* d. promitimus *B.* e. et *omès B.* f. deffensionem *B.* g. mitimus *B.* h. promitentes *B.*

517

1251, 3 de maig

Fra Cabot, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Guillem Babot de Malloles un terreny situat a la parròquia de Santa Maria de Malloles. El terratger haurà de donar a la casa del Temple 2 esterlins de cens anual el dia de Nadal i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Com a preu d'aquesta concessió, fra Cabot reconeix haver rebut 12 sous barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 238r-v, acta núm. 428.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 146-148, segons *B.*

Notum sit cunctis quod nos, frater Cabot, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros damus ad accapitum tibi, Guilelmo *Babot* de Malleolis, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum patuum nostrum, de celo usque in abyssum,[a] quod habemus in terminis et in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, et affrontat ab oriente in via que vadit in manso nostro, a meridie in tenencia Hospitalis de Bajolis, ab occidente in tua tenencia, ab aquilone in nostra tenencia, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, tali pacto quod tu et tui et qui dictum patuum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis vel successoribus nostris de censu quolibet anno in festo Natalis Domini II sterlinos. Et quandocumque venderetur vel inpignoraretur, nos et nostri successores habeamus inde nostrum foriscapium; et si vendere volueris dictum patuum, primum nobis et successoribus nostris denuncietis spacio XV dierum cum eorum (noctibus),[b] infra quos habeamus potestatem dictum patuum retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi dictum patuum vendere cuicumque volueris, salvo jure nostro et successorum nostrorum. Et promittimus[c] tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in

pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et pro predicta donacione habuimus et accepimus a te pro accapito XII solidos barchinonensium, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes excepcioni pecunie[e] non numerate. Actum est hoc V° nonas madii, anno Domini millesimo CC° L I°. Sig++++na fratris Caboti, et fratris *Feliu*, et Guilelmi[f] de Trivillaco, et fratris Raymundi de Molendinis, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Peregrini de Malleolis, et Jacobi Augusti et Petri de Podio, testium. Ego Petrus de Ferralibus hanc cartam scripsi mandato Bernardi *Carles*. Bernardus *Carles*, scriptor publicus Perpiniani auctoritate Raymundi Aymerici, scriptoris publici Perpiniani, hoc instrumentum receptum et laudatum in posse Petri Calveti quondam, tunc scriptoris publici Perpiniani, de notulis dicti Petri Calveti scribi fecit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. noctibus *omès B.* c. promitimus *B.* d. paccatos *B.* e. peccunie *B.* f. Guilelmo *B.*

518

1251, 20 d'agost

Fra Guillem Destort, comanador del Masdéu, fra Cabot, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Ramon de Vilanova, fra Joan d'Argelers, fra Pere Boteller i fra Ramon d'Ultramar donen en acapte a Perpinyà Sabadell, pellaire, dos tallers contigus situats al costat del mas del Temple, a Perpinyà, a la vora del camí que mena a la Porta de Malloles. El terratger haurà de mantenir aquests tallers a càrrec seu i haurà de donar a la casa del Temple l'equivalent de 5 peces d'or en moneda barcelonesa de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, els templers han rebut 60 sous barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 422v-423, acta núm. 791.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 149-151, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Turdo, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Cabot, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et nos, frater Raymundus de Villa nova, et frater Johannes de *Argilers*, et frater Petrus Botellerius, et fra-

ter Raymundus de Ultra Mare, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus ad accapitum tibi, Perpiniano Sabadello, pellicerio, et tuis, et quibus volueris imperpetuum, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, duo operatoria nostra, de celo usque in abyssum,[a] que se tenent, et affrontant ab oriente et a meridie in nostro manso, ab occidente in camino publico quo itur ad portale de Malleolis. Sicut superius dictum est, sic damus ad accapitum tibi et tuis predicta duo operatoria, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui ea tenueritis, teneatis ea condirecta vestris expensis, et donetis nobis et successoribus nostris pro censu dictorum operatoriorum de primo venienti festo Natalis Domini usque ad unum annum completum tot barchinonenses quod valeant nobis ad cambium V aureos boni auri et fini, et sic de anno in annum in festo Natalis Domini tot barchinonenses quod valeant nobis ad cambium V aureos boni auri et fini. Et quandocumque et quocienscumque dicta duo operatoria venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Promittimus[b] etiam tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis dicta duo operatoria bona habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, ubique, presencia et futura. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito LX solidos barchinonensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus Mansi Dei. Et ego Perpinianus *Sabadel*, hec omnia laudo et firmo, promittens[f] vobis, dicto preceptori, et aliis fratribus, quod ego et mei dabimus et solvemus vobis, et successoribus vestris, et dicte domui Mansi Dei, dictum censum quolibet anno, ut supradictum est, et tenebimus dicta operatoria condirecta nostris propriis expensis, obligans inde vobis et dicte domui Mansi Dei dicta operatoria, et melioramentum et opus quod ibi fecerimus. Actum est hoc XIII kalendas septembris, anno Domini M° CC° L° primo. Sig++++++na fratris Guilelmi de Turdo, preceptoris domus Mansi Dei, et fratris Caboti, preceptoris domus Perpiniani, et fratris Raymundi de Villa nova, et fratris Johannis d'*Argilers*, et fratris Petri Botelerii, et fratris Raymundi de Ultramare predictorum, qui

hec omnia laudamus et firmamus. Sig+num Perpiniani Sabadelli predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++na Arnaldi Picani, et Laurencii Rotundo et Bernardi de Riardo, testium rogatorum.

Guilelmus de Frexaneto, notarius publicus Perpiniani, scripsit hanc cartam et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. peccuniam *B.* f. promitens *B.*

519

1251, 9 de desembre

Fra Cabot, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Pere Adalbert de Malloles un terreny situat a Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles. El terratger haurà de donar a la casa del Temple 3 esterlins de plata fina de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, fra Cabot reconeix haver rebut 12 sous i 6 diners barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 377r-v, acta núm. 689.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 152-154, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Cabot, preceptor domus Templi Perpiniani, per me et omnes successores meos, dono et trado ad accapitum tibi, Petro Adalberti de Malleolis, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum patuum, de celo usque in abyssum,[a] quod est in terminis et adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, extra portale quod dicitur de Malleolis, et affrontat ab oriente in tenencia Bernarde Baxanis, a meridie et ab occidente in tenencia nostra, ab aquilone in tenencia Pagani Fusterii, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui dictum patuum habueritis et tenueritis, donetis semper michi et successoribus meis de censu singulis annis in festo Natalis Domini tres sterlinos argenti fini; et quandocumque et quocienscumque dictum patuum, sive domus ibi edificata,[b] venderetur vel inpignoraretur, dicta domus Templi habeat inde suum foriscapium; et si dictum patuum, sive domum, vendere volueritis tu vel tui, primum denuncietis michi vel successoribus

meis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, abinde liceat tibi et tuis dictum patuum, seu domum, vendere, salvo censu et foriscapio dicte domus predicto. Et ego et successores mei faciemus semper tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde tibi et tuis de omni evictione, obligando inde tibi et tuis omnia bona dicte domus Templi, presencia et futura. Et pro predicta donacione, habui et accepi a te pro accapito XII solidos VI denarios barchinonensium bonorum, cujus monete XV denarii valent XII denarios malgurienses, quos recognosco versos esse, et redactos, in utilitate dicte domus, in quibus renuncio exceptioni pecunie[c] non numerate. Actum est hoc V° idus decembris, anno Domini M° CC° L° primo. Sig+num fratris *Cabot*, preceptoris predicti, qui hec omnia laudo. Sig+++na Guilelmi Poncii, diaconi,[d] et Raymundi de Plasensa et Raymundi Magistri, testium. Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, hoc instrumentum receptum et laudatum in posse Petri Calveti condam, scriptoris publici Perpiniani, auctoritate ei concessa a curia Perpiniani ex parte domini regis Aragonum, scripsit post mortem dicti Petri Calveti, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. hedificata *B.* c. peccunie *B.* d. diachoni *B.*

520

1251, 23 de desembre

Vidimus per Guillem Gela, prevere i escrivà públic, del testament d'Arnau de Fenollet del 5 de juliol de 1173.[307]

A Original, pergamí, amplada 180/190 mm, alçada 185 mm, ADHG, H Malte Homps 5, peça núm. 1.[308]

[*Transcripció del testament del 5 de juliol de 1173*:] Ego Guilelmus Gela, presbiter, scriptor publicus auctoritate domini *B.*, Elnensis episcopi, hoc translatum fideliter ac legaliter ab originali testamento translatavi puncto ad punctum, verbo ad verbum, nil addens vel minuens, videntibus et legentibus tribus testibus sa-

307. Vegeu més amunt l'acta núm. 92.

308. El document porta al dors una anàlisi i anotacions modernes i la signatura topogràfica: «n° 1».

cerdotibus advocatis, scilicet Arnaldum, presbiterum de Salsis, et Arnaldum, presbiterum de Pradum, et Bernardum, presbiterum *d'Alo*, qui omnes hac translatum et dictum originale instrumentum legerunt et bene prospexerunt et ita bene convenire invenerunt X kalendas januarii, anno Domini M° CC° L° primo, et fecit hoc meum Sig-(SM)-num.

521

1252 (nou estil), 11 de febrer

Fra Guillem Destort, comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Cabot, comanador de la casa de Perpinyà, i dels frares Guillem de Trevillac, Ramon d'Ultramar i Ferrer, de la casa de Perpinyà, dóna en acapte a Pere Despuig, blanquer, i a la seva esposa Esclarmunda una casa situada a Perpinyà. Els terratgers hauran de donar a la casa del Temple 26 sous i 3 diners barcelonesos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant quinze dies i quinze nits en cas d'alienació. Atorguen als terratgers la facultat d'alçar aquesta casa, amb la condició que rebin les aigües que vessen de la teulada de la casa del Temple que li és contigua. Pel preu d'aquesta concessió, fra Guillem Destort reconeix haver rebut 75 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 281v-282, acta núm. 499.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 155-157, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Turdo, preceptor domus Mansi Dei, voluntate et laudamento fratris *Cabot*, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Guilelmi de Trivilaco et fratris Raymundi de Ultra Mare et fratris Ferrarii, ejusdem domus, per me et per omnes successores meos dono atque in presenti irrevocabiliter trado ad accapitum vobis, Petro de Podio, curaterio, et Sclarmonde, uxori ejus, et vestris et quibus volueritis imperpetuum, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, quandam domum nostram, de celo usque in abyssum,[a] que est infra villam Perpiniani, et affrontat ab oriente et a meridie in nostra tenencia, ab occidente in via publica, ab aquilone in tenencia Johannis Fusterii de Valfagona. Sicut superius dictum est, ita dono ad acapitum vobis et vestris totam predictam domum, de celo usque in abyssum,[a] integriter ac generaliter, cum

ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestris, qui dictam domum habueritis et tenueritis, donetis semper michi et successoribus meis quolibet anno in festo Natalis Domini pro censu dicte domus XXVI solidos III denarios barchinonensium bonorum, valentes ad cambium Perpiniani XXI solidos malguriensium, ad racionem de XV[ens]; et quandocumque et quocienscumque dicta domus venderetur vel inpignoraretur, ego vel successores mei habeamus inde nostrum foriscapium; et quandocumque et quocienscumque dictam domum vendere volueritis, primum denuncietis michi et successoribus meis spacio XV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi eam sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris illud vendere vel inpignorare cuicumque volueritis, salvo semper jure nostro predicto, promittens[b] vobis, stipulantibus, quod ego et successores mei faciemus vobis et vestris totam predictam domum bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et teneri sine fraude de omni evictione, obligans inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et si vos vel vestri volueritis altius levare dictam domum, possitis facere, ita quod recipiatis aqueductum sive aqueversum de domo nostra qui modo ibi est. Et pro hac donacione, habui et accepi a vobis pro accapito LXXV solidos barchinonensium bonorum, de quibus per pacatum[c] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[d] non numerate, quos recognosco versos esse, et redactos, in maxima utilitate dicte domus Mansi Dei. Actum est hoc III° idus februarii, anno Domini M° CC° L° primo. Sig+num fratris Guilelmi de Turdo predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++na fratris *Cabot*, et fratris Guilelmi de Trivilaco, et fratris Raymundi de Ultra Mare, et fratris Ferrarii predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Poncii, diaconi,[e] et Johannis *Blancart* et Bernardi *Patau*, testium. Ego Arnaldus Mironi hanc cartam scripsi mandato Guilelmi de Frexaneto.

Guilelmus de Frexaneto, notarius publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promitens *B.* b. paccatum *B.* d. peccunie *B.* e. diachoni *B.*

522

1252 (nou estil), 23 de febrer

Fra Cabot, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment dels frares Pere Servent, Ramon i Bernat de Miralpeix, dóna en acapte a Arnau Garriga de Malloles tots els drets que els templers tenen sobre un terreny que fou de Martí Sastre situat a la vila vella de Malloles. El terratger haurà de donar a la casa del Temple 12 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el lluïsme i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Cabot reconeix haver rebut 5 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 222, acta núm. 389.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, p. 207, segons *B*.
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 158-159, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Cabot, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, cum voluntate et laude fratris Petri Serventi et fratris Raymundi et fratris Bernardi de *Mirapex*, per me et per omnes successores meos dono et laudo firmiterque concedo atque in presenti trado ad accapitum tibi, Arnaudo Garrice de Malleolis, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, preter sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, totum quicquid juris habemus vel habere aliquo modo debemus in quodam pati qui condam fuit Martini Sartoris, qui est intus villam veteri de Malleolis. Affrontat autem ab oriente in ferragina Fanjovis femine, a meridie in tenencia Hospitalis Bajolarum, ab occidente in via publica, ab aquilone in tenedone Petri Pedregarii. Sicut superius dictum est, sic dono tibi, dicto Arnaudo Garrice, ad accapitum, et tuis, totum predictum jus quod in dicto pati accipimus, sicut melius a te vel a tuis intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, sive illi qui dictum jus vel pati habebunt et tenebunt, donetis mihi et successoribus meis annuatim in festo Natalis Domini XII denarios malgurienses bonos de censu. Et si forte dictum pati vendere vel inpignorare volueris, retinemus mihi et successoribus meis omnem laudimium et foriscapium. Pro hac autem donatione et laudatione quam tibi et tuis facio, habui et accepi a te V solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatum[a] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[b] non numerate. Actum est

hoc VII° kalendas martii, anno Domini M° CC° L° I°. Sig+num fratris Caboti, qui hoc laudo et firmo. Sig+++na fratris Petri Serventi, et fratris Raymundi, et fratris Bernardi de *Mirapex*, qui hoc laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Gasaudi, et Petri, filii ejus, et Guilelmi Poncii, diaconi,[c] testium.

Guilelmus Pedregarii, sacerdos atque sacrista de Malleolis, scriptor publicus auctoritate domini Bernardi Elnensis episcopi, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatum *B.* b. peccunie *B.* b. diachoni *B.*

523

1252, 28 d'octubre

Fra Cabot, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment dels frares Pere de Lavanhac i Berenguer del Vernet de la casa de Perpinyà, dóna en acapte a Ermengarda Plasensa i als seus fills Joan i Guillem una peça de terra de tres mesallades situada a la parròquia de Santa Maria de Malloles, per a plantar-hi una vinya. Els terratgers hauran de donar a la casa del Temple la quarta part de la verema, que portaran a la vila de Malloles, la cinquena part de les olives, si hi planten oliveres, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, fra Cabot reconeix haver rebut 60 sous barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 224r-v, acta núm. 395.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, p. 229, segons *B.*
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 160-162, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego Cabot, preceptor domus Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos, consilio et voluntate fratris Petri de Lavaynaco et fratris Berengarii de Verneto, fratrum ejusdem domus, dono atque in presenti trado ad accapitum vobis, Ermenjardi *Plasensa* et Johanni et Guilelmo, filiis ejus, et quibus volueritis imperpetuum, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum et hominibus Perpiniani, quandam petiam terre, scilicet III medallatas, ad plantandum ibi vineam. Quam petiam terre ego et successores habemus et habere debemus in terminis et in adjacentia Sancte Marie de Malleolis,

et affrontat ab oriente in vinea Andree *Sadol* et in vinea Jacobi Gibrati, a meridie in tenencia Raymundi *Orle*, ab occidente in campo Arnaldi Venrelli condam, ab aquilone in mea tenencia. Sicut superius dictum est, sic dono ad accapitum vobis et vestris et cui volueritis predictam petiam terre, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, sub tali quidem pacto et forma quod vos et vestri, qui dictam petiam terre et vineam ibi plantatam habueritis et tenueritis, donetis semper mihi et successoribus meis de omni vindemia quod ibi, dante Domino, fuerit fideliter quartum apportatum[a] in nostro posse intus villam de Malleolis; et si olivarios ibi plantaveritis vos vel vestri, de fructu eorum detis nobis fideliter quintum in dicta villa de Malleolis apportatum.[a] Et quandocumque et quocienscumque dicta vinea venderetur vel inpignoraretur, ego et successores mei habeamus inde nostrum foriscapium. Verum si dicta vinea vendere volueritis, primo mihi vel successoribus meis denuncietis spatio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi eam sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, sin retinere noluerimus, abinde liceat vobis et vestris eam vendere, salvo jure nostro predicto, promittens[b] vobis quod ego et successores mei faciemus vobis et vestris totam predictam petiam terre et vineam ibi plantatam bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et teneri sine fraude de omni evictione, obligans inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus Templi, presentia et futura. Et pro hac donatione, habui et accepi a vobis pro accapito LX solidos barchinonensium, de quibus per pacatum[c] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[d] non numerate, quos recognosco versos esse, et redactos, in maxima utilitate dicte domus Templi. Actum est hoc V° kalendas novembris, anno Domini M° CC° L° II°. Sig+++na fratris *Cabot*, et fratris Petri de Lavainaco, et fratris Berengarii de Verneto predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Bernardi Raymundi de Malleolis, et Arnaldi Pelegrini et Pagani Fusterii, testium. Ego Arnaldus Mironus hanc cartam scripsi mandato Guilelmi de Frexaneto et rasi et emendavi in XVII[a] linea.

Guilelmus de Frexaneto, notarius publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. aportatum *B.* b. promitens *B.* c. paccatum *B.* d. peccunie *B.*

524

1252, 8 de novembre

Fra Cabot, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Guillem Ortolà de Malloles una parcel·la de terra d'un camp que la casa de la milícia del Temple de Perpinyà té a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat l'Estany, per a plantar-hi una vinya. El terratger haurà de donar a la casa del Temple la cinquena part de la verema, que portarà a Malloles a càrrec seu, i el lluïsme i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, fra Cabot reconeix haver rebut 50 sous barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 221v-222, acta núm. 388.
C Còpia parcial del començament del segle XX, *Cart. gén.,* nouv. acq. lat. 29, ff. 163-165, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Cabot, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos dono et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado ad accapitum tibi, Guilelmo Ortolani de Malleolis, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, preter sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, quandam petiam terre, ad plantandum et ad faciendum ibi vineam, cujusdam campi, quem domus milicie Templi Perpiniani habet in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, ad Stagnum, et affrontat ab oriente in malleolo Guilelmi de Cereto, a meridie in malleolo Raymundi Rogerii, ab occidente in campo Vidiani Sartoris, ab aquilone in malleolo Raymundi Rogerii. Sicut predictum est, sic dono ad accapitum tibi, dicto Guilelmo Ortolani, et tuis, totam prenominatam petiam terre, ad plantandum et ad faciendum ibi vineam, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus et cum terminis et pertinenciis et cum omnibus in se habentibus, sicut melius a te vel a tuis intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum; sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, sive illi qui dictam vineam habebunt et tenebunt, donetis mihi vel successoribus meis bene et fideliter de omni vindemia quod Deu ibi dederit quintam saumatam apportatam[a] apud Malleolas cum tuis bestiis absque missione mea vel successorum meorum. Verum si dictam vineam vendere vel inpignorare volueritis, retineo michi et successoribus meis omnem laudimium et foriscapium; et quandocumque vel quotienscumque dictam vineam

vendere vel inpignorare volueris mihi vel successoribus meis, prius scire facias per spacium X dierum cum eorum noctibus, in quibus ego et successores mei habeamus licenciam ipsam retinendi; et si retinere noluerimus, deinde liceat tibi et tuis illam vendere vel inpignorare ut dictum est, salvis juribus meis et successorum meorum in omnibus et per omnia. Pro hac autem donatione et laudatione quam tibi et tuis facio, habui et accepi a te L solidos barchinonensium bonorum, de quibus per pacatum[b] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[c] non numerate. Promitto[d] etiam tibi et tuis bona fide per stipulationem quod totam predictam vineam, cum solo suo, faciam semper tibi et tuis bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione et de sumptibus si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ex quibus credaris plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis obligo tibi et tuis omnia bona dicte domus milicie Templi Perpiniani. Actum est hoc VI idus novembris, anno Domini M° CC° L° II°. Sig+num fratris Caboti, preceptoris domus milicie Templi Perpiniani, qui hoc laudo et firmo. Sig+++na Bernardi Xetmarii et Johannis Fusterii, sacerdotum, et Guilelmi Gasaudi, testium.

Guilelmus Pedregarii, sacerdos atque sacrista de Malleolis, scriptor publicus auctoritate domini Bernardi, Elnensis episcopi, scripsit hoc et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. aportatam *B.* b. paccatum *B.* c. peccunie *B.* d. promito *B.*

525

1252, 8 de novembre

Fra Cabot, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Pere de Molars i a la seva esposa Besoldina una feixa de terra que la casa del Temple de Perpinyà té a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat l'Estany, per a plantar-hi una vinya. Els terratgers hauran de donar a la casa del Temple la cinquena part de la verema, que portaran a Malloles a càrrec seu, la cinquena part de les olives, si hi planten oliveres, i el lluïsme i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, fra Cabot reconeix haver rebut 12 sous barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 223v, acta núm. 393.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 166-167, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater *Cabot*, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos dono et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado ad accapitum vobis, Petro de Molario et Besoldinne, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, quandam faxiam terre ad plantandum et ad faciendum ibi vineam, quam domus milicie Templi Perpiniani habet in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, ad Stagnum. Affrontat autem ab oriente et a meridie in campo Vidiani Sartoris, ab occidente in campo Arnaldi Rayneriis de Perpiniano, ab aquilone in campo Raymundi Malleolis. Sicut predictum est, sic damus ad accapitum vobis dictis et vestris totam prenominatam faxiam terre ad plantandum et ad faciendum ibi vineam, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus et cum terminis et pertinenciis et cum omnibus in se habentibus, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest, ad utilitatem vestram et vestrorum, sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestri sive illi qui dictam vineam habebunt et tenebunt donetis mihi vel successoribus meis bene et fideliter de omni vindemia quod Deus ibi dederit quintam saumatam apportatam[a] apud Malleolas absque missione dicte domus milicie Templi Perpiniani, et de omnibus olivariis similiter quintum, si ibi plantaveritis. Et quandocumque vel quotienscumque dictam vineam vendere vel inpignorare volueritis, mihi vel successoribus meis, prius scire faciatis per spacium X dierum cum eorum noctibus, in quibus ego et successores mei habeamus licenciam ipsam retinendi; et si retinere noluerimus, deinde liceat vobis et vestris illam vendere vel inpignorare, salvis juribus meis et successorum meorum in omnibus. Pro hac autem donatione et laudatione quam vobis et vestris facio, habui et accepi a vobis XII solidos barchinonensium bonorum, de quibus per pacatum[b] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[c] non numerate. Promitto[d] etiam vobis et vestris bona fide per stipulationem quod totam predictam vineam, cum terra qua plantata est, faciam semper vobis et vestris bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, obligans inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus milicie Templi Perpiniani. Actum est hoc VI idus novembris, anno Domini M CC° L° II°. Sig+num fratris Caboti predicti, qui hoc laudo et firmo.

Sig+++na Bernardi Xatmarii et Johannis Fusterii, sacerdotum, et Guilelmi Gasaudi, testium.

Guilelmus Pedregarii, sacerdos atque sacrista de Malleolis, scriptor publicus auctoritate domini Bernardi, Elnensis episcopi, hoc scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. aportatam *B.* b. paccatum *B.* c. peccunie *B.* d. promito *B.*

526

1252, 8 de novembre

Fra Cabot, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Pere Sabater de Malloles i a la seva muller Ramona una dinerada de vinya d'un camp que la casa del Temple té a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat l'Estany, per a plantar-hi una vinya. Els terratgers hauran de donar a la casa del Temple la cinquena part de la verema, que portaran a Malloles a càrrec seu, la cinquena part de les olives, si hi planten oliveres, i el lluïsme i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, fra Cabot reconeix haver rebut 50 sous barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 224v-225, acta núm. 396.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 170-172, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater *Cabot*, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos dono et laudo firmiterque concedo atque in presenti trado ad accapitum vobis, Petro Sutori de Malleolis et Raymunde,[a] uxori ejus, et vestris, et cui volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, preter sanctis et militibus et domibus religionum, quandam denariatam vinee cujusdam campi ad plantandum et ad faciendum ibi vineam, quem domus milicie Templi habet in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, ad Stagnum. Affrontat autem ab oriente in malleolo Raymundi de *na Plaçensa*, a meridie in campo Vidiani Sartoris, ab occidente in campo Raymundi Malolis, ab aquilone in vinea Ferrarii Sutoris. Sicut predictum est, sic dono ad accapitum vobis dictis et vestris et cui volueritis totam prenominatam denariatam vinee predicti campi, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus et cum

terminis et pertinenciis et cum omnibus in se habentibus, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum; sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestri, sive illi qui dictam vineam habebunt et tenebunt, donetis mihi vel successoribus meis bene et fideliter de omni vindemia quod Deus ibi dederit quintam saumatam apportatam[b] absque missione dicte domus milicie Templi Perpiniani apud Malleolas, et de olivarii similiter quintum, si ibi plantaveritis. Et si forte dictam vineam vendere vel inpignorare volueritis, retineo mihi et successoribus meis laudimium[c] et foriscapium. Verum si dictam vineam vendere vel inpignorare volueritis, mihi vel successoribus meis prius scire faciatis per spacium X dierum cum eorum noctibus, in quibus ego et successores mei habeamus licenciam ipsam retinendi; et si retinere noluerimus, deinde liceat vobis et vestris illam vendere vel inpignorare ut dictum est, salvis juribus meis et successorum meorum in omnibus. Pro hac autem donatione et laudatione quam vobis et vestris facio, habui et accepi a vobis L solidos barchinonensium bonorum, de quibus per pacatum[d] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[e] non numerate. Promitto[f] etiam vobis et vestris bona fide per stipulationem quod totam predictam donationem, cum terra qua plantata est, faciam semper vobis et vestris bonam habere et tenere in pace ab omni persona et teneri sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ex quibus credamini plano vestro verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis obligo vobis et vestris omnia bona dicte domus milicie Templi Perpiniani. Actum est hoc VI° idus novembris, anno Domini M° CC° L° II°. Sig+num fratris Caboti, preceptoris domus milicie Templi Perpiniani, qui hoc laudo et firmo. Sig+++na Guilelmi Gasaudi, et Bernardi Xatmarii et Johannis Fusterii, sacerdotum, testium.

Guilelmus Pedregarii, sacerdos atque sacrista de Malleolis, scriptor publicus auctoritate domini Bernardi Elnensis episcopi, hoc scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Raymundi *B.* b. aportatam *B.* c. laudamium *B.* d. paccatum *B.* e. peccunie *B.* f. promito *B.*

FUNDACIÓ NOGUERA

527

1252, 8 de novembre

Fra Cabot, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Ramon Roger de Malloles i a la seva esposa Bartomeua una dinerada de terra que la casa del Temple té a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat l'Estany, per a plantar-hi una vinya. Els terratgers hauran de donar a la casa del Temple la cinquena part de la verema, que portaran a Malloles a càrrec seu, la cinquena part de les olives, si hi planten oliveres, i el lluïsme i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, fra Cabot reconeix haver rebut 60 sous barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 225v-226, acta núm. 398.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 173-175, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater *Cabot*, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos dono et laudo firmiterque concedo atque in presenti irrevocabiliter trado ad accapitum vobis, Raymundo Rogerii de Malleolis et Bartholomee, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, preter sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, quandam denariatam terre, ad plantandum et ad faciendum ibi vineam, quam domus milicie Templi Perpiniani habet in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, ad Stagnum. Affrontat autem ab oriente et ab occidente in tenencia dicte domus milicie Templi, a meridie in campo Vidiani Sartoris, ab aquilone in malleolo Guilelmi de Cereto. Sicut predictum est, sic damus ad accapitum vobis dictis et vestris et cui volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, totam predictam denariatam terre, ad plantandum et ad faciendum ibi vineam, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius a vobis vel a vestris intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, sub tali quidem forma et pacto quod vos vel vestri, sive illi qui dictam vineam habebunt et tenebunt, donetis mihi vel successoribus meis bene et fideliter de omni vindemia quod Deus ibi dederit quintam saumatam, apportatam[a] apud Malleolas absque missione domus milicie Templi Perpiniani, et de olivariis similiter quintum. Et si

forte dictam vineam vendere vel inpignorare volueritis, retineo michi et successoribus meis omnem laudimium et foriscapium. Verum, si dictam vineam vendere vel inpignorare volueritis, mihi vel successoribus meis prius scire faciatis per spacium X dierum cum eorum noctibus, in quibus ego et successores mei habeamus licenciam ipsam retinendi; et si retinere noluerimus, deinde liceat vobis et vestris illam vendere vel inpignorare ut dictum est, salvis juribus meis et successorum meorum in omnibus. Pro hac autem donatione et laudatione quam vobis et vestris[b] facio, habui et accepi a vobis LX solidos barchinonensium bonorum, de quibus per pacatum[c] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[d] non numerate. Promitto[e] etiam vobis et vestris bona fide per stipulationem quod totam predictam vineam, cum terra qua plantata est, faciam semper vobis et vestris bonam habere et tenere ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis vos vel vestros facere contigerit, ex quibus credamini plano vestro verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis obligo vobis et vestris omnia bona dicte domus milicie Templi Perpiniani. Actum est hoc VI idus novembris, anno Domini M° CC° L° II°. Sig+num fratris Caboti, preceptoris domus milicie Templi Perpiniani, qui hoc laudo et firmo. Sig+++na Bernardi Xatmarii et Johannis Fusterii, sacerdotum, et Guilelmi Gasaudi, testium.

Guilelmus Pedregarii, sacerdos atque sacrista de Malleolis, scriptor publicus auctoritate domini Bernardi, Elnensis episcopi, hoc scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. aportatam *B.* b. tibi et tuis *B.* c. paccatum *B.* d. peccunie *B.* e. promito *B.*

528

1252, 8 de novembre

Fra Cabot, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i Simó de Vilallonga donen en acapte a Guillem Sapte de Malloles una vinya i un erm que aquest té per la casa del Temple a la parròquia de Santa Maria de Malloles, a Puig Joan. El terratger haurà de donar-los la cinquena part de la verema, que portarà a càrrec seu fins a llur tina, a Malloles, i el lluïsme i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 6 sous barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 242v, acta núm. 439.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 168-169, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater *Cabot*, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et Simon de Villa longa, per nos et per omnes nostros damus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo *Sabte* de Malleolis, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, preter sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, quandam vineam, cum terra (in)[a] qua plantata est, et quendam heremum, quem habes et habere et tenere debes pro nobis in adjacencia Sancte Marie de Malleolis, ad Podium Johannem. Affrontat autem ab oriente in tenedone dicte domus milicie Templi, a meridie in campo uxoris condam Ermengaudi Curaterii de Perpiniano, ab occidente in campo Jacobi Villenove condam, ab aquilone in tenedone dicte domus milicie Templi. Sicut predictum est, sic damus ad accapitum tibi, dicto Guilelmo *Sabte*, et tuis, totam prenominatam vineam et predictum heremum, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus et cum terminis et pertinentiis et cum omnibus in eis habentibus, sicut melius a te vel a tuis intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui qui dictam vineam et heremum predictum habebunt et tenebunt, donetis nobis et nostris de omni vindemia quod Deu ibi dederit quintam saumatam apportatam[b] apud Malleolas, absque missione nostra et nostrorum, in nostra tina. Et quandocumque et quocienscumque vendere vel inpignorare volueritis, retinemus nobis et nostris omnem laudimium et foriscapium. Pro hac autem donatione et laudatione quam tibi et tuis facimus, habuimus et accepimus a te VI solidos barchinonensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Actum est hoc VI° idus novembris, anno Domini M° CC° L° II°. Sig++na fratris Caboti, preceptoris domus milicie Templi Perpiniani, et Simonis de Villa longa, qui hoc totum laudamus et firmamus. Sig+++na Raymundi Rogerii, et Bernardi Taraschoni et Ferrarii *Sabte*, testium.

Guilelmus Pedregarii, sacerdos atque sacrista de Malleolis, scriptor publicus auctoritate domini Bernardi, Elnensis episcopi, scripsit hoc et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. in *omès B.* b. aportatam *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.*

529

1252, 12 de desembre

Sentència d'Arnau de Tegurs, jutge ordinari de la cort del rei d'Aragó, atenent una petició de Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, relativa als danys causats a les possessions templeres, i més generalment al bé públic, per una inundació l'aigua de la qual havia davallat el carrer dit de la Sala de Guillem Adalbert, abans d'arribar a la plaça dels blats i al masell. El jutge ha ordenat alçar un munt de terra al carrer que passa davant les botigues de Ponç d'Alenyà, abans del mercat de fruita, per tal que l'aigua de pluja s'escoli lliurement cap a la plaça del mercat de les verdures, i que l'aigua només pugui escolar-se en direcció de la plaça dels blats en cas d'inundació excessiva.

A Original, pergamí, amplada 210/215 mm, alçada 155 mm, ADPO, Hp188.[309]

B Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 250-253, segons *A*.

Indiquat: TRÉTON, Rodrigue, «Crues et inondations dans les Pyrénées Méditerranéennes aux XIV^e^ et XV^e^ siècles: état des sources et perspectives de recherches», *Domitia*, núm. 8/9, març de 2007, pp. 213-226.

Pateat universis quod frater Petrus *Exameniz*, comendator domus Mansi Dei, comparens coram nobis Arnaldo de Teguris, judice ordinario curie illustris domini regis Aragonum, proprium ac publicum dampnum astruens[a] evenire ex inundatione pluvialis aque descendentis per vicum qui dicitur de Sala Guilelmi Adalberti, ac postmodum in plateam que vulgo Bladeria dicitur deffluentis, ac etiam in macellum. Postulavit per nos in dicto negocio utilitati publice ac predicte domui provideri, ut predicta aqua per locum qui Caulaceria dicitur, per quem ab antiquo fluere consueverat, derivata predicte domus detrimentum ac rei publice vitaretur. Nos igitur antedictus judex Poncium de Alaniano, cujus interesse dicebatur ne per dictum locum qui Caulaceria dicitur predicta pluvialis aqua flueret, citavimus coram nobis, manifestantes eidem quod nobis super dicta aqua fuerat nunciatum ut si qua vellet proponere ante receptionem testium, ad quam super predictis intendebamus procedere, proponeret evidenter flos paratos, offerentes ad recipiendum omnia que secundum justiciam allegaret,

309. El document porta al dors una anotació del segle XV: «Carta de Perpinya de sentencia», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2685».

quo nichil legitime coram nobis licet de hoc fuisset monitus proponente, ad receptionem testium duximus procedendum, ac dicto Poncio citato postmodum, ipso presente, depositiones testium fecimus publicari, eidem post publicationem iterum injungentes ut siquod haberet jus, coram nobis proponeret antequam super predictis ordinationem aliquam faceremus. Qui siquidem nec post publicationem testium nec ante, prout superius dictum est, aliqua proposuit que legitime prohiberent dictam aquam per locum qui Caulaceria dicitur fluere per quem ab antiquo fluere consueverat ac ville minus dispendium inerat, prout testes astruere videbantur. Unde nos sepe dictus judex, depositionibus testium circumspectis ac audita fama circum acolencium[b] vicinorum, attendentes predictam pluvialem aquam ab antiquo pro majori parte per locum qui Caulaceria dicitur deffluxisse minusque dampnum ex hoc dicte domui ac toti rei plubice[c] provenire. Casualiter autem vel opere manu facto, postmodum contigisse dictam aquam per sepedictum locum ex quo rei publice dampnum iminet aliquanto tempore discurrisse. Taliter duximus ordinandum, quod de vico qui est ante operatoria Poncii de Alaniano, ante Fruturia, in tanta quantitate terre congeries educatur quod tota pluvialis aqua versus Caulaceriam libere deffluat et discurrat, nisi forte propter nimiam inundationem aquarum contingeret quod de ipsa versus Bladeriam pars aliqua laberetur. Lata fuit hec sentencia II idus decembris, anno Christi MCCL secundo , dicto judice sedente pro tribunali partibus presentibus, in presencia et testimonio Jacobi de Cotaleto, Raymundi de Villalonga, clerici, Guillemi *Viver*, Bernardi de Orulo, Pauqueti de Pulcro castro, et plurium aliorum.

Ego Arnaldus de Teguris, judex domini regis Aragonensis, subscribo.

Sig-(SM)-num Bernardi de Granata, Majoricarum archidiaconi.

Guilelmus Ferrarius, scriptor publicus curie Perpiniani, mandato predicti Arnaldi de Teguris judicis hec scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Sic *A per* adstruens. b. *Sic A per* accolentium. c. publice.

FUNDACIÓ NOGUERA

530

1252, 22 de desembre

Fra Guillem de Sant Esteve, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment dels frares Pere de Lavanhac i Berenguer del Vernet de la casa de Perpinyà, dóna en acapte a Ermengarda Plasensa i als seus fills Ramon, Joan i Guillem una casa situada a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles. Els terratgers hauran de donar a la casa del Temple 20 sous barcelonesos de cens anual, del qual pagaran la meitat per Nadal i l'altra meitat per Sant Joan Baptista de juny, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, els templers reconeixen haver rebut 80 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 319v-320, acta núm. 577.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 176-178, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Sancto Stephano, preceptor domus Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos, consilio et voluntate fratris Petri de Lavainaco, et fratris Berengarii de Verneto, fratrum ejusdem domus, dono atque in presenti trado ad accapitum vobis, Ermengardi *Plasensa*, et Raymundo et Johanni et Guilelmo, filiis ejus, et vestris, et quibus volueritis imperpetuum, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, quandam domum, de celo usque in abyssum,[a] quam ego et dicta domus nostra habemus et habere debemus in terminis et in adjacentia Sancti (Johannis)[b] Perpiniani, extra portale quod[c] dicitur de Malleolis, et affrontat ab oriente in curtillo nostro, a meridie in via publica, ab occidente in tenencia Raymundi Rubey, ab aquilone in nostra tenencia. Sicut superius dictum est, sic dono ad accapitum vobis et vestris, et cui volueritis, totam predictam domum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestri, qui dictam domum habueritis et tenueritis, donetis semper michi et successoribus meis quolibet anno pro censu dicte domus XX solidos barchinonensium bonorum, quorum XV denarii valeant michi et successoribus meis ad cambium XII denarios malgurienses, et hoc usque ad complementum quolibet anno tocius dicti census, scilicet medietatem dicti census in festo Natalis Domini et aliam medietatem in festo sancti Johannis Bab-

tiste de junio. Et quandocumque et quocienscumque dicta domus venderetur vel inpignoraretur, ego et successores mei habeamus inde nostrum foriscapium; promittens[d] vobis et vestris quod ego et successores mei faciemus vobis et vestris totam predictam domum bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et teneri sine fraude de omni evictione, obligans inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus Templi, presencia et futura. Et pro hac donatione, habui et accepi a vobis pro accapito LXXX solidos barchinonensium bonorum, de quibus per pacatum[e] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[f] non numerate, quos recognosco versos esse, et redactos, in maximam utilitatem dicte domus Templi. Actum est hoc XI kalendas januarii, anno Domini M° CC° LII°. Sig+++na fratris Guilelmi de Sancto Stephano, et fratris Petri de Lavaynaco, et fratris Berengarii de Verneto, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Dalmacii de Castro novo, et Bernardi Celati de *Teraz*, et Bernardi Raymundi de Malleolis, testium. Ego Arnaldus Mironi hanc cartam scripsi mandato Guilelmi de Frexaneto.

Guilelmus de Frexaneto, notarius publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. Johannis *omès B.* c. que *B.* d. promitens *B.* e. paccatum *B.* f. peccunie *B.*

531

1253 (nou estil), 16 de gener. Perpinyà

Jaume I, rei de Catalunya-Aragó, confirma a perpetuïtat fra Pere Eiximenis, comanador, i els templers del Masdéu en la possessió dels pasturatges de Carançà i de les tasques percebudes en aquest lloc, que Bernat, abat de Cuixà,[310] *havia donat a Berenguer d'Avinyó, mestre de la milícia del Temple,*[311] *i a Ramon de Canet, comanador del Masdéu.*[312] *Jaume I mana a tots els seus oficials i súbdits que respectin aquesta concessió.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 2v-3, acta núm. 5.

310. Bernat II, abat de Sant Miquel de Cuixà: 1181-1188.

311. Berenguer d'Avinyó, mestre de la milícia del Temple a Provença i a Hispània: abril del 1181-març del 1183.

312. Ramon de Canet, comanador del Masdéu: 1165-1168, 1172-1181 i gener del 1191.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 228-229, segons *B.*
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.,* nouv. acq. lat. 27, ff. 254-255, segons *B.*
a ALART, *B., Privilèges et titres...,* p. 204.

Noverint universi quod nos, Jacobus, Dei gracia rex Aragonum, Majoricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus vobis, fratri Petro Eximini, comendatori, et fratribus domus milicie Templi Mansi Dei, presentibus et futuris, imperpetuum, donationem, laudationem et traditionem, quam Bernardus, Coxanensis cenobii abbas, consilio et voluntate[a] totius conventus dicti loci, donavit, laudavit et tradidit Berengario de Avinione, tunc magistro milicie Templi, et Raymundo de Caneto, preceptori Mansi Dei predicti, et aliis fratribus ejusdem ordinis, de paschuis de Cheranca et de taschis ejusdem loci, sicut affrontant ex una parte in *Cher* de ipsis Turribus, et ex alia parte in ipsa Casula, et ex alia parte in colle Fontis frigidi, et ex alia parte in colle de Portulis, et prout in instrumento quod jam dictus abbas inde fecit magistro, preceptori et fratribus supradictis melius et plenius continetur, mandantes vicariis, bajulis et nostris aliis officialibus et subditis universis, presentibus et futuris, quod contra predicta non veniant nec aliquem venire permittant.[b] Datum apud Perpinianum,[c] XVII kalendas febroarii, anno Domini MCCL° secundo.

Sig-(SM)-num Jacobi, Dei gracia regis Aragonum, Majoricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: (*1a columna*) Petrus de Berga, (*2a columna*) Bernardus de Sancta Eugenia, Xatbertus de Barberano, (*3a columna*) Guilelmus Hugonis de Serralonga, Petrus Martis de Luna.

Sig-(SM)-num Raymundi de Uliola, qui, mandato domini regis, hec scribi fecit loco, die et anno prefixis.

a. voluntata *B.* b. permitant *B.* c. Perpinianium *B.*

532

1253 (nou estil), 23 de gener. Perpinyà

Arnau de Tegurs, jutge a la cort reial, actuant juntament amb Bernat de la Granada, ardiaca de Mallorca, havia condemnat Arnau

de Mosset ordenant que aquest només podria tornar a prendre possessió de la vila de Cornellà [de la Ribera][313] *i dels seus ingressos després d'haver subministrat a la casa del Masdéu tot el que seria necessari per al manteniment d'un prevere i per a vestir tretze pobres amb túniques, calces i camises. Després, Arnau de Mosset i fra Pere Eiximenis, comanador del Masdéu, han comparegut davant el rei de Catalunya-Aragó, Jaume I, i s'han remès al seu arbitratge. El rei, havent pres consell del bisbe d'Elna i de diverses persones sàvies, estatueix que Arnau assigni en franc i lliure alou al Masdéu, en un lloc convenient del Rosselló, una renda anual de 254 sous melgoresos, o de cinc marcs de plata, a fi de subvenir al manteniment del prevere i a l'abillament dels pobres. Esperant l'execució d'aquesta sentència, el comanador del Masdéu tindrà la vila de Cornellà així com la totalitat dels seus ingressos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 3, acta núm. 6.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 231-233, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 256-258, segons *B*.
Indiquat: ALART, Bernard, *Privilèges et titres...*, p. 205. MIRET I SANS, Joaquim, *Itinerari de Jaume I el Conqueridor*, Barcelona, 1918, p. 226.

Noverint universi quod cum Arnaldus de Teguriis, judex curie nostre, assidente sibi Bernardo de Granata, Majoricensis archidiachono, in sentencia lata contra Arnaldum de Mosseto pro domo Mansi Dei taliter ordinasset quod ipso Arnaldo, prestante dicte domui quantum esset necessarium ad stabilimentum unius sacerdotis et indumentorum tredecim pauperum de tunicis,[a] caligis et camisiis, libere recuperaret villam de Corniliano cum omnibus redditibus suis, juxta testatoris ordinationem, in qua tradenda dicte domui, juxta dicti testatoris statutum, dictus Arnaldus de Mosseto per dictum judicem eidem domui fuerat condemnatus.[b] Tandem, predictus Arnaldus de Mosseto et comendator dicte domus, comparentes coram nobis, Jacobo, Dei gracia rege Aragonum, Majoricarum et Valencie, comite Barchinone et Urgelli et domino Montispessulani, super extimatione et arbitratione ejus, quod necessarium esset ad stabilimentum dicti sacerdotis et indumentorum

313. Els senyors de Mosset posseïen drets sobre la senyoria de Cornellà de la Ribera d'ençà del final del segle XI; vegeu *Recueil des chartes de l'abbaye de La Grasse*, t. I, acta núm. 142.

dictorum tredecim pauperum, in nos amicabiliter et concorditer[c] compromiserunt. Nos igitur, antedictus rex, Elenensis episcopi et aliorum plurimum sapientum habito consilio, taliter duximus arbitrandum quod dictus Arnaldus de Mosseto assignet et tradat dicte domui, infra Rossellionem in loco competenti, tuto et idoneo[d] ac libero et francho alodio, ducentorum quinquaginta et quatuor solidos malguriensium vel quinque marchas argenti fini, si forte dicta moneta mutaretur vel deterioraretur, in redditibus annuatim pro stabilimento dicti sacerdotis et predictorum pauperum indumentis. Interim autem, donec dicto Arnaldo de Mosseto dictum comendatorem Mansi Dei vel alium nomine dicte domus induxerit in corporalem possessionem et proprietatem dictorum reddituum ducentorum quinquaginta quatuor solidorum malguriensium vel quinque marcharum argenti fini, ut superius est expressum, frater[e] Petrus Eximini, comendator predictus, vel alius qui pro tempore fuerit in dicta domo Mansi Dei, possideat et teneat dictam villam de Corneliano, cum omnibus redditibus suis, juxta testatoris arbitrium et tenore sentencie promulgate. Datum apud Perpinianum, X° kalendas febroarii, anno Domini M° CCL° secundo.

Sig-(SM)-num Jacobi, Dei gracia regis Aragonum, Majoricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: (*1a columna*) Bernardus Hugonis de Serralonga, (*2a columna*) Petrus de Berga, Bertrandus de Hanes, (*3a columna*) Petrus Martini de Luna, Gaucerandus de Urgio.

Sig-(SM)-num Raymundi de Uliola qui mandato domini regis hec scribi fecit loco die et anno prefixis.

a. tuncis *B.* b. condempnatus *B.* c. corcorditer *B.* d. ydoneo *B.* e. ffrater *B.*

533

1253, 18 de juliol

Fra Guillem de Montgrí, comanador de la casa del Temple de Tortosa i lloctinent del comanador del Masdéu, fra Berenguer de Pujol, fra Guillem de Sant Esteve, fra Joan de Sacirera, comanador de Palau, fra Cabot, comanador de Sant Hipòlit, i fra Pere de Pontellà, comanador del Mas de la Garriga, amb el consentiment de tot el convent del Masdéu, donen en acapte a Arnau Ot, llur home propi, fill de Pere de les Fonts, de Sant Feliu, tota la

masada que fou de Ponç de na Lis, amb les seves dependències i les seves tinences, a les parròquies de Sant Esteve d'Orla, de Santa Maria de Toluges i de Santa Eugènia.[314] *Li fan aquesta concessió amb la condició que ell i els seus descendents siguin sempre homes propis de la casa i dels frares del Masdéu, que resideixin permanentment en aquesta masada al servei del Temple i que explotin aquesta masada. Arnau Ot i els seus no podran vendre, alienar o empenyorar cap de les possessions d'aquesta masada sense el consentiment dels templers. Arnau podrà transmetre aquesta masada als seus descendents amb testament o sense; i si mor sense descendència, podrà llegar-la a un dels seus germans. El terratger no podrà residir en un altre lloc que no sigui en aquesta masada sense el consentiment dels templers. Haurà de donar-los els censos, usos, servituds i altres serveis consuetudinaris. Si no resideix permanentment en aquesta masada sota llur autoritat, els templers podran apoderar-se'n i establir-hi la persona que vulguin. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 1.125 sous barcelonesos. Arnau promet observar les clàusules d'aquest contracte i es fa, amb la seva descendència, home propi dels frares i de la casa del Masdéu, als quals jura fidelitat.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 273r-v, acta núm. 481.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 233-236, segons *B*.
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 30, ff. 348-352, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Guilelmus de Montegrino, preceptor domus milicie Templi de Tortosa et tenens locum preceptoris in domo milicie Templi Mansi Dei, et frater Berengarius de *Pujol*, et frater Guilelmus de Sancto Stephano, et frater[a] Johannes de *Cirera*, preceptor Palacii, et frater Cabotus, preceptor Sancti Ypoliti, et frater Petrus de Pontiliano, preceptor Mansi de Garriga, per nos et per omnes successores nostros, consilio totius conventus Mansi Dei, damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Arnaldo Otoni, homini nostro proprio, filio Petri de Fontibus, de Sancto Felice, et tuis descendentibus imperpetuum, totam illam mansatam que fuit olim Poncii de *na Lis*, cum pertinenciis et tenedonibus suis, que est in adjacencia Sancti

314. Vegeu més amunt l'acta núm. 431.

Stephani de Orulo, et in adjacencia Sancte Marie de Tulugis, et in adjacencia Sancte Eugenie, videlicet cum mansis, casis, casalibus, ortis, ortalibus, arboribus fructiferis et infructiferis, campis, vineis, heremis et condirectis, et cum columbario, et cum omnibus aliis hic expressis vel non expressis ad dictam mansatam infra dictos terminos et adjacencias predictas accidentibus et pertinentibus sive ullo modo competituris, salvo jure domus milicie Templi in omnibus et illorum dominorum per quos aliqui honores tenentur in dicta mansata, hoc pacto quod tu et tui descendentes sitis semper homines proprii et solidi dicte domus Mansi Dei et fratrum ejusdem; et teneamini facere continuam residenciam et staticam in dicta mansata ad honorem et servicium Templi; et teneatis dictam mansatam, cum omnibus tenedonibus suis, condirectam sine pejoramento; et nichil de possessionibus dicte mansate possitis vendere, alienare, obligare nec inpignorare generaliter vel specialiter, tacite vel expresse, sine expressa voluntate nostra et nostrorum, et nostrorum successorum. Hoc pacto quod mansatam, cum omnibus tenedonibus et pertinenciis et melioramentis suis, possitis dare, dimittere[b] et transferre ab intestato vel ex testamento tuis descendentibus, salvo tamen jure nostro et domui milicie Templi in omnibus. Et si forte tu decesseris sine filiis vel liberis, tu possis transmittere[c] dictam mansatam, cum omnibus suis tenedonibus et pertinenciis et juribus et melioramentis suis, ex testamento vel ab intestato in unum de fratribus tuis, salvis juribus nostris, quod concedimus persone tue tantum, et ultra non extendatur ad aliquem successorum tuorum; et in nullo alio loco nisi in mansata predicta possitis facere habitacionem vel staticam sine voluntate nostra vel nostrorum successorum; et tu et tui detis bene et fideliter et faciatis pro dicta mansata nobis et successoribus nostris et dicte domui Mansi Dei census et usatica, terremerita et alia servicia que consuerunt dari vel fieri pro dicta mansata. Et promittimus[d] tibi, stipulanti, bona fide, quod nos et nostri erimus tibi et tuis de dicta mansata et suis pertinenciis adjutores et valitores de omni persona qui in dicta mansata et pertinenciis suis velit aliquid petere vel exigere a te vel a tuis ultra illud quod ibi accipere debet. Et si tu vel tui non faceretis continuam residenciam in dicta mansata sub dominio nostro, sicut dictum est, nos et nostri possimus dictam mansatam, cum omnibus suis pertinenciis et melioramentis suis, emparare, occupare nostra propria auctoritate, et tenere in dominio nostro, et stabilire cuicumque voluerimus sine contradictione tua et tuorum. Et pro predicta donacione et concessione, habuimus et accepimus

a te in pecunia[e] numerata mille CXXV solidos barchinonensium, valentes ad cambium DCCCC solidos malguriensium, de quibus per pacatos[f] nos tenemus, renunciantes excepcioni peccunie non numerate, quam pecuniam[g] misimus et convertimus in utilitate dicte domus Mansi Dei. Et ego dictus Arnaldus, per me et omnes meos hec omnia predicta laudo et confirmo, recipiens a vobis, dicto fratre Guilelmo de Montegrino et fratribus aliis predictis, predictam mansatam et omnia supradicta, sub pactis predictis et condicionibus. Et promitto[h] vobis per stipulacionem omnia predicta per me et per omnes meos attendere et complere et nullatenus contravenire.[i] Et pro predicta mansata et pertinenciis suis facio me (et)[j] descendentes meos proprios homines vestros et solidos et dicte domus Mansi Dei, promittendo[k] vobis fidelitatem in omnibus, mittendo[l] manus meas inter vestras, osculando signum Crucis. Actum est hoc XV kalendas augusti, anno Domini M° CC° LIII°. Sig++++++na fratris Guilelmi de Montegrino, et fratris Berengarii de *Pujol*, et fratris Guilelmi de Sancto Stephano, et fratris Joannis de *Cirera*, et fratris Caboti, et fratris Petri de Pontiliano, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+num[m] Arnaldi *Ot* predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++++na Berengarii de Cantalupis, canonici Elnensis ecclesie, et Jacobi de Codaleto, et Petri de Podio, et Ferrarii Mauratoni, et Johannis Clerici, capellani Sancte Marie Magdalene Elnensis, testium rogatorum.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. fratris *B.* b. dimitere *B.* c. transmitere *B.* d. promitimus *B.* e. peccunia *B.* f. paccatos *B.* g. peccuniam *B.* h. promito *B.* i. *després de* contravenire *l'escrivà ha escrit* contraverre, *tot seguit s'ha esmenat esborrant aquesta paraula.* j. et *omès B.* k. promitendo *B.* l. mitendo *B.* m. Sig+na *B.*

534

1253, 8 d'agost

Fra Guillem de Sant Esteve, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment dels frares Feliu i Bertran, dóna en acapte a Joan Beneset de Pontellà un obrador situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar a la casa del Temple 25 sous barcelonesos de cens anual, la meitat del qual per Nadal i l'altra meitat per Sant Joan de juny, i el foriscapi en cas de mutació, i a més estarà obligat a

mantenir aquest obrador a càrrec seu. Per aquesta concessió, fra Guillem de Sant Esteve reconeix haver rebut 60 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 277v-278, acta núm. 490.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 179-181, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Sancto Stephano, preceptor domus Templi Perpiniani, consilio et voluntate ac laudamento fratris *Feliu* et fratris Bertrandi ejusdem domus, dono atque in presenti trado ad acapitum tibi, Johanni Benedicto de Pontiliano, et tuis, imperpetuum, quoddam operatorium dicte domus, quod est in villa Perpiniani, in adjacentia Sancti Johannis ipsius ville, et affrontat ab oriente et ab aquilone in manso Ferrarii Olibe, a meridie in via publica, ab occidente in alio operatorio nostro, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui dictum operatorium habueritis et tenueritis, donetis semper michi et successoribus meis et dicte domui nostre imperpetum de censu quolibet anno XXV solidos barchinonensium bonorum, valentes ad cambium XX solidos malguriensium, quorum solvatis et detis nobis medietatem in festo Natalis Domini, et aliam medietatem in festo sancti Johannis de junio, et sic semper omni anno. Et quandocumque et quocienscumque dictum operatorium venderetur vel inpignoraretur, ego et successores mei habeamus inde nostrum foriscapium. Item, teneatis tu et tui dictum operatorium condirectum tuis propriis sumptibus et expensis imperpetuum. Et ego et successores mei faciemus tibi et tuis totum predictum operatorium bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, obligando inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre. Et pro predicta donacione et concessione, habui et accepi a te pro accapito LX solidos barchinonensium bonorum, de quibus per pacatum[a] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[b] non numerate. Et ego dictus Johannes Benedicti, hec omnia laudo, promittens[c] tibi, dicto fratri Guilelmo de Sancto Stephano, preceptori, quod ego et mei dabimus et solvemus vobis predictum censum, ut superius dictum est, obligans inde tibi et successoribus tuis totum melioramentum quod in dicto operatorio fecero, et etiam totum predictum operatorium et omnia alia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc VI° idus augusti, anno Domini M° CC° L° III°. Sig++na fratris Guilelmi de Sancto Stephano, preceptoris, et Johannis Benedicti, qui hec omnia laudamus et concedimus. Sig+na fratris *Feliu* et fratris Bertrandi, fratrum dicte domus, predictorum, qui

hec omnia laudamus et concedimus. Sig+++na Ferrarii Alexandri, et Johannis Amalrici et Bernardi Caironi, testium. Ego Guilelmus Faber hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatum *B.* b. peccunie *B.* c. promitens *B.*

535

1253, 17 de novembre

Joan Pelegrí i fra Guillem de Sant Esteve, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Pere Xatmar de Malloles una feixa de vinya situada a la parròquia de Santa Maria de Malloles. El terratger haurà de donar-los 12 diners i un òbol de moneda barcelonesa de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 7 sous i 6 diners. Els templers es reserven el dret de fadiga durant deu dies i deu nits en cas d'alienació.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 223, acta núm. 392.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, p. 236, segons *B.*
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 182-183, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego Johannes Pelegrini, et ego frater Guilelmus de Sancto Stephano, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Petro Xatmario de Malleolis, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, quandam faxiam nostram vinee, que est in terminis et in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, et affrontat ab oriente in tenencia Guilelmi Justi, presbiteri, a meridie in tenencia tui dicti Petri Xatmarii, ab occidente et ab aquilone in tenencia Raymundi de Acciato, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinentiis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui dictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et nostris quolibet anno in festo Natalis Domini XII denarios et obolum, cujus moneta valeant XV denarii barchinonenses XII denarii malgurienses, et foriscapium quandocumque et quotienscumque dicta faxia venderetur[a] vel inpignoraretur. Et nos promit-

timus[b] inde tibi et tuis teneri de omni evictione, obligando inde tibi et tuis per vinculum omnia bona nostra, presentia et futura. Et pro hoc accapito, habuimus et accepimus a te VII solidos VI denarios barchinonensium, cujus monete valent XV denarii XII denarios malguriensium, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Et si tu vel tui volueritis vendere dictam faxiam vinee, denuncietis primo nobis vel nostris spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam retinendi illam sicuti alia persona ibi dare voluerit. Abinde vero, si retinere noluerimus, liceat tibi et tuis vendere illam cuicumque vel quibuscumque volueritis, salvo tamen nobis et successoribus nostris jure nostro et foriscapio, ut superius dictum est. Actum est hoc XV° kalendas decembris, anno Domini M° CC° L° III°. Sig++na Johannis Pelegrini et fratris Guilelmi de Sancto Stephano, preceptoris dicte domus, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Guilelmi Fabri, et Petri de Podio et Vitalis Magistri, testium. Ego Arnaldus Petri hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. vendetur *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.*

536

1254 (nou estil), 8 de gener. Perpinyà

Jaume I, rei de Catalunya-Aragó, concedeix a perpetuïtat a fra Guillem de Montgrí, lloctinent del comanador del Masdéu, i a tots els comanadors i frares del Masdéu i dels llocs que en depenen, que d'ara endavant els oficials reials no podran penetrar i intervenir en els castra *i llocs pertanyents al Masdéu per a castigar les violacions del dret o per a obtenir per coacció el pagament dels deutes contrets pels templers o per llurs homes, a excepció dels casos en què rebutgin respondre a llurs acusadors davant la justícia en un termini de deu dies consecutiu a la notificació d'una querella contra ells. Els oficials reials conserven tanmateix el dret de penetrar en els* castra, villae *i llocs pertanyents al Masdéu en els casos de violació de les paus i treves així com per a castigar i evitar els homicidis.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 4r-v, acta núm. 10.

C Vidimus del 6 de juny de 1510, pergamí antigament conservat a l'arxiu de l'església del Temple de Perpinyà, perdut, segons *B*.[315]
D Còpia del segle XVII, *Privilèges de l'ordre de Saint-Jean de Jérusalem*, ADPO, Hp 182, f. 54r-v, segons *C*.[316]
E Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 237-239, segons *B*.
F Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 259-261, segons *B*.
a ALART, *Privilèges et titres...*, pp. 211-212, segons *B*.

Noverint universi quod nos, Jacobus, Dei gracia rex Aragonum, Majoricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros concedimus et indulgemus vobis, dilecto nostro fratri Guilelmo de Montegrino, tenenti locum comendatoris Mansi Dei ordinis milicie Templi siti in Rossellione, et universis comendatoribus et fratribus dicti Mansi Dei et omnium et singularum locorum ad dictum Mansum Dei pertinentium, presentibus et futuris, et dicto Manso Dei, imperpetuum, quod unquam decetero aliquo tempore aliqui bajuli, vicarii, saiones vel alii officiales nostri vel nostrorum non intrent vel intrare debeant aliqua castra, villas vel loca ad dictum Mansum Dei pertinentia pro aliquibus injuriis vel debitis per comendatores, fratres vel homines dicti Mansi Dei vel castrorum, villarum et locorum ad ipsum Mansum Dei pertinentium factis seu contractis, compellendis,

315. «Hoc est translatum bene et fideliter sumptum a quodam instrumento ut prima facie apparebat publico continuato in quodam libra pergameneo postibus et pellis nigrae cohoperto et duabus zonis sincto continente in se quadringentas quinquaginta cartas, in quo sunt descripta privilegia comandae domus Mansi Dei terrae Rossilionis, videlicet a quarta carta seu foleo dicti libri, quod est thenoris sequentis : [Segueix la transcripció de la concessió reial del 8 de gener de 1254]. Sig+num mei Hugonis Pujol auctoritate regia nottarii publici villae Perpinyani testis. Sig+num mei Raymundi Mercer auctoritate regia nottarii publici villae Perpinyani testis. Sig+num mei Joannis Romaguera auctoritate regia nottarii publici villae Perpinyani, qui predictum translatum a quodam libro comandae Mansi Dei in pergameneo scripto postis et pelle nigrae cohoperto translatare feci et cum eodem unacum prenominatis connottariis pro testibus bene et fideliter correxi et concordare inveniens clausi Perpinyani die sexta mensis junii, anno a Nattivitate Domini millesimo quingentessimo decimo.»

316. «Hoc est exemplum sive transumptum bene et fideliter in villa Perpinyani Elnensis diocesis sumptum a quodam alio transumpto in pergameneo scripto intus archivum ecclesie Beate Marie de Templo ejusdem villae Perpinyani de membris et pertinentiis comandae magitralis Mansi Dei ordinis et religionis sacrae domus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolimitanensis ubi omnia privilegia et aliae scripturae tam dictae comandae quam aliarum comandarum in comittatu Rossilionis exhistentium reponuntur et custodiuntur recondito et custodito, non viciato, non cancellato nech in aliqua sui parte suspecto, sed omni prorsus vicio et suspicione carente, cujus quidem transumpti thenor de verbo ad verbum sequitur in hunc modum: [Segueix la transcripció del vidimus del 6 de juny de 1510].»

distringendis, pignorandis vel puniendis, nisi prius comendatores et homines predicti, infra decem dies continue numerandos post exponitam seu exponitas eis querelas, noluerint conquerentibus de ipsis justicie facere complementum. Hoc tamen retento quod bajuli et vicarii nostri et nostrorum, pro fractione pacis et treugarum et homicidiis puniendis et etiam evitandis, possint intrare castra, villas et loca ad dictum Mansum Dei pertinentia, prout consueverunt facere usque modo, mandantes vicariis, bajulis, saionibus et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod hanc concessionem et indulgenciam nostram firmam habeant perpetuo, et observent, et faciant ab omnibus inviolabiliter observari, et contra ipsam non veniant nec aliquem venire permittant[a] aliqua ratione. Datum apud Perpinianum, VI idus januarii, anno Domini M° CC° L° tertio.

Signum m Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, Majoricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: (*1a columna*) Bernardus Hugonis de Serralonga, (*2a columna*) Berengarius de Angularia, Guilelmus de Crexello, (*3a columna*) Gaucerandus de Pinos, Arnaldus Surdus.

Sig-(SM)-num Petri Andree, qui, mandato domini regis, hec scribi fecit, loco, die et anno prefixis.

a. permitant *B*.

537

1254, 28 de juny

Ramon Reüll de Bages ven a fra Guilhem de Londres, comanador del Masdéu, i a tots els frares d'aquesta casa, un prat que té a la parròquia de Sant Andreu de Bages. Pel preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 225 sous barcelonesos.

A Original, pergamí, amplada 145 mm, alçada 95 mm, ADPO, Hp186.[317]
B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 174v-175, acta núm. 296, segons *A*.
C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 262-265, segons *B*.

Notum sit cunctis[a] quod ego Raymundus Revullis de Bagis, per me et per omnes meos, presentes et futuros, cum hac presenti

317. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2761».

carta perpetuo valitura vendo atque in presenti trado vobis, domino fratri Guilelmo de *Londres*, preceptori domus milicie Templi Mansi Dei, et omnibus fratribus eidem[b] domus, presentibus et futuris, et cui volueritis perpetuo, quoddam pratum meum per liberum et franchum alodium, quod habeo et habere debeo in terminis et in adjacencia Sancti Andree de Bagis, et affrontat ab oriente in possessione Berengarii Revullis, et a meridie in possessione Bernardi Massoti de Rupe, ab occidente et aquilone in possessione domus vestre de Bagis. Sicut superius dictum est, ita vendo vobis et omnibus successoribus vestris dictum pratum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus et habere debentibus, cedendo omnes actiones et jura, quas et que in predicto et pro predicto prato contra omnes personas habeo et habere aliquo modo debeo,[c] constituens vos et omnes successores vestros in rem vestram procuratores. Hanc autem vendicionem et cessionem facio vobis et omnibus fratribus Mansi Dei, presentibus et futuris, precio CC viginti[d] quinque solidorum barchinonensium, de quibus per paccatum[e] me teneo, renuncians exceptioni peccunie[f] non numerate. Et si hec venditio plus valet dicto precio, illud totum vobis et vestris successoribus gratis inter vivos dono et diffinio in perpetuum,[g] renuncians legi resissorie qua decepti ultra dimidiam justi precii juvantur, et omni exceptioni doli et metus actionique in factum et dominii alii auxilio[h] juris quo contra venire possem.[i] Promito[j] etiam vobis, stipulantibus me et meos semper vobis et vestris successoribus de predicta venditione fore legitimos auctores et deffensores[k] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quas in causa evictionis facere contigerit, obligans inde vobis et vestris successoribus per vinculum omnia bona mea, presencia et futura, tradendo[l] etiam vobis et vestris successoribus plenam et corporalem possessionem, tam juris quam facti, et quasi possessionem dictum pratum, nullo jure ibi michi vel meis retento vel reservato. Et quod ita hec omnia predicta et singula fideliter observem, et quod contra nuncquam[m] veniam, bona fide et per stipulationem vobis promito.[j] Actum est hoc IIII° kalendas julii, anno Christi M° CC° L° quarto. Sig+num Raymundi Revullis predicti, qui omnia predicta et singula laudo et firmo testesque firmare[n] rogo. Sig+++na Petri de Calcia de Pontiliano, et Petri de Ceravila de Palacio, et Bernardi Cairo de Perpiniani, hujus rey testium.

Guilelmus Revullis, scriptor publicus auctoritate domini Bernardi, Elnensis episcopi, hanc cartam scripsit, et rasit ac emendavit in duobus dictionis[o] que sunt in tercia linea «habeo et debeo», et hoc signum (SM) fecit.

a. cunctis *afegit a la interlínia B.* b. ejus *B.* c. habere debeo aliquo modo *B.* d. CCXX *B.* e. *Sic AB per* pacatum. f. *Sic AB per* pecunie. g. imperpetuum *B.* h. et omni auxilio *B.* i. possemus *B.* j. *Sic AB per* promitto. k. *Sic AB per* defensores. l. trandendo *B.* m. numquam *B.* n. firmari *B.* o. dictionibus *B.*

538

1255, 31 de març

Fra Guilhem de Londres, comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Bernat de Montsó, fra Pere de Cànoes, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Pere de Lavanhac, dóna en acapte a Joan Cavaller i a la seva esposa Cecília una casa situada a Perpinyà, que està compresa en el cortal del Temple dit de Sant Martí, des de l'agulla que hi ha al costat sud fins a la paret de la casa que fou de Joan Despuig de Bajoles i que ara és la casa de l'Almoina de Perpinyà. Els terratgers hauran de donar a la casa del Temple 15 esterlins de plata fina de cens anual el dia de Sant Joan Baptista de juny, i el foriscapi en cas de mutació. Si els esposos morissin sense descendència legítima, aquesta casa revertiria als templers. Per aquesta concessió, fra Guilhem de Londres reconeix haver rebut 75 sous barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 286, acta núm. 506.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.,* vol. X, p. 276, segons *B.*
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.,* nouv. acq. lat. 29, ff. 184-185, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de *Londres*, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, per me et per omnes successores meos, consilio et laudamento fratris Bernardi de Monsono et fratris Petri de Kanois, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Petri de Lavainaco, dono atque in presenti trado ad accapitum vobis, Johanni Cavalerio et Cicilie, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis imperpetuum, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I domum nostram, de celo usque in abyssum,[a] de cortallo nostro quod vocatur de Sancto Martino,

scilicet de aculea que est versus meridie ad parietem domus que fuit Johannis de Podio de Bajolis, que est Elemosina[b] Perpiniani, que domus est intus Perpinianum, et affrontat ab oriente in manso nostro qui fuit Pascalis, a meridie in dicta domo Elemosine predicte, ab occidente in via publica, ab aquilone in residuo dicti cortalis nostri. Sicut superius dictum, ita dono ad accapitum vobis, predictis, et vestris, predictam domum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem pacto quod vos et vestri, qui dictam domum habueritis et tenueritis, donetis semper dicte domui nostre et fratribus ejusdem quolibet anno de censu in festo sancti Johannis Babtiste de junio XV sterlingos boni argenti et fini recipiendos. Et quandocumque et quocienscumque dicta domus venderetur vel inpignoraretur, dicta domus nostra et fratres ejusdem habeant inde foriscapium. Et ego et successores mei faciemus vobis et vestris predictam domum bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, obligans inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus nostre. Et si vos ambo decesseritis sine legitimo infante, dicta domus, cum omni melioramento quod ibi feceritis, nobis libere revertatur sine omni impedimento. Et pro predicta donacione, habui a vobis pro accapito LXXV solidos barchinonensium, qui valent ad cambium LX solidos malguriensium, de quibus per pacatum[c] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[d] non numerate, quos misi in utilitate dicte domus nostre. Et nos, dicti Johannes Cavaler et Cicilia, uxor ejus, hec omnia predicta laudamus, promittentes[e] tibi dicto preceptori et omnibus successoribus tuis solvere dictum censum, ut dictum est, obligantes inde vobis per vinculum omnia bona nostra presentia et futura. Actum est hoc II[e] kalendas aprilis, anno Domini M° CC° LV°. Sig++++na fratris Guilelmi de *Londres*, preceptoris predicti, et fratris Bernardi de Montesono, et fratris Petri de *Kanoys*, et fratris Petri de Lavainaco predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig++na Johannis Cavalerii et Cicilie, uxoris ejus, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Petri Sutoris, et Bartholomei[f] de Oriola et Arnaldi de Palacio, testium.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. helemosina *B.* c. paccatum *B.* d. peccunie *B.* e. promitentes *B.* f. Barthomei *B.*

FUNDACIÓ NOGUERA

539

1255, 2 de juny

Pere Gotmar, a fi d'eixugar els seus deutes, ven a Pere Gairaula una peça de terra situada a la parròquia de Sant Hipòlit, al lloc anomenat Darrere els Horts, sota reseva del quartó i dels usos que la milícia del Temple té sobre aquesta parcel·la. Fa aquesta venda pel preu de 143 sous barcelonesos, que li ha pagat Berenguer de la Font, padrí de Pere Gairaula. Fra Guilhem de Londres, comanador del Masdéu, i fra Bernat de Montsó, comanador del castrum *de la milícia de Sant Hipòlit, confirmen aquesta venda, per la qual declaren haver rebut el foriscapi.*

A Original, pergamí, amplada 215/220 mm, alçada 25 mm, ADPO, Hp189.[318]
B Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, f. 106, segons *A*.

Notum sit cunctis quod ego Petrus *Gotmar*, per me et per omnes meos presentes atque futuros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti carta firmiter valitura, et expediendo et relevando a me gravamen plurium debitorum, vendo et dono atque in presenti jure venditionis irrevocabiliter trado tibi, Petro Gairaulo, filio Gairaule femine et filiolo Berengarii de Fonte, et tuis, quandam petiam terre, salvo jure milicie Templi, videlicet quartum et usaticos, que est in adjacentia Sancti Ypoliti, in loco vocato Retro ortos, affrontat ab oriente in honore Johannis Tuxani, a meridie in honore Raymundi de Villa longa condam et aliorum, a circio in honore Petri Breceti, ab aquilone in honore Guilelmi Stefani. Sicut in istis affrontationibus includitur, sic vendo tibi dicto Petro, et tuis, et cui volueris in perpetuum, predictam petiam terre, salvo jure militie, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus et pertinentibus, sicut melius a te vel a tuis intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum et ad omnes tuas tuorumque voluntates in perpetuum faciendas, cedendo etiam tibi et tuis ratione dicte venditionis omnes actiones, petitiones et rationes et omnia omnino jura, que et quas in dicta petia terre contra omnes personas habeo vel habere debeo, constituendo te in rem tuam procuratorem. Hanc autem venditionem facio tibi et tuis pro precio CXLIII solidorum barchinonensium bonorum, quos patrinus

318. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2547».

tuus, Berengarius de Fonte supradictus, de suo proprio michi solvit, et dictam terram tibi et tuis ratione filiolagii gratuiter inter vivos emit et compravit,[a] de quibus per paccatum me teneo, renuncians exceptioni peccunie non numerate; et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi precii sunt decepti similiter renuncio. Et si hec predicta venditio modo plus valet de predicto precio, totum illud quod plus valet, vel valebit decetero, dono et difinio tibi et tuis ex gracia, et nullum jus in dicta venditione retineo, ymo de toto me et meos denudo et te et tuos investio, et in corporalem possessionem et tenedonem te hodie mitto de toto, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas. Promitto etiam me et meos semper tibi et tuis de predicta venditione fore legitimum actorem et defenssorem[b] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione, defendendo causam evictionis cum meis propriis expenscis et miscionibus[c] in judicio vel extra. Pro quibus omnibus supradictis et singulis obligo tibi et tuis per vinculum omnia bona mea mobilia et inmobilia, presentia et futura, quecumque sint et ubicumque. Et quod ita hec omnia supradicta et singula fideliter semper teneam et observem et contra nunquam veniam, vel veniri faciam, per me vel per aliquam interpositam personam bona fide et stipulationem[d] promitto, et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII Evangeliis, ego predictus Petrus Gotmari, sponte juro, renuncians per virtutem dicti juramenti omni juri et casui et terre consuetudini, scripto vel non scripto, et omni alii legitimo auxilio michi competenti vem competituro ad hoc infferendum[e] vel aliquid horum supradictorum. Actum est hoc IIII° nonas junii, anno Domini M° CC° L° V°. Sig+num Petri Gotmari predicti, qui hec omnia supradicta laudo et confirmo. Sig++na fratris Guilelmi de Lundris, preceptoris domus milicie Mansi Dei, et fratris Bernardi de Monte Sono, preceptoris castri milicie Sancti Ypoliti, qui hanc predictam venditionem laudamus, et inde ipsum foriscapium habuimus. Sig+++na Poncii Guilelmi, et Petri *Figeres* et Guilelmi Aulendi, testium rogatorum.

Ego Raymundus *Figeres*, scriptor publicus hanc cartam scripsi auctoritate domini Elnensis episcopi, et hoc sig-(SM)-num feci.

a. *Sic A per* comparavit. b. *Sic A.* c. *Sic A per* expensis et missionibus. d. *Sic A per* per stipulationem. e. *Sic A.*

FUNDACIÓ NOGUERA

540

1255, 7 d'agost. Lleida

Jaume I, rei de Catalunya-Aragó, considerant els nombrosos favors que els templers li han fet, pren sota la seva protecció i salvaguarda la casa del Masdéu, amb totes les cases supeditades a aquesta al Rosselló, així com tots els frares, servidors i mercenaris que s'hi troben. El rei pren igualment sota la seva protecció la casa del Temple de Perpinyà amb tots els forns, mesures i altres drets que els templers posseeixen en aquesta ciutat. Qualsevol que infringeixi aquesta constitució encorrerà una pena de 500 morabatins.

A Original, pergamí proveït de la butlla de plom penjant del rei Jaume I, perdut.

B Còpia inclosa a l'acta de confirmació del 14 de gener de 1451 per la reina Maria d'Aragó, pergamí, antigament conservat a l'arxiu de Santa Maria del Temple de Perpinyà, segons *A*.[319]

319. «Nos Maria, Dei gratia regina Aragonum, Siciliae citra et ultra farum, Valentiae, Hierusalem, Hungariae, Majoricarum, Sardiniae et Corcicae, comitissa Barcinonae, ducissa Athenarum et Neopatriae et eciam comitissa Rossilionis et Ceritaniae, locumtenens generalis serenissimi domini regis viri et domini nostri carissimi viro et nostrae magestati exhibito (...) regio bulla plumbea impendenti et aliis debitis solempnitatibus munito seriei sequentis: [Segueix la transcripció del privilegi del rei Jaume I]. Quia religiosis personis favere earumque res tueri et cupimus et tenemur animadvertentes, igitur domum Mansi Dei predictam, cum suis domibus, membris et universis et singulis juribus, que nunc preceptoria est sacri ordinis Hospitalis Sancti Joannis Jherosolimitanensis merito a nobis potius juvari debere in suis inmunitatibus et prerrogativis, quia etiam pro parte nobilis religiosi et dilecti nostri fratris Joannis de Cardona, comendatoris domus ejusdem, super hiis suplicatum fuit nobis humiliter quod scilicet protectionem et guidaticum omniaque in rescripto preincerto contenta sibi et dictae domui ac aliis predictis approbare, confirmare et de novo concedere dignaremur tenore presentis annuentes dictae suplicationi velut juste et rationi consonae preincertum rescriptum et omnia et singula in eodem contenta, intellecta et expressa favore et pro inmunitate dictarum domorum et preceptoris ac fratrum familiarum et servitorum omniumque mercenariorum earumdem et furnorum, mensurarum et aliorum jurium omnium et singulorum dicti comendatoris et ejus comandae ac domus Templi villae Perpiniani approvamus, rattificamus et de novo in perpetuum concedimus dicto preceptori qui nunc est et ceteris ejus successoribus eosdem cum predictis omnibus et singulis domibus, fratribus, familiis et famulis ac servitoribus et furnis, mensuris juribusque et pertinentiis universis et singulis ac bonis eorum et cujuslibet ipsorum habitorum et habendorum sub dictioni regis et nostri ponendo et recipiendo speciali ducatu, protectione, guidatico et comanda, ita quod nullus confidens de gracia vel amore ipsius domini regis et nostri nullatenus audeat et presumat per se vel alium seu alis palam vel oculte seu alias dictos comendatorem, fratres, familias, servitores et famulos aut alios in preincerto rescripto comprahensos nec eorum seu alicujus ipsorum bona seu jura directe vel indirecte invadere, ledere, capere, dampnificare, inquietari, ofendere, detinere, arrestare, marchare, pignorare aut alias quomodolibet molestare aut dampnum aliquod in personis vel bonis facere vel inferre culpa crimine vel debitis alienis nisi in eisdem fuerint principaliter vel fidejussorio nomine obligati nec etiam in hiis casibus, nisi si et quatenus justicia et ratio hoc licite fieri permitant. Quicumque vero ausu temerario dictus contra preincertam et presentem salvaguardiam

C Còpia del segle XVII, *Privilèges de l'ordre de Saint-Jean de Jérusalem*, ADPO, Hp182, ff. 18-21, segons *B*.[320]

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 266-269, segons *B*.

a ALART, Bernard, *Privilèges et titres...*, pp. 217-218, segons *C*.

Indiquat: MIRET I SANS, Joaquim, *Itinerari de Jaume I el Conqueridor*, Barcelona, 1918, p. 247.

Text establert segons *C*.

Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gracia rex Aragonum, Majoricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, attendentes quod nos teneamur de pace et tranquilitate[a] religionibus providere, et specialiter domui milicie Templi et fratribus ejusdem qui se et sua exponunt ad defensionem[b] fidei Christiane, considerantes etiam multa grata servicia in magnis nostris negociis a dictis fratribus Templi nobis exhibita, ex mera indulgencia et liberalitate[c] nostra recipimus et constituimus, per nos et omnes successores nostros in perpetuum, in nostra protectione, defensione[d] et manutenencia ac guidatico specialiter

et protectionem in aliquo facere presumpserit, penam trium milium florenarorum auri ultrae regiae et nostrae indignationis et irae incursum absque dubio se noverit incursurum dampno illato primitus et plenarie resarcito, mandantes universis et singulis officialibus dicti domini regis et nostris, tam majoribus quam minoribus, et aliis ad quem vel quos spectet et locatenentibus eorumdem, presentibus et futuris, sub pena et cominationibus predictis, quatenus hujusmodi protectionem, guidaticum et salvaguardiam regias et nostras omniaque et singula superius contenta et expressa teneant firmiter et observent ac faciant ab omnibus aliis inviolabiliter observari, et non contra faciant vel contraveniant seu aliquem contravenire permitant, quavis ratione seu causa, nihilominus ut quispiam de premissis non possit ignorancia allegare, faciant eandem protectionem et salvaguardiam per loca solita jurisdictionum eis comissarum publice nunciari ac etiam requisiti apponant et assignant insinuitatibus domorum earumdem et in locis ubi expediat pentiones regales in signum protectionis ejusdem. Adjicimus tamen quod dicti comendator, fratres et eorum familiares ac alii predicti et quilibet ex eis eisdem casibus et causis in penam protectionis presentis cenceantur incidisse in quibus quicumque alii eos offendentes inciderent ipso facto ut utrique equalitas observetur. In cujus rei testimonium presentem fieri jussimus regio sigillo impendenti muniti. Dattum Perpiniani, quarta decima die januarii, anno a nattivitate Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, regnique dicti domini regis Siciliae citra farum anno decimo septimo, aliorum vero regnorum anno tricecimo sexto.»

320. «Hoc est exemplum sive transumptum bene et fideliter in villa Perpiniani Elnensis diocesis sumptum a quodam regio privilegio in pergameneo scripto intus archivum beatae Mariae de Templo ejusdem villae Perpiniani de membris et pertinentiis comandae magistralis Mansi Dei ordinis et religionis sacrae domus Hospitalis Sancti Joannis Hyerosolimitanensis ubi omnia acta et scriptura tam dictae comandae quam aliarum comendarum in comitatu Rssilionis existentium reponuntur et custodiuntur recondito et custodito non viciato non cancellato nec aliqua sui parte suspecto, sed omni prorsus vicio et suspicione carente, cujus quidem privilegii tenor de verbo ad verbum sequitur in hunc modum: [Segueix la transcripció del privilegi de confirmació del 14 de gener de 1451].

domum[e] Mansi Dei, cum omnibus domibus eidem subjectis que sunt in Rossilione, et omnes fratres earumdem domorum presentes et futuros, et totam familiam omnesque servientes et mercenarios dictarum domorum et fratrum supradictorum, et omnia bona dictorum fratrum et domorum, mobilia et inmobilia, habita et habenda. Specialiter autem recipimus et constituimus in hac protectione et guarda et nostro guidatico domum milicie Templi Perpiniani, et omnes furnos, mensuras et omnia alia jura que Templarii ibidem habent et habere debent, precipientes omnibus vicariis nostris, et bajulis, et aliis officialibus et subditis nostris, et locum nostrum tenentibus universis, quod dictos fratres, cum tota eorum familia, servientibus et mercenariis, et cum omnibus supradictis, custodiant, manuteneant viriliter et defendant[f] sicut nostra propria, et a nullo inquietari permittant.[g] Quicumque autem predictos fratres, vel domos Templi predictas, aut familiam, vel servientes, vel predicta bona dictorum fratrum, vel aliquid de predictis, impedierit, perturbaverit, vel violenciam aliquam, vel injuriam seu invasionem, eis vel predictis rebus superius nominatis fecerit, vel facere attentaverit, vel eos aut bona sua indebite pignoraverit seu molestaverit, dum ipsi parati sint facere querelantibus de se justicie complementum, iram et indignationem nostram et penam quingentorum morabatinorum se noverit incursurum,[h] dampnis et injuriis eis in duplo nichilominus restitutis, mandantes etiam dictis vicariis, bajulis et aliis officialibus et subditis nostris universis, quod hoc guidaticum nostrum firmum habeant et observent, et ab omnibus faciant inviolabiliter observari, et non contraveniant nec aliquem contra venire permittant.[g] Et si contingerit[i] nostrum predictum guidaticum sive guarda ab aliquo esse fractum seu violatum in aliquo de premissis, statim dictam penam quingentorum aureorum a violatoribus seu fractoribus exigant et habeant, quamquam Templarii super premissis nullam querelam deponant, et incidentes in dictam penam, qui eam solvere non potuerint, juxta arbitrium vicariorum et bajulorum et aliorum nostrorum locum tenentium graviter punientur.[j] Scituri omnes supradicti nostrum locum tenentes, quod si super premissis exequendis negligentes fuerint in aliquo, vel remissi, nos ab eisdem dictam penam sine omni remedio exigemus, ac si ab eisdem personaliter dictum nostrum guidaticum esset fractum. Datum Ilerde, septimo idus augusti, anno Domini millesimo CC quinquagesimo quinto.

NOGUERA

Signum m Jacobi, Dei gracia regis Aragonum, Majoricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: G(uilelmus) de Monte Catheno, P(etrus) de Monte Catheno, G(uilelmus) de Cardona, Eximinus de Focibus, Bertrandus de Ahones.

Sig-(SM)-num Jacobi de Monte Judayco, qui, mandato domini regis, pro domino fratre Andrea, episcopo Valencie, cancellario suo, hec scripsit loco, die et anno prefixis.

a. tranquillitate *C.* b. deffencionem *C.* c. libertate *C.* d. deffentione *C.* e. domui *C.* f. deffendant *C.* g. permitant *C.* h. incursum *C.* i. contingit *C.* j. punient *C.*

541

1255, 29 d'octubre

Jaume Castelló de Cànoes es fa home propi de la casa de la milícia del Temple del Masdéu i de tots els frares d'aquesta casa, a les mans i en poder de fra Guilhem de Londres, el seu comanador, sotmetent-se així, com tots els seus descendents, amb tots llurs béns, al domini dels frares del Masdéu, que no podran exloure'ls d'aquest domini, ni traslladar-los, sense llur consentiment. Jaume promet que donaran als templers 12 diners melgoresos cada any per Nadal a títol recognitiu d'aquest homenatge. Fra Guilhem de Londres rep aquest homenatge i promet mantenir Jaume i els seus successors com a homes llurs segons el bon costum de la casa de la milícia del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 191r-v, acta núm. 331.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, p. 275, segons *B.*
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.,* nouv. acq. lat. 27, ff. 270-272, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego Jacobus *Castelo* de *Canoys*, per me et per omnes descendentes meos, presentes et futuros, facio me hominem proprium et liberum domus milicie Templi Mansi Dei et omnium fratrum ejusdem domus, presentium et futurorum, in manu et posse domini fratris Guilelmi de *Londres*, preceptoris dicte domus Mansi Dei, submittendo[a] me et omnes descendentes meos et posteros et omnia ubique bona mea et omnium descendentium meorum dominationi predicte fratrum predictorum prout melius

ad utilitatem domus Mansi Dei predicte et fratrum intelligi, legi ac dici potest, renuncians omni juri omnique legi et omni consuetudini quibus contra venire possem, sub tali vero pacto, quod dictus preceptor vel fratres vel etiam successores eorum nunquam possent me vel descendentes meos eicere de predicta dominatione nec etiam aliquo modo permutare absque mea libera voluntate et descendentium meorum. Promitto[b] etiam vobis domino preceptori predicto, per me et per omnes descendentes[c] meos, quod donabimus vobis et omnius vestris successoribus perpetuo quolibet anno in festo Natalis Domini XII denarios malgurienses bonos per recognitionem hominatici prefati, et quod non possitis compellere me nec descendentes ad aliquid aliud prestandum vel faciendum nisi tantum dictos XII denarios, pro quibus obligo vobis et domui vestre prefate omnia bona mea et omnium descendentium[d] meorum. Et nos, frater Guilelmus de *Londres*, preceptor predictus, per nos et per omnes successores nostros recipimus a te, dicto Jacobo *Castelo*, et tuorum descendentium hominaticum, ut superius est expressum, promittendo[e] tibi quod manutenebimus te et omnes tuos descendentes et omnia bona vestra tanquam homines nostros ad bonam consuetudinem domus milicie Templi. Actum est hoc IIII° kalendas novembris, anno Christi M° CC° L° V°. Sig+num Jacobi Castilionis de Canois predicti, qui omnia predicta et singula laudo et firmo. Sig+++na Berengarii de Malono, et Berengarii de Palacio, et G. *Talaxa de Trullars*, hujus rey testium.

Guilelmus Revullis, scriptor publicus auctoritate domini Bernardi, Elnensis episcopi, hanc cartam scripsit et hoc signum (SM) fecit.

a. submitendo *B.* b. promito *B.* c. descendes *B.* d. descendium *B.* e. promitendo *B.*

542

1255, 23 de novembre

Fra Ramon de Vilanova, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment de fra Pere de Lavanhac, dóna en acapte a Pere Boàs de Malloles una peça de terra situada a la parròquia de Sant Esteve d'Orla, per a cultivar-hi cereals o vinya. El terratger haurà de donar a la casa del Temple l'agrer de la collita, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta

concessió, fra Ramon reconeix haver rebut 7 diners melgoresos i 1 òbol.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 227, acta núm. 401.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 186-187, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Raymundus de Villa nova, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos, consilio fratris Petri de Lavainaco, dono atque in presenti trado ad accapitum tibi, Petro *Boas* de Malleolis, et tuis, et cui volueris, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam petiam terre ad faciendum ibi panem et vinum, quale magis tibi placuerit, que est in terminis et in adjacencia Sancti Stephani de Orulo, et affrontat ab oriente in mea tenencia, a meridie in carraria torta de Erbrino, ab occidente in tenencia Petri Raymundi de Orulo, ab aquilone in tenencia Jacobi de *na Cars* de Orulo, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui dictam petiam terre habueritis et tenueritis, donetis semper mihi et successoribus meis de omni expleto quod Deus ibi dederit fideliter agrarium, et foriscapium si venderetur vel inpignoraretur. Et ego et successores mei faciemus tibi et tuis predictam petiam terre bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de evictione pro predicta pecia terre, obligans inde tibi et tuis omnia bona dicte domus nostre. Et pro predicto accapito, habui et accepi a te VII denarios et obolum[a] barchinonenses, valentes ad cambium VI denarios malgurienses, de quibus per pacatum[b] me teneo. Actum est hoc VIIII kalendas decembris, anno Domini M° CC° L° V°. Sig++na fratris Raymundi de Villa nova, et fratris Petri de Lavaynaco predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Bernardi Fabe de Malleolis, et Guilelmi de Codaleto, et Petri de Podio, testium.

Ego Guilelmus Sala hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. obulum *B*. b. paccatum *B*.

FUNDACIÓ NOGUERA

543

1255, 27 de novembre

Fra Ramon de Vilanova, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment dels frares Pere de Lavanhac i Pere Servent, dóna en acapte a Ramon Pastor de Malloles una peça de terra situada a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat les Cabrerisses, per a cultivar-hi cereals o vinya. El terratger haurà de donar a la casa del Temple la sisena somada de la verema, que portarà a Malloles; i si hi fa cereals, haurà de donar l'agrer i el braçatge, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Ramon reconeix haver rebut 15 diners barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 243v-244, acta núm. 442
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 188-190, segons *B*.
a CAUCANAS, Sylvie, *Introduction à l'histoire du Moyen Âge en Roussillon*, Perpinyà, 1985, doc. núm. 8, p. 85.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Villa nova, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, consilio et voluntate fratris Petri de Lavaynaco et fratris Petri *Servent*, per nos et per omnes successores nostros, damus ad accapitum tibi, Raymundo Pastori de Malleolis, et cui volueris imperpetuum, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam petiam terre ad faciendum ibi panem et vinum, quale magis tibi placuerit, que est in adjacencia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato *Cabrisses*, et affrontat ab oriente in campo Malleoli *Orle*, a meridie in tenencia Johannis *Mauran*, ab occidente in tenencia Raymundi Xatmarii, ab aquilone in tenencia Guilelmi *Sabte*, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui qui dictam petiam terre habueritis et tenueritis, donetis nobis et successoribus nostris de omni expleto quod Deus ibi dederit fideliter VI[am] saumatam de vindemia, apportatam[a] in nostro posse intus villam de Malleolis; et si facere volueris ibi panem, detis nobis fideliter agrarium et braciaticum, et foriscapium si venderetur vel inpignoraretur. Et promittimus[b] tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis predictam donationem bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et pro predicta donatione habuimus

et accepimus a te pro accapito XV denarios barchinonenses, de valore et extimacione quod XV denarii barchinonenses valent ad cambium XII denarios malgurienses, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Actum est hoc V° kalendas decembris, anno Domini M° CC° L° V°. Sig+++na fratris Raymundi de Villa nova, et fratris Petri de Lavaynacho, et fratris Petri *Servent* predictorum, qui hec laudamus. Sig+++na Guilelmi Fabreçani, et Guilelmi *Gasau*, et Petri de Riupullo, testium. Bernardus *Carles*, scriptor publicus Perpiniani auctoritate Raymundi Aymerici, scriptoris publici Perpiniani, hoc instrumentum receptum et laudatum in posse Petri Calveti quondam, tunc scriptoris publici Perpiniani, de notulis dicti Petri Calveti scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. aportatam *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.*

544

1256 (nou estil), 12 de gener

Fra Ramon de Vilanova, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment de fra Pere de Lavanhac i de fra Bernat, capellà del Masdéu, afranqueix Ferrer Sabater de Malloles i la seva esposa Maria de tota la part, és a dir, la meitat indivisa, de tot el mig agrer i el mig quart i dels altres drets que la casa del Temple percep sobre el camp que els esposos tenen, meitat per la casa del Temple i meitat per Pere Bremon de Vilallonga i el seu fill Simó, al terme de Malloles, al lloc anomenat Puig Ginest. En compensació, els terratgers hauran de donar a la casa del Temple un esterlí i mig de plata fina de cens anual el dia de Nadal, i la meitat del foriscapi en cas de mutació. Per aquest afranquiment, fra Ramon de Vilanova reconeix haver rebut 10 sous barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 230r-v, acta núm. 409.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 191-193, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Raymundus de Villa Nova,[a] preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos et per omnes fratres ejusdem domus, consilio et laudamento fratris Petri de Lavainaco et fratris Bernardi, capellani domus Mansi Dei, affranquisco tibi, Ferrario Sutori de Malleolis,[b] et Marie, uxori tue, et vestris imperpetuum, et cui volueritis, excep-

tis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, totam partem nostram, scilicet medietatem integriter pro indiviso tocius illus medii agrarii et medii quarti et aliorum, que nos pro medietate et Petrus Bremundus[c] de Villa longa et Simon, filius ejus, pro alia medietate, habemus et habere et accipere debebamus in toto illo campo et in expletis ejusdem, quem pro nobis pro medietate et pro dictis Petro Bremundo et Simone, filio ejus, pro alia medietate, teneas pro indiviso in terminis de Malleolis, in loco vocato ad Podium *Ginest*; hoc pacto quod vos et vestri, qui dictum campum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et dicte domui nostre, loco et vice dicte partis nostre dicti medii quarti et medii agrarii et aliorum que in dicto campo habeamus, quolibet anno in festo Natalis Domini I sterlinum et dimidium boni argenti et fini recipiendi de censu. Et quandocumque et quocienscumque dictus campus venderetur vel inpignoratur in toto[d] vel in parte, nos et domus nostra habeamus inde medietatem tocius foriscapii. Et ego et successores mei faciemus vobis et vestris totum predictum affranquimentum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde vobis et vestris sine fraude de omni evictione, obligantes inde vobis per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presentia et futura. Et pro predicto affranchimento habui et accepi a vobis X solidos barchinonensium, valentes ad cambium VIII solidos malguriensium, de quibus per pacatum[e] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[f] non numerate, quam pecuniam[g] recognosco versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Affrontat dictus campus ab oriente et a meridie in campo Bernardi Caironi, ab occidente in vinea Petri Fabe et Guilelmi, fratris ejus, ab aquilone in vinea Raymundi de Acciato condam. Actum est hoc II[e] idus januarii, anno Domini M° CC° L° V°. Sig++na fratris Raymundi de Villa nova, et fratris Petri de Lavainaco, et fratris Bernardi, capellani, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Johannis *Garata*, et Petri de Riupullo, et Bernardi de Viverio, testium. Ego Arnaldus Berengarius hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. novo *B.* b. Malleo *B.* c. Petrus et Bremundus *B.* d. in to *B.* e. paccatum *B.* f. peccunie *B.* g. peccuniam *B.*

FUNDACIÓ NOGUERA

545

1256 (nou estil), 4 de març

Fra Ramon de Vilanova, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment de fra Pere de Lavanhac i dels altres frares d'aquesta casa, afranqueix Bernat Xatmar de tota la part, és a dir, la meitat indivisa, de tot l'agrer, el quartó, el braçatge i la mesura d'acapte que la casa del Temple percep sobre el camp que Bernat Xatmar té, meitat per la casa del Temple i meitat per Pere de Vilallonga i el seu fill Simó, a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat Puig Ginest. En compensació, el terratger haurà de donar a la casa del Temple 6 diners barcelonesos i un òbol de cens anual el dia de Nadal, i la meitat del foriscapi en cas de mutació. Per aquest afranquiment, fra Ramon de Vilanova reconeix haver rebut 15 sous barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 239r-v, acta núm. 431.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 194-195, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Raymundus de Villa nova, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per me et omnes successores meos, cum consilio et voluntate ac laudamento fratris Petri de Lavainano et aliorum fratrum dicte domus, affranquisco tibi, Bernardo Xatmario, et tuis, et cui volueris imperpetuum, totam partem nostram, scilicet de medietatem integriter pro indiviso tocius agrarii et quarti et braciatici et mensure accapiti, quam habemus et accipimus et habere et accipere debemus in omni illo campo, quem pro nobis tenes pro medietate, et pro Petro de Villa longa et Simone, filio ejus, pro alia medietate pro indiviso, in terminis et in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato ad Podium *Genest*; ita quod decetero habeatis tu et tui totum predictum campum franchum et liberum et penitus inmunem a predicta parte nostra, scilicet medietate tocius dicti agrarii et quarti et braciatici et mensure accapiti dicti campi, hoc pacto videlicet quod tu et tui donetis mihi et successoribus meis et dicte domui singulis annis in festo Natalis Domini VI denarios et obolum barchinonenses, valentes ad cambium V denarios malgurienses, loco et vice dicte partis nostre tocius dicti agrarii et quarti et braciatici et mensure accapiti. Et quandocumque et quocienscumque dictus campus venderetur vel inpignoraretur, ego et successores mei habeamus inde medietatem foriscapii. Et ego et sucessores mei faciemus

tibi et tuis predictum affranquimentum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de evictione. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligo tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus. Affrontat autem dictus campus ab oriente in tenencia tua, a meridie et ab occidente in viis, ab aquilone in tenencia domus milicie Templi Perpiniani. Et pro predicta affranquitione habui et accepi a te XV solidos barchinonensium, valentes ad cambium XII solidos malgurienses, de quibus per pacatum[a] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[b] non numerate. Quos predictos denarios recognosco versos esse, et redactos, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc IIII° nonas martii, anno Domini M° CC° L° V°. Sig+num fratris Raymundi de Villa nova, preceptoris predicti, qui hec omnia laudo et concedo. Sig+num fratris Petri de Lavaniano, qui hec omnia laudo et confirmo. Sig+++na Arnaldi de Saurina, et Guilelmi *Gasau* et Guilelmi de Cereto, textoris, testium. Petrus de Podio scripsit hoc vice Petri Calveti et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatum *B*. b. peccunie *B*.

546

1256 (nou estil), 19 de març

Fra Ramon de Vilanova, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment de fra Pere de Cànoes, comanador del Mas de la Garriga, fra Pere de Lavanhac i d'altres frares, afranqueix Jausbert Sadol de Malloles de tot el quartó que els templers perceben sobre la vinya que Jausbert té per ells a la parròquia de Santa Maria de Malloles. En compensació, el terratger haurà de donar als templers la sisena somada, que portarà a llur tina de Malloles, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquest afranquiment, fra Ramon de Vilanova reconeix haver rebut 5 sous i 7 diners i un òbol de moneda barcelonesa.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 231r-v, acta núm. 412.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 196-198, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Raymundus de Villa nova,[a] preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per me et omnes

successores meos, consilio et voluntate ac laudamento fratris Petri de *Canoys*, preceptoris domus de Garriga, et fratris Petri de Lavainaco et aliorum fratrum, affranquisco tibi, Jausberto *Sadol* de Malleolis, et tuis, et cui volueris imperpetuum, totam vineam tuam cum terra in qua est plantata, quam pro nobis tenes in terminis et in adjacencia Sancte Marie de Malleolis, ab omni illo quarto quod in dicta vinea et in expletis ejusdem habebamus et habere et accipere debebamus; hoc pacto quod loco et vice dicti quarti dones tu et tui nobis et successoribus nostris et dicte domui nostre bene et fideliter VI[a] saumatam, apportatam[b] in nostro posse ad tinam nostram de Malleolis, et foriscapium quandocumque et quocienscumque dictam vineam vendideritis vel inpignoraveritis. Et ego et successores mei faciemus tibi et tuis predictum affranquimentum[c] bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, salvo jure nostro, ut superius dictum est, obligans inde tibi et tuis pro predictis per vinculum omnia bona dicte domus nostre ubique. Et pro predicto affranquimento, habui et accepi a te V solidos VII denarios et obolum barchinonensium, valentes ad cambium IIII solidos et VI denarios malguriensium, de quibus per pacatum[d] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[e] non numerate, quos recognosco versos esse, et redactos, in maxima utilitate dicte domus nostre. Et affrontat dicta vinea ab oriente in via, a meridie in in vinea Johannis de Fina monerii condam, ab occidente in vinea Petri de Rivo condam, ab aquilone in tenencia Guilelmi Justi condam. Actum est hoc XIIII° kalendas aprilis, anno Domini M° CC° L° V°. Sig+++na fratris Raymundi de Villa nova, preceptoris, et fratris Petri de *Canoys*, et fratris Petri de Lavaynaco, qui hec omnia laudamus et concedimus. Sig+++na Petri Jaufredi, et Petri Ysarni et Bernardi Michaelis, clerici, testium. Petrus de Podio scripsit hoc vice Petri Calveti et hoc sig-(SM)-num fecit. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Villa Longa *B.* b. aportatam *B.* c. afranquimentum *B.* d. paccatum *B.* e. peccunie *B.*

547

1256, 2 de juny

Arsenda, el seu marit Pere d'Illa i llurs fills Dalmau, Ramon i Esclarmunda, venen a fra Bernat de Montsó, comanador de la

casa de la milícia del Temple de Sant Hipòlit, el cens d'una oca que perceben cada any, el dia de Sant Joan Baptista, sobre el celler que tenen per ells els fills del difunt Bernat Oliba a la cellera del Temple, a Sant Hipòlit, amb tots els drets, la senyoria directa i el foriscapi que tenen sobre aquest bé. Per aquesta venda, els testadors reconeixen haver rebut la quantitat de 31 sous i 3 diners barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 34v-35, acta núm. 56.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 301-302, segons *B*.
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 107-109, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, Arsendis et Petrus de Insula, maritus ejus, et Dalmacius et Raymundus et Sclarmunda, eorum filii, simul in unum, per nos et per omnes nostros, vendimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus tibi, fratri Bernardo[a] de Montesono, preceptori domus Templi milicie Sancti Ypoliti, et successoribus tuis, et domui Templi predicti Sancti Ypoliti, et vestris, et cui volueritis in perpetuum, pro francho et libero alodio, totum censum quem habemus et hebere debemus, scilicet unum anserem censualem quolibet anno, in festo sancti Johannis Babtiste de junio, in toto illo cellario quod tenent et tenere debent pro nobis filii condam Johannis Olibe de Sancto Ypolito in villa Sancti Ypoliti, intus cellariam Templi milicie predicte ville, et totum jus et dominium et foriscapium, quod in toto dicto cellario habemus et habere debemus jure dominii vel alio modo, totum, integriter ac generaliter, sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum. Dictum cellarium affrontat ab oriente in muro dicte cellarie, a meridie in tenencia Petri *Bocalaurs*, a circio in tenencia Raymundi *Gotmar*, ab aquilone in via et aliorum; cedendo etiam vobis et vestris, racione hujus vendicionis, omnes actiones et jura, quas et que in dicto censu et jure et dominio dicti cellarii et in dicto cellario habemus et habere debemus, jure dominii vel alio modo, constituendo inde vos in rem vestram procuratores. Hanc autem vendicionem et cessionem vobis et vestris facimus precio XXXI solidorum III denariorum barchinonensium bonorum, valentes[b] ad cambium XXV solidos malguriensium bonorum ad racionem de quindenis, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, et doli et metus actionique in factum; et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi precii decepti sunt similiter renunciamus. Et si hec vendicio plus valet

dicto precio, illud totum plus valens, gratis inter vivos, vobis et vestris damus et diffinimus imperpetuum. Promittimus[e] etiam vobis, stipulantibus, nos et nostros semper vobis et vestris de predicta vendicione fore legitimo auctores et defensores[f] ab omni persona, et teneri semper sine fraude vobis et vestris de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis vos vel vestros facere contigerit, ex quibus credamini plano vestro verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus predictis et singulis vobis et vestris attendendis et complendis, obligamus inde vobis et vestris per vinculum, quilibet nostrum insolidum, omnia bona nostra,[g] presencia et futura, ubique, renunciantes beneficio nove constitutionis et dividende actionis, et senatus consulti Velleyani, quo mulieres intercedentes pro alii adjuvantur, et omni alii legitimo auxilio. Tradimus etiam vobis et vestris plenam et corporalem possessionem, tam[h] jure quam facti, et quasi possessionem dicti census et juris et dominii et foriscapii, quem et quod habebamus et habere debebamus jure dominii vel alio modo in toto dicto cellario, nos et nostros inde penitus denudando et vos et vestros inde prorsus investiendo, ad omnes vestras voluntates perpetuo faciendas, pro francho alodio, nullo jure ibi nobis neque nostris retento. Et ita totum, ut in hac carta continetur, nos observaturos et in nullo contraventuros, bona fide et per stipulationem, vobis promittimus,[i] et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Dei Evangeliis, nos, Arsendis et Petrus de Insula, maritus ejus, sponte vobis juramus. Actum est hoc IIII° nonas junii, anno Christi MCC° L° VI°. Sig+++++na Arsendis et Petri de Insula, mariti ejus, et Dalmacii et Raymundi et Sclarmonde, eorum filiorum, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++++na Bernardi Guifredi, et Berengarii Michaelis, et Guilelmi Stephani, et Guilelmi Galloni, et Johannis Fabri, testium rogatorum. Petrus Amilloti, scriptor publicus, scripsit hoc, auctoritate domini Bernardi, Elnensis episcopi, vice Raymundi *Figeres*, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Bernardi *B.* b. valent *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. promitimus *B.* f deffensores *B.* g. nostra *repetit per error B.* h. quam *B.* i. promitimus *B.*

FUNDACIÓ NOGUERA

548

1256, dissabte 26 d'agost. Centernac, al coll de Vimener

Pere Marçà, sagristà del monestir de Sant Miquel de Cuixà, Ramon Oliba de Sant Pau i Bernat Paller, prior d'Espirà de Conflent, àrbitres designats per Joan d'Argelers, comanador de Centernac i procurador del comanador del Masdéu, d'una banda, i Ramon Boix, procurador de l'abat del monestir d'Alet, d'altra banda, anaren a Lançac, on els dos procuradors compareegueren davant d'ells i els lliuraren penyores. Els àrbitres deliberaren molt de temps sobre la composició a fer entre les parts. Però, com que ni les parts ni els àrbitres no aconseguiren avenir-se, i com que s'havia convingut que, a falta d'unanimitat, la sentència podria ésser pronunciada per només dos dels tres àrbitres, dos d'aquests àrbitres adjudiquen, en presència del tercer, al comanador de Centernac, representant del Masdéu, la possessió de tots els agrers i de tots els altres drets sobre totes les possessions contingudes dins els límits de Centernac, tal com estan indicades a l'acta, condemnant la part contrària a restituir al Masdéu els fruits percebuts pel procurador de l'abat d'Alet a l'interior d'aquests límits. Pronuncien aquesta sentència sota pena d'una multa de 500 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 57r-v, acta núm. 2
C Còpia de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 303-305, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 273-275, segons *B*.

Pateat universis quod anno Domini M° CC° L° VI, die sabbati proximo post festum beati Bartholomei, Petrus[a] Marciani, sacrista monasterii Sancti Michaelis de Coxano, et Raymundus[b] Oliba de Sancto Paulo et Bernardus[c] Palerii, prior Aspirani in Confluenti, arbitri electi a Johanne de Argileriis, comendatore de Sancto Ernaco et procuratore preceptoris Mansi Dei, et nomine dicti preceptoris, ex una parte, (et)[d] a Raymundo Buxi, procuratore domini abbatis Electi[e] monasterii, nomine ipsius abbatis et monasterii predicti, ex altera, venerunt apud Alanciacum, coram quibus dicti procuratores comparuerunt, et pignora tradiderunt, et ibidem prefati arbitri diutius tractaverunt de composicione facienda inter partes, et easdem ad prefatam compositionem faciendam inducere nequiverunt, nec etiam dicti arbitri de eadem facienda finaliter minime concordarunt. Verum, cum in compromisso in tantum fuerat pro-

cessum quod non restabat, nisi sentencia inter se supradicti arbitri de ea proferenda tractum diligentissime habuerunt; et cum non possent omnes in unam sentenciam concordare, et actum esset in compromisso, ut duo etiam, tercio absente, possent pronunciare, duo ex ipsis tercio presente ad sentenciandum, sicut patebit inferius, processerunt, visis et auditis racionibus utriusque partis, et etiam instrumentis et attestacionibus[f] diligenter examinatis, habito consilio diligenti cum petitorium et possessorium sit inductum ab utraque parte in judicium et de proprietate ad plenum non liqueret prefato comendatori, nomine dicti Mansi Dei, adjudicamus possessionem totius agrarii et omnium aliorum jurium in omnibus possessionibus contentis infra terminos inferius positos, condemnantes[g] adversam partem eidem ad restitucionem fructuum preceptorum a dicto procuratore domini abbatis de predictis possessionibus citra terminium, imponendo[h] silencium super prefata possessione ipsi procuratori dicti domini abbatis, salvo jure dum taxat utrique parti super proprietate et in expensis in comissione dicte pene. Sunt autem predicti termini de Sancto Ernaco usque ad Fontem del rayg et inde tendum ad locum qui vocatur *Cairol de l'ausina*, et inde ad Aeram veteram *d'en Boquer*, et inde ad Collum de Aureo, et inde ascendum per quandam serram usque ad collum qui vocatur *Mola traucada*, et inde ad locum qui vocatur *Quer*, et inde per quandam serram[i] que *Vimener*, et inde per les *Quostes de na Rata* que vadit ad signum strate que vadit apud Sanctum Paulum, et inde ad Serram *de la Perdiut*. Hanc autem sentenciam dicimus sub pena posita in compromisse, videlicet D solidorum malguriensium bonorum. Actum est hoc die et anno prefixis, infra terminos de Sancto Ernaco, ad collum qui vocatur *Vimener*, in presencia et testimonio Berengarii Galaubi, capellani Sancti Stephani de *Derc*, et fratris Bertrandi de *Tornaboys*, monachi Sancti[j] Michaelis de Coxano, et Bernardi Rotulandi, capellani de Robeleto, et aliorum multorum, et mei, Guilelmi Bernardi Meneris, gerens vices, qui, auctoritate domini U., electu Electi, et vice Guilelmi Boni mancipii, publici notarii ville Sancti Pauli Fenoledesii, mandatum scribendi ab utraque parte hanc cartam scripsi die et anno prefixis. Ego predictus Bernardus Palerii, prior, hec laudavi et hoc sig-(SM)-num fecit.

Sig-(SM)-num Petri Marciani, sacriste monasterii Sancti Michaelis de Coxano, qui hoc laudo et firmo et sigillo munimine quo utor apposui.[k]

a. Petri *B.* b. Raimundi *B.* c. Bernardi *B.* d. et *omès B.* e. Electus *B.* f. atestationibus *B.* g. condempnantes *B.* h. inponendo *B.* i. serran *B.* j. et *B.* k. aposui *B.*

549

1256, 1 de setembre

Fra Ramon de Vilanova, comanador de la casa del Temple de Perpinyà i lloctinent del comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Servent i Ferrer, dóna en acapte, però només a títol vitalici, a Arnau Geita, prevere, i a Joan Geita una taula de vendre que els templers tenen a la plaça de Perpinyà, prop del lloc on es ven l'oli. Els terratgers hauran de donar-los 6 sous i 3 diners barcelonesos de cens anual el dia de la festa de Sant Vicenç. Els terratgers estaran obligats a mantenir la taula de vendre a càrrec seu. Per aquesta concessió, fra Ramon de Vilanova ha rebut 2 sous i 6 diners.

A^{I} Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí, amplada 170/175 mm, alçada 125/135 mm, ADPO, Hp188.[321]

B Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. S, p. 426, segons *A*^{I}.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 199-200, segons *A*^{I}.

Notum sit cunctis quod ego frater Raimundus de Villanova, preceptor domus Templi Perpiniani et tenens locum preceptoris Mansi Dei, consilio et laudamento fratris Petri *Servent* et fratris Ferrarii, dono ad accapitum vobis, Arnaldo Geite, presbitero, et Johanni Geite, et quibus volueritis, in tota vita vestra tantum, unam tabulam quam habemus in platea Perpiniani, cum loco in quo est posita, et est juxta locum in quo oleum venditur, et affrontat ab oriente in tabula nostra in qua venditur oleum, a meridie et ab occidente et ab aquilone in viis publicis, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus; tali forma et pacto quod vos, vel illi qui predictam tabulam habueritis et tenueritis, in vita vestra

321. El document porta al dors un regest del segle XV en català: «Cartes de taules del maseyl dada an Arnau Geyte, presbitero, an Johan Gueyte certa taula de carneceria ab sens de [blanc] s. De I[a] taula, laqual es en la plaça de la hon se ven l'oli e afronte ab la taula del Temple on se ven l'oli, fa VI s. III.», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3034».

donetis mihi et successoribus meis et dicte domui pro censu dicte tabule quolibet anno in festo sancti Vincencii martiris in tota vita vestra VI solidos III denarios barchinonensium, valentes V solidos malguriensium. Et ego et successores mei faciemus vobis dictam tabulam bonam habere et tenere in pace ab omni persona in tota vita vestra; et tenebimur inde vobis sine fraude de omni evictione, obligans inde vobis omnia bona dicte domus. Et pro predicta donacione habui et accepi a vobis II solidos VI denarios barchinonensium, valentes II solidos malguriensium, de quibus per paccatum[a] me teneo, renuncians exceptioni peccunie[b] non numerate. Et teneatis dictam tabulam condirectam vestris expenssis[c] tota vita vestra. Et ego Arnaldus Geita, hec omnia laudo et firmo, promittens tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, quod solvam tibi et successoribus tuis dictum censum quolibet anno, ut dictum est, et tenebo dictam tabulam condirectam, ut dictum est, obligans inde tibi et successoribus tuis omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc kalendis septembris, anno Domini M° CC° L° VI°. Sig++++na fratris Raimundi de Villanova, et fratris Petri *Servent*, et fratris Ferrarii, et Arnaldi Geite, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Poncii, et Raimundi Comitis, diaconorum, et Petri Gaufredi, testium. Bernardus *Carles*, scriptor publicus Perpiniani auctoritate Raimundi Eimerici, scriptoris publici Perpiniani, hoc instrumentum receptum et laudatum in posse Petri Calveti quondam, tunc scriptoris publici Perpiniani, de notulis dicti Petri Calveti scripsit, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic A per* pacatum. b. *Sic A per* pecunie. c. *Sic A per* expensis.

550

1256, 18 d'octubre

Fra Ramon de Vilanova, comanador de la casa del Temple de Perpinyà i lloctinent del comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere de Lavanhac i Ferrer Bremon, dóna en acapte a Guillem Amalric de Malloles dues peces de terra que té per ells a la parròquia de Santa Maria de Malloles, per a plantar-hi vinya. El terratger haurà de donar als templers la sisena somada de la verema, que els portarà a la vila de Malloles. Per aquesta concessió, fra Ramon de Vilanova reconeix haver rebut 5 sous barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 226v-227, acta núm. 400.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 201-203, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Raymundus de Villa nova, preceptor domus Templi Perpiniani, cum consilio fratrum meorum scilicet fratris Petri de *Lavanach* et fratris Ferrarii Bremundi, et locum tenens preceptoris Mansi Dei, per nos et per omnes successores nostros damus ad accapitum tibi, Guilelmo Amalrico de Malleolis, et tuis, et cui volueris, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, II pecias terre, quas pro nobis tenes, ad plantandum vineam, que sunt in terminis et in adjacentia Sancte Marie de Malleolis. Et affrontat una dictarum peciarum terre ab oriente in via de Costis, a meridie in tenencia Johannis Fabri, ab occidente in tenencia Arnaldi de *na Dies*, ab aquilone in tenencia Bernardi Fabe. Et altera pecia terre affrontat ab oriente in via de Costis, a meridie in tenencia Ermessendis Scalis, ab occidente in tenencia Arnaldi de Bremuda, ab aquilone in tenencia Johannis Fabri, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis et cum terminis et pertinenciis suis et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, et quicumque dictas pecias terre habueritis et tenueritis, donetis nobis et successoribus nostris VI saumatam vindemie, apportatam[a] in nostro posse intus villam de Malleolis. Et quandocumque et quociescumque venderentur vel inpignorarentur, habeamus inde nostrum foriscapium. Et promittimus[b] tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ex quibus credaris plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis obligamus tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus, presentia et futura. Et pro predicta donatione et cessione, habuimus et accepimus a te pro accapito V solidos barchinonensium, valentes IIII solidos malguriensium, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Actum est hoc XV° kalendas novembris, anno Domini M° CC° L° VI°. Sig+++na fratris Raymundi de Villa nova, preceptoris domus milicie Templi Perpiniani, et fratris Petri de *Lavanach* et fratris Ferrarii Bremundi predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Guilelmi *Gasau*, et Raymundi *Paga* et Arnaldi *Garners*, testium. Ego Petrus Faber hanc cartam scripsi mandato Bernardi

Caruli. Bernardus *Carles*, scriptor publicus Perpiniani, auctoritate Raymundi Eimerici, scriptoris publici Perpiniani, hoc instrumentum receptum et laudatum in posse Petri Calveti condam tunc scriptoris publici Perpiniani de notulis dicti Petri Calveti scribi fecit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. aportatam *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.*

551

1256, 3 de novembre

Fra Ramon de Vilanova, comanador de la casa del Temple de Perpinyà i lloctinent del comanador del Masdéu, fra Bernat Ramon, capellà del Masdéu, i fra Pere de Camprodon, cambrer del Masdéu, dóna en acapte a Guillem de Castelló, fill de Ramon de Castelló, un mas amb tot el terreny situat al seu davant, sota el pòrtic del Temple, del costat de la plaça de Perpinyà on es venen les cols. El terratger haurà de donar-los 87 sous i 6 diners barcelonesos de cens anual per Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 125 sous. El terratger i els seus podran, si ho desitgen, alçar les parets i la teulada d'aquest mas, de manera que el vessant d'aquesta elevació pugui avançar-se sobre els dos obradors del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 278v-279, acta núm. 492.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 204-207, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Raymundus de Villa nova, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, tenens etiam locum preceptoris Mansi Dei, et ego frater Bernardus Raymundi, capellanus Mansi Dei, et ego frater Petrus de Campo rotundo, cambrerius dicte domus Mansi Dei, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo de Castilione, filio Raymundi de Castilione, et tuis, et cui volueris imperpetuum, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum mansum nostrum, de celo usque in abyssum,[a] cum omni frontera sua, scilicet de medietate aculee que est inter istum mansum et operatorium nostrum quod tenet Johannes de Codaleto usque ad aliam aculeam que est inter istum mansum et aliud operatorium nostrum que est versus operatorium Jordani Fabri, et sicut dicta frontera dicti mansi est ante eundem mansum, subtus porticum nostrum, versus plateam in qua cau-

les venduntur, et cum omnibus suis pertinenciis, et ingressibus et egressibus suis, et cum omnibus in se habentibus et habere debentibus, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum. Qui dictus mansus est intus Perpinianum, in platea Perpiniani, ante locum in quo caules venduntur, et affrontat ab oriente in operatorio nostro et in operatorio Jordani Fabri et in manso Mascarosii de Ripisaltis condam, a meridie in manso Arnaldi de Calcia et in manso dicti Mascarosii de Ripisaltis condam, ab occidente in dicto operatorio nostro quod tenet Johannes de Codaleto et in operatorio Raymundi de Castilione, patris tui, et in manso dicti Arnaldi de Calcia, ab aquilone in platea et in tabula que tenetur pro domino rege, sub tali quidem forma et pacto quod tu et tui, qui dictum mansum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris et dicte domui nostre pro censu quolibet anno LXXXVII solidos VI denarios barchinonensium, qui valeant nobis quolibet anno LXX solidos malguriensium, in festo Natalis Domini. Et quandocumque et quocienscumque dictus mansus venderetur vel inpignoraretur, dicta domus nostra habeat inde suum foriscapium. Et nos et successores nostri et fratres dicte domus faciemus tibi et tuis totum predictum mansum, cum suis pertinenciis, et cum omni frontera sua, bonis habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde tibi et tuis de omni evictione, obligantes inde tibi per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et pro predicta donacione, habuimus et accepimus a te CXXV solidos barchinonensium, valentes ad cambium C solidos malguriensium, pro accapito, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate, quam pecuniam[d] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Et quod tu et tui possitis, si volueritis, altius levare parietes et tectum dicti mansi, in modum quod stillicidium sive aqueversus illius levamenti possit discurrere super dicta duo operatoria nostra sine contradictione nostra. Actum est hoc III° nonas novembris, anno Domini M° CC° L° VI°. Sig+++na fratris Raymundi de Villa nova, et fratris Bernardi Raymundi, et fratris Petri de Campo rotundo predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Raymundi de *Namel*, et Guilelmi de *Ferreres* et Andree de *Bardol*, testium.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. paccatos *B.* c. peccunie *B.* d. peccuniam *B.*

552

1256, 28 de novembre

Fra Ramon de Vilanova, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment dels frares Pere Servent i Pere de Lavanhac, dóna en acapte a Poculul, capeller, una casa, amb el seu pis, que els templers tenen a la vila de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 37 sous i 6 diners barcelonesos de cens anual el dia de Nadal, i estarà obligat a mantenir aquesta casa a càrrec seu. Per aquesta concessió, fra Ramon de Vilanova reconeix haver rebut 6 sous i 3 diners.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 271v, acta núm. 478.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 208-210, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Raymundus de Villa nova, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per me et per omnes meos, consilio et laudamento fratris Petri *Servent* et fratris Petri de Lavainaco, ejusdem domus, dono atque in presenti trado ad accapitum tibi, *Poculul*, capelerio, et tuis imperpetuum, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I domum, cum solerio suo, de celo usque in abyssum,[a] quam habemus intus villam Perpiniani, et affrontat ab oriente et a meridie in nostro manso, ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in via publica, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus; hoc pacto quod tu et tui, qui dictam domum cum solerio suo habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris de censu quolibet anno in festo Natalis Domini XXXVII solidos VI denarios barchinonensium, valentes ad cambium XXX solidos malguriensium, et sic semper omni anno XXXVII solidos VI denarios barchinonensium de dicto valore in festo Natalis Domini, et quod tu et tui teneatis dictam domum, cum solerio suo, condirectam vestris propriis expensis. Et promitto[b] tibi quod ego et successores mei faciemus tibi et tuis predictam domum, cum solerio suo, bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligans inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre ubique, presencia et futura. Et pro predicta donacione, habui et accepi a te pro accapito VI solidos III denarios, valentes ad cambium V solidos malguriensium, quos recognosco versos esse, et redactos, in maxima utilitate dicte

domus nostre, de quibus per pacatum[c] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[d] non numerate. Et ego dictus *Poculul*, capelerius, hec omnia predicta laudo, promittens[e] vobis, dicto preceptori, et successoribus vestris, quod ego et mei solvemus et dabimus vobis dictum censum quolibet anno, ut dictum est, et tenebimus dictam domum, cum suo solerio, condirectam nostris expensis, ut supradictum est, obligans inde vobis et successoribus vestris per vinculum dictam domum, cum suo solerio, et melioramentum quod ibi ego et mei fecerimus. Actum est hoc IIII° kalendas decembris, anno Domini M° CC° LVI°. Sig++++na fratris Raymundi de Villa nova, preceptoris, et fratris Petri *Servent*, et fratris Petri de Lavainaco, et *Poculul*, capelerii, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Guilelmi Poncii, et Jacobi Augusti et Guilelmi Stephani, testium. Ego Bernardus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti et suprascripsi in XVIIa linea «vestris».

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. promito *B.* c. paccatum *B.* d. peccunie *B.* e. promitens *B.*

553

1256, 28 de desembre

Arnau de Montescot, cavaller, dóna al seu fill emancipat, Bernat d'Oms, la seva part de l'herència paterna i materna, és a dir, tota l'honor situada a la parròquia de Sant Esteve d'Orla, que havia pertangut al seu germà Bernat d'Orla i que Arnau havia tornat a comprar a Guillem de Vilafranca. Arnau reté per a ell l'usdefruit de tota aquesta honor. I si Bernat mor abans que el seu pare sense tenir cap fill legítim nascut del seu matrimoni, aquest darrer recuperarà aquesta honor; si Alamanda, esposa de Bernat, mor abans que Arnau, Bernat estarà obligat a restituir els 6.000 sous melgoresos que li són obligats sobre el castrum *d'Oms a causa del seu dot; i si Bernat mor abans que el seu pare deixant hereus, aquests darrers estaran obligats a pagar el dot de llur mare i a pagar l'obligació de 8.000 sous, i si no ho fan, Arnau podrà obligar-los-hi pel seu compte.*[322]

322. La naturalesa d'aquesta obligació de 8.000 sous es fa incomprensible a causa de les nombroses llacunes que afecten aquesta part de l'acta.

A[1] Original, en forma de carta partida per la part inferior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí, mutilat, amplada 220 mm, alçada 225/235 mm, ADPO, 1B63.[323]

Notum sit cunctis quod ego Arnaldus de Montescoto, miles, per me et per omnes meos, cum hac presenti carta firmiter in perpetuum valitura, gratis et ex mera liberalitate dono et concedo tibi, Bernardo de Ulmis, filio meo jam a me emancipato, et tuis perpetuo, pro tua hereditate paterna et materna et jure in bonis meis tibi pertinente, totum honorem meum heremum et condirectum, scilicet honorem qui fuit Bernardi de Orulo condam fratris mei, quem emi a Guilelmo de Villafranca, quem habeo in villa et terminis et in adjacentia Sancti Stephani de Orulo. Sicut superius dictum est, ita dono tibi et tuis totum predictum honorem meum heremum et condirectum qui fuit dicti Bernardi de Orulo, scilicet campos, vineas, ortos, ortalia, arbores fructifferas et infructifferas,[a] laborationem, dominia, census, usatica, dominia,[b] laudimia, foriscapia, decimam, terremerita, nemora, molendina, aquas, aqualia et omnia alia hic expressa vel non expressa michi in predicto et pro predicto honore qui fuit Bernardi de Orulo predicti competentia et competitura,[c] totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius dici vel intelligi potest ad utilitatem tuam et tuorum, cedendo et dando tibi et tuis, ratione dicte donationis, omnes actiones et exceptiones reales et personales et omnia omnino jura michi in predicto et pro predicto honore competentia et competitura[c] contra omnes personas. Et modo in presenti te inde in rem tuam procuratorem constituo, et in presenti de predictis et singulis me denudo, et te et tuos investio, et in possessionem juris et facti et quasi possessionem te induco, ad omnes tuas voluntates faciendas. Retineo tamen michi et meis usufructum de omnibus predictis et singulis in tota vita mea. Quamquidem donationem tibi facio tali modo et pacto quod tu in vita mea non possis predicta nec aliquid eorum alienare sine voluntate et laudimio meo. Et si forte tu decesseris ante me sine infante legitimo ex matrimonio tuo procreato, predicta ad me libere revertantur, tamen si uxor tua Alamandi premoreretur michi, tu tenearis solvere et reddere [hered-...][d] voluerit illos VI millia solidos malguriensium, quos habet ratione obligationis su-

323. La peça presenta un important estrip en la part inferior dreta afectant les línies 16 a 29. Porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3045».

per castro meo de Ulmis ratione dotis sue [...][e] posteritate possim accipere totum predictum honorem et retinere tantum et tamdiu donec predicta VI millia solidos [...][f] dictum castrum michi et meis a dicta obligatione absolutum et liberatum. Item, retineo michi quod si tu morieris ante [...][g] ex legitimo matrimonio tuo natis, tibi superstitibus, heredes tui teneantur solvere et complere dicte uxori tue [...][h] quod ipsa habet super dicto castro meo de Ulmis ratione dotis sue et juris sui, et michi etiam teneantur reddere et [...][i] liberatum a dicta obligatione dictorum VIII millium solidorum malguriensium, quod nisi fecerint, mea propria auctoritate [...] [j] retinere donec predicta VIII millia solidi malguriensium fuerint persoluta et dictum castrum a dicta obligatione VIII millium [...] [k] donationem facio sub forma et pactionibus predictis, et quod predicta servem et nullatenus contra veniam [...],[l] renuncians omni juri et legi quo contra hec venire possem. Verum in predicta donatione non intelligo alium honorem [...][m] adjacentia, set in dicta donatione intelligo tantum dictum honorem meum qui fuit dicti Bernardi de Orulo. Et ego Bernardus [...][n] hec omnia predicta laudo et predicta recipio a te dicto patre meo pro mea hereditate predicta, de qua per paccatum me teneo, renuncians omni [...] [o] quod predicta servem et contra non veniam, tactis corporaliter sacrosanctis IIII Evangeliis, sponte juro, renuncians omni juri quo contra hec venire possem. Actum est hoc V kalendas januarii, anno Domini MCCLVI. Sig++na Arnaldi de Montescoto et Bernardi, filii ejus, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Vitalis Magistri, et Guilelmi *Esclusa*, et Arnaldi *d'en Ot*, testium rogatorum.

Raimundus de Villalonga scripsit hoc vice Petri Calveti et hoc sig-(SM)-num fecit..

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic A¹ per* fructiferas et infructiferas. b. *Sic A¹*. c. *Sic A¹ per* competentia et competitura. d. *Llacuna de 20 mm A¹*. e. *Llacuna de 35 mm A¹*. f. *Llacuna de 35 mm A¹*. g. *Llacuna de 35 mm A¹*. h. *Llacuna de 35 mm A¹*. i. *Llacuna de 35 mm A¹*. j. *Llacuna de 40 mm A¹*. k. *Llacuna de 40 mm A¹*. l. *Llacuna de 40 mm A¹*. m. *Llacuna de 25 mm A¹*. n. *Llacuna de 20 mm A¹*. o. *Llacuna de 10 mm A¹*.

FUNDACIÓ NOGUERA

554

1257 (nou estil), 1 de gener

Fra Ramon de Vilanova, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Ferrer, de la casa de Perpinyà, alliberen Sibil·la, filla de la difunta Elisenda Joaní, de tot el quartó que percebien sobre una vinya que té per ells a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat Forn Teuler, amb la condició que els doni a canvi l'agrer i el braçatge de la collita, el quart de les olives, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquest alliberament, reconeixen haver rebut 25 sous barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 220v, acta núm. 385.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 211-212, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Raymundus de Villa nova, preceptor domus Templi Perpiniani, et ego frater Ferrarius ejusdem domus, per nos et omnes successores nostros affranquimus tibi, Sibilie, filie Alicsendis *Joannin* condam, et tuis imperpetuum, totam illam vineam, cum terra in qua est plantata, quam pro nobis tenes in terminis et in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato ad Furnum teulerium, et affrontat[a] ab oriente in vinea Raymundi Orla, a meridie in vinea Guilelmi *Babot*, ab occidente in vinea de molendinis, ab aquilone in tuo orto qui fuit Petri Giraldi condam, ab omni illo quarto quod in ea habebamus et in expletis ejusdem, hoc pacto quod loco et vice dicti quarti dones nobis de omnibus expletis que Deus in dicta vinea dedit fideliter agrarium et braciaticum et de fructu olivariorum quartum, et foriscapium quocienscumque dicta vinea venderetur vel inpignoretur. Et pro predicto affranquimento, habuimus et accepimus a te XXV solidos barchinonensium bonorum valentes ad cambium XX solidos malguriensium, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate, quam pecuniam[d] recognoscimus versam esse et redactam in maxima utilitate domus predicte. Actum est hoc kalendis januarii, anno Domini M° CC° L° VI° . Sig++na fratris Raymundi de Villa nova, preceptoris, et fratris Ferrarii predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Petri Ferrioli, et Johannis de Codaleto et Guilelmi Babot, testium. Ego Guilelmus Faber hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. affronta *B*. b. paccatos *B*. c. peccunie *B*. d. peccuniam *B*.

555

1257 (nou estil), 1 de gener

Fra Ramon de Vilanova, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Ferrer, de la casa de Perpinyà, alliberen Guillem Babot de Malloles de tot l'agrer i el braçatge que percebien sobre una petita peça de terra que té per ells a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat les Agulles, amb la condició que els doni a canvi 1 esterlí de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquest alliberament, reconeixen haver rebut 3 sous i 9 diners barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 239, acta núm. 430.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 213, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Raymundus de Villa nova, preceptor domus Templi Perpiniani, et frater Ferrarius, per nos et per omnes successores nostros affranquimus tibi, Guilelmo *Babot* de Malleolis, et tuis, (et)[a] cui volueris perpetuo I peciolam terre, quam pro nobis tenes in terminis et in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato ad Aculeas, et affrontat ab oriente in tenencia Petri *Escarbot*, a meridie in vestra tenencia, ab occidente in tenencia uxoris Raymundi *Mauran*, ab aquilone in tenencia Arnaldi Venrelli. Quam peciolam terre tibi affranquimus ab omni illo agrario et braciatico quod in dicta peciola terre et in expletis ejusdem habebamus et accipiebamus, ita quod loco et vice dicti agrarii et braciatici dones nobis et successoribus nostris de censu quolibet anno in festo Natalis Domini unum sterlinum boni argenti et fini recipienti, et foriscapium quandocumque et quocienscumque dicta terra venderetur vel inpignoraretur. Et nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totum predictum affranchimentum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde tibi sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi omnia bona dicte domus, presencia et futura. Et pro predicto affranquimento, habuimus et accepimus a te III solidos VIIII denarios barchinonensium, valentes ad cambium III solidos malguriensium, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Actum est hoc kalendis januarii, anno Domini M° CC° L° VI°. Sig++na fratris Raymundi de Villa nova et fratris Ferrarii predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Petri *Ferriol*, et Johannis de Codaleto et Guilelmi *Babat*,

testium. Bernardus *Carles*, scriptor publicus Perpiniani auctoritate Raymundi Eimerici, scriptoris publici Perpiniani, hoc instrumentum receptum et laudatum in posse Petri Calveti condam, tunc scriptoris publici Perpiniani, de notulis dicti Petri Calveti scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. et *omès B.* b. paccatos *B.* c. peccunie *B.*

556

1257 (nou estil), 23 de gener

Fra Ramon de Vilanova, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment dels frares Ferrer, Ramon Molí de Porta i Pere de Lavanhac, dóna en acapte i a títol vitalici a Ramon Joan de Calce i a la seva esposa Arnaua un forn, amb les seves dependències i amb totes les oliveres que hi ha, situat a Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles. Els terratgers hauran de donar-los 1.250 teules ben cuites o 31 sous i 3 diners barcelonesos de cens anual, pagables de la festa de Pasqua a la de Sant Miquel de setembre. Per aquesta concessió, fra Ramon de Vilanova reconeix haver rebut 62 sous i 6 diners.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 378v-379, acta núm. 692.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 214-216, segons B.

Notum sit cunctis quod ego frater Raymundus de Villa nova, preceptor domus Templi Perpiniani, per me et omnes successores meos, consilio et voluntate ac laudamento fratris Ferrarii, et fratris Raymundi Molendini de Porta, et fratris Petri de Lavainacho, dono atque in presenti trado ad accapitum vobis, Bernardo Johanni de Calcia, et Arnalde, uxori tue, in omni vita vestra tantum, I furnum nostrum nostrum, cum pertinenciis suis et cum omnibus olivariis que ibi sunt, qui est in terminis et in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, extra portale quod dicitur de Malleolis, et affrontat ab oriente et ab aquilone in tenencia nostra, a meridie in via publica, ab occidente in tenencia Ricolfi Olibe, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus; hoc pacto quod vos, in omni vita vestra, donetis michi et successoribus meis et dicte domui nostre de censu quolibet anno mille CCL tegulas bene coctas et bene recipiendas, vel XXXI solidos III denarios barchinonensium, valentes ad cambium XXV solidos malguriensium,

quale magis vobis placuerit, quem pro censu solvatis quolibet anno de festo Pasche usque ad festum sancti Michaelis septembris, et sic singulis annis in omni vita vestra. Et ego et successores mei faciemus vobis in omni vita vestra predictum furnum, cum pertinenciis suis et olivariis, bonum habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde vobis sine fraude de evictione, obligans inde vobis per vinculum omnia bona dicte domus. Et pro predicta donacione, habui et accepi a vobis LXII solidos VI denarios barchinonensium, valentes ad cambium L solidos malguriensium, de quibus per pacatum[a] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[b] non numerate, quam predictam pecuniam[c] recognosco versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus. Et quod dictus furnus, cum pertinenciis suis et cum omni melioramento quod ibi feceritis, statim post mortem vestram dicte domui nostre libere revertatur. Et nos, predicti Bernardus Johannes de Calcia et Arnalda, uxor ejus, hec omnia predicta laudamus, promittentes[d] tibi, dicto fratri Raymundo de Villa nova, et successoribus tuis, predictum censum solvere quolibet anno, ut superius dictum et expressum est, obligantes inde tibi et successoribus tuis per vinculum omnia bona nostra, presencia et futura, renuncians ego dicta Arnalda, certificata de jure meo, omni juri hypothecarum,[e] et beneficio senatus consulti velleyani, et omni alii legitimo auxilio. Actum est hoc X° kalendas febroarii, anno Domini M° CC° L° VI°. Sig+num fratris Raymundi de Villa nova, preceptoris predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig++na Bernardi Johannis et Arnalde, uxoris ejus, predictorum, qui hec omnia laudamus et concedimus. Sig+++na fratris Ferrarii, et fratris Raymundi Molendini de Porta, et fratris Petri de Lavainacho, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Guilelmi Bernardi de Pollestris, et Guilelmi Ermengaldi, curaterii, et Petri *Blanc*, sartoris, testium. Petrus de Podio scripsit hoc vice Petri Calveti et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatum *B.* b. peccunie *B.* c. peccuniam *B.* d. promitentes *B.* e. ypothecarum *B.*

FUNDACIÓ NOGUERA

557

1257 (nou estil), 7 de febrer

Maria, vídua de Berenguer Sagristà, la seva filla Berenguera i el fill d'aquesta, Berenguer, donen a fra Pere Sabater, comanador de Palau i lloctinent del comanador del Masdéu, i a tots els frares d'aquesta casa, tots els drets que tenen sobre l'hort que pertangué a Arnau de Pesillà, una part del qual és tinguda per Pere Amat, una altra per Pere de n'Auda, i la tercera per una dona de nom Prada, situat a la parròquia de Santa Maria de Malloles. Els donants es reserven el delme que perceben sobre aquest hort. Berenguer de Cantallops, ardiaca de Conflent, subscriu i confirma aquesta donació.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 217r-v, acta núm. 378.
C Còpia de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 305-306, segons *B*.
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 217-219, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, domina Maria, uxor condam Berengarii Sacristani, et Berengaria, filia eorum, et Berengarius, filius dicte Berengarie, per nos et omnes nostros, gratis inter vivos, in remissione peccatorum nostrorum damus et solvimus et diffinimus vobis, fratri Petro Sutori, preceptori de Palacio, tenenti locum preceptoris domus Mansi Dei, et omnibus fratribus, presentibus et futuris, dicte domus, totum quicquid juris habemus et habere debemus quoquomodo vel quacumque ratione in quodam orto qui fuit condam Arnaldi de Pediliano, de quo tenet Petrus *Amat* I partem et aliam partem Petrus de Auda et terciam partem Prada femina, qui ortus est in terminis et in adjacencia Sancte Marie de Malleolis; et affrontat totus ab oriente in orto Hospitalis pauperum Perpiniani, a meridie in recco Comitalis, ab occidente in orto Guilelmi Grasseti quem tenet pro Petro Ferriolo, ab aquilone in flumine Tetis, totum, integriter ac generaliter, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et successorum vestrorum, cedendo inde vobis et successoribus vestris racione hujus donationis, solutionis et diffinitionis omnes actiones et jura, quas et que in dicto et pro predicto orto contra omnes personas habemus et habere aliquo modo debemus, constituentes inde vos et dictam domum Mansi Dei in rem vestram procuratores. Item, promittimus[a] vobis et successoribus vestris quod nichil fecimus, nec decetero faciemus, quominus hec omnia vobis valeant, vel infringi possint. Nam in presenti de omnibus predictis

nos et nostros semper denudamus et vos (et)[b] successores vestros et quos volueritis prorsus investimus, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, nullo jure ibi vobis neque vestris retento. Et incontinenti constituimus nos de predictis vestro nomine possessores. Et quod ita hec omnia supradicta et singula fideliter semper observemus et quod contra nunquam veniamus nostra bona fide vobis promittimus,[a] et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis quatuor Evangeliis, sponte juramus. Preterea nos, predicte domine Maria et Berengaria, filia ejus, renunciamus per virtutem dicti juramenti, certificate de jure nostro, omni juri hypothecarum[c] et beneficio senatus consulti velleyani et legi julie de fundo dotali et omni juri divino et humano, scripto et non scripto, nobis competenti vel competituro ad hec infringenda vel aliquid[d] horum predictorum. Et ego dictus Berengarius, renuncio per virtutem dicti juramenti omni juri minoris etatis et beneficio restitutionis in integrum et omni alii legitimo auxilio. Et etiam nos predicti renunciamus per virtutem dicti juramenti legi illi que dicit donacionem ex causa ingratitudinis posse revocari. Retinemus tamen nobis de predictis decimam sicut ibi debemus accipere. Actum est hoc VII° idus febroarii, anno Domini millesimo CC° L° VI°. Sig+++na domine Marie et Berengarie filie ejus et Berengarii predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Berengarii de Cantalupis, archidiachoni Confluentis, voluntate cujus et consilio dictum instrumentum fuit factum, et Petri Ferrioli, et Raymundi de Alaniano, testium. Petrus de Podio scripsit hoc vice Petri Calveti et hoc sig-(SM)-num fecit. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus *B.* b. et *omès B.* c. ypothecarum *B.* d. aliquod *B.*

558

1257 (nou estil), 10 de febrer

Ermessenda Nicolaua d'Avalrí, la seva filla Ferrera i Joan Colteller, marit de Ferrera, venen a fra Guilhem de Londres, comanador del Masdéu, i al seu convent la meitat de dos horts, amb totes les oliveres i els altres arbres que hi ha, que tenien per la casa del Masdéu a la parròquia de Sant Andreu de Bages. Com a preu d'aquesta venda, reconeixen haver rebut 12 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 165v-166, acta núm. 277.
C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 276-280, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Ermessendis *Nicholaua* de Avalrino, et ego Ferraria, filia ejus, et ego Johannes Coltelerii, maritus ipsius Ferrarie, gratis et ex certa scientia, bona fide, per nos et per omnes nostros, presentes atque futuros, vendimus et irrevocabiliter tradimus, cum hac carta perpetuo valitura, vobis, fratri Guilelmo, preceptori Mansi Dei, et conventui ejusdem et vestris successoribus et quibus volueritis, ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates perpetuo faciendas, totam medietatem duorum ortorum, cum olivariis que ibi sunt et cum omnibus aliis arboribus, quam medietatem predictorum ortorum tenebamus pro vobis et conventu domus Mansi Dei in terminis et adjacentia Sancti Andree de Bagis. Et affrontat[a] unus de predictis ortibus ab oriente in orto Petri Revul, meridie in via que itur de Bagis ad Riardum, occidente in oliveda Terreni de *Canoes*, aquilone in canerissa que intrat ad ortos. Alius ortus, qui est in loco dicto ad *Canadels*, affrontat oriente in prato milicie, meridie in clausa Bernardi Fabri, occidente in orto Folquerii, aquilone in campo Petri *Jaufre*. Sicut in hiis affrontationibus includitur, sic vendimus imperpetuum vobis et vestris et toto conventui ejusdem, presenti et futuro, et quibus volueritis, totam medietatem predictorum duorum ortorum, cum ingressibus et egressibus, terminis, pertinentiis et proprietatibus[b] suis, et cum omni melioramento quod ibi facere poteritis vos vel vestri, sicut melius et plenius ad utilitatem vestram et conventus dicti Mansi Dei dici vel intelligi potest, absque omni nostro nostrorumque retentu et exceptione, pro XII solidis malguriensium bonorum, de quibus a vobis per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Et si hec venditio modo plus valet precio jamdicto, vel decetero valebit, totum vobis et conventui ejusdem domus inter vivos perpetuo concedimus,[e] et de omni jure nostro et potestate in vestrum transferimus[f] dominium et potestatem, cedendo vobis et conventui ejusdem et vestris successoribus imperpetuum omnes actiones nostras, voces, exceptiones, reales et personales, et omnia omnino jura, que et quas in medietate duorum predictorum ortorum habemus vel ratione illius habere debemus quocumque modo, de quibus in corporalem possessionem juris et facti inde vos mittimus,[g] constituendo inde vos et totum conventum domus Mansi Dei et vestros successores dominos et procuratores ut in rem vestram propriam in presenti, et tenemur vobis et vestris

successoribus de omni evictione et expensis evictionis, obligantes inde vobis et vestris successoribus nos et omnia bona nostra ubique habita et habenda, promittentes[h] vobis bona fide et stipulatione quod contra hanc venditionem non veniemus, nec veniri faciemus, occulte vel manifeste, nec aliquid fecimus, vel faciemus, quominus hec venditio robur obtineat firmitatis, renunciantes exceptioni doli et metus et actioni in factum et specialiter illi legi qua subvenitur deceptis ultra dimidiam justi precii et omni alii juri nobis competenti vel competituro; et specialiter renunciamus nos ambe predicte beneficio velleyani senatus consulti, et omni alii legum presidio quo mulieribus ratione aliquatenus subveniri. Actum est hoc IIII° idus februarii, anno Domini M° CC° L° VI°. Sig+++na Ermessendis, Ferrarie et Johannis Coltellerii, mariti ejus, predictorum, qui omnia predicta et singula laudamus et firmamus. Sig+++na Raymundi Traverii, Petri Jordani et Guilelmi Filiastri, testium rogatorum. Raymundus Prepositi, clericus Elnensis, scriptor publicus auctoritate domini Bernardi Elnensis episcopi, hanc cartam scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. affronta *B.* b. proprietatatibus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. et concedimus *B.* f. tranferimus *B.* g. mitimus *B.* h. promitentes *B.*

559

1257 (nou estil), 10 de febrer

Fra Ramon de Vilanova, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment de fra Pere de Lavanhac, dóna en acapte a Bernat Fabre de Reiners una casa que els templers tenen al mas que fou de Gausbert de Clairà, a Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 15 sous barcelonesos de cens anual i haurà de mantenir la casa a càrrec seu. Haurà de donar-los el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Ramon de Vilanova reconeix haver rebut 5 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 274v-275, acta núm. 484.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 220-222, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego frater Raymundus de Villa nova, preceptor domus Templi Perpiniani, per me et omnes successores meos, consilio fratris Petri de Lavainaco, dono ad accapitum tibi, Bernardo Fabri de Raineriis, et tuis perpetuo, unam domum nostram, quam habemus intus mansum nostrum qui fuit Gausberti

de Clairano, et est intus Perpinianum, et affrontat ab oriente in via de Manso, a meridie in tenencia Bernardi de Sancto Johanne, quam tenet pro nobis, ab occidente et ab aquilone in tenencia nostra, cum ingressibus et egressibus suis, et cum omnibus in se habentibus; hoc pacto quod tu et tui donetis semper michi et successoribus meis pro censu quolibet anno XV solidos barchinonensium malguriensium,[a] scilicet medietatem de primo festo katedre sancti Petri usque ad VI menses completes et aliam medietatem in fine anno, et quod tu et tui teneatis dictam domum condirectam vestris expensis. Et ego et successores mei faciemus tibi et tuis dictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, salvo censu nostro predicto et foriscapio, si dicta domus venderetur vel inpignoraretur. Et pro predicto accapito habui et accepi a te V solidos barchinonensium, valentes IIII solidos malguriensium, de quibus per pacatum[b] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[c] non numerate. Quem censum predictum dictorum XV solidorum tu et tui donetis michi et successoribus meis semper quolibet anno per dictos terminos, ut supradictum est. Et ego dictus Bernardus Faber, hec omnia predicta laudo, promittens[d] tibi, dicto preceptori, me tibi et tuis successoribus solvere et dare dictum censum, ut supradictum est, obligando inde vobis dictam domum et melioramentum quod ibi fecero,[e] et teneam dictam domum condirectam. Actum est IIII idus febroarii, anno Domini M° CC° LVI°. Sig++na fratris Raymundi de Villa nova et fratris Petri de Lavainaco predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+num Bernardi Fabri de Rayneriis predicti, qui hec omnia laudo. Sig+++na Petri *Poculul*, capelerii, et Bernardi de Sancto Johanne et Arnaldi de Saurina, testium. Ego Petrus Cotellarius hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti. Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, hoc instrumentum receptum et laudatum in posse Petri Calveti condam, scriptoris publici Perpiniani, auctoritate ei concessa a curia Perpiniani ex parte domini regis Aragonum, subscripsit post mortem dicti Petri Calveti et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic B.* b. paccatum *B.* c. peccunie *B.* d. promitens *B.* e. fecero *B.*

FUNDACIÓ NOGUERA

560

1257 (nou estil), 11 de febrer

Fra Cabot, comanador de Sant Hipòlit, dóna en acapte a Ramon Carbonell, de Sant Llorenç [de la Salanca], una feixa de terra que la milícia del Temple té a la parròquia de Sant Llorenç, al lloc anomenat Vinya Mitjana. El terratger haurà de donar al comanador de Sant Hipòlit 12 diners melgoresos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. El comanador es reserva el dret de fadiga durant trenta dies i trenta nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, fra Cabot reconeix haver rebut 250 sous barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 36v-37, acta núm. 61.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén,*. nouv. acq. lat. 31, ff. 110-113, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Cabotus, comendator Sancti Ypoliti, per me et per omnes successores meos, dono atque in presenti irrevocabiliter trado ad acapitum et per tenedonem tibi, Raymundo Carbonelli de Sancto Laurencio, et tuis, et cui vel quibus dare, dimittere,[a] vendere aut alienare volueris, ad omnes tuas tuorumque voluntates perpetuo faciendas, exceptis sanctis et militibus uxoribusque eorum et filiis et domibus religionum et hominibus Perpiniani, quandam faxiam terre Templi milicie, que est in adjacentia Sancti Laurencii, in loco qui dicitur ad Vinearum medium, et affrontat ab oriente in honore Petri Travaudi de Sancto Laurencio, a meridie in honore Johannis de Poncio de Garricio, a circio in honore Johannis Tolosani de Sancto Laurencio, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, sic dono et laudo tibi, dicto Raymundo Carbonelli, et tuis, perpetuo, totam predictam petiam terre, que est alodium Templi, ad acapitum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinentiis suis, et cum omnibus in se habentibus, ad utilitatem tuam et tuorum, cedendo inde tibi et tuis, racione hujus donacionis, omnes actiones et jura, quas et que in dicta pecia terre habeo et habere debeo racione Templi, aliquo modo, contra omnes personas, constituendo inde te in rem tuam procuratorem, tradendo etiam tibi et tuis, et cui volueris, plenam et corporalem possessionem, tam jure quam facti, et quasi possessionem totius dicte pecie terre, ad omnes tuas tuorumque voluntates imperpetuum faciendas, tali forma et pacto quod tu et tui detis semper mihi et successoribus meis annuatim de censu, in festo Natalis Domini, XII denarios

malgurienses bonos et non aliud. Tamen, quandocumque et quotiescumque dicta pecia terre venderetur vel inpignoretur in toto vel in parte, comendator Sancti Ypoliti habeat inde suum foriscapium. Et si dictam petiam terre vendere vel inpignorare volueris, facies scire dicto comendatori sperando precio XXX dierum cum eorum noctibus, et si eam retinere noluerit,[b] abinde liceat tibi et tuis eam vendere vel inpignorare cuicumque volueris, exceptis supradictis, salvo censu et foriscapio Templi. Pro hac autem donacione et cessione, habuimus a te et accepimus CCL solidos barchinonensium bonorum, valentes nobis ad cambium CC solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes excepcioni pecunie[d] non numerate. Et promitto[e] tibi et tuis, quod totam predictam petiam terre faciam tibi et tuis bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et teneri sine fraude tibi et tuis de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ex quibus credaris plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligo inde tibi et tuis per vinculum omnia bona Templi milicie. Actum est hoc III° idus febroarii, anno Christi MCC° L° VI. Sig+num fratris Caboti, comendatoris Sancti Ypoliti predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++na Guilelmi Galloni majoris, et Bernardi Milgranerii et Petri Jordani de Sancto Laurencio, testium rogatorum. Petrus Amilloti, scriptor publicus, scripsit hoc, auctoritate domini Bernardi, Elnensis episcopi, (vice)[f] Raymundi *Figeres* et hoc sig-(SM)-num fecit,[g] et rasit et emendavit in IIa linea «Raymundo.»

a. dimitere *B.* b. voluerit *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. promito *B.* f. vice *omès B.* g. fecit *repetit per error B, l'escrivà ho ha esmenat subratllant la repetició amb punts.*

561

1257 (nou estil), 20 de febrer

Fra Ramon de Vilanova, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment del frares Pere Servent, Ferrer i Guillem de Torreneules, dóna en acapte a Miquel Bonet, sabater, un obrador situat a Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 18 sous i 9 diners barcelonesos de cens anual, una meitat del qual el dia de Sant Genís i l'altra el dia de la festa de la Càtedra de Sant Pere, i el foriscapi en cas de mutació.

Per aquesta concessió, fra Ramon de Vilanova reconeix haver rebut 6 sous i 3 diners.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 276r-v, acta núm. 487.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 223-225, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Raymundus de Villa nova, preceptor domus Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos, consilio et laudamento fratris Petri *Servent*, et fratris Ferrarii, et fratris Guilelmi de Torneulis, dono atque in presenti trado ad accapitum tibi, Michaeli Bonete, sutori, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I operatorium nostrum, de celo usque in abyssum,[a] quod est intus Perpinianum, et affrontat ab oriente et a meridie in via publica, ab occidente in tenencia nostra, ab aquilone in tenencia Petri Leugerii et Bonete, uxoris ejus, quam pro nobis tenent, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu, et tui, et quicumque dictum operatorium habueritis et tenueritis, donetis michi et successoribus meis et dicte domui nostre quolibet anno de censu XVIII solidos VIIII denarios barchinonensium, valentes ad cambium XV solidos malguriensium, de quibus solvatis michi et successoribus meis medietatem in festo sancti Genesii et aliam medietatem in festo katedre sancti Petri, et sic semper omni anno eodem modo. Et ego et successores mei faciemus tibi et tuis predictum operatorium bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, salvo censu nostro predicto et foriscapio, si venderetur vel inpignoraretur. Et pro predicto accapito, habui et accepi a te VI solidos III denarios barchinonensium, valentes ad cambium V solidos malguriensium, de quibus per pacatum[b] me teneo, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Et ego dictus Michael Boneti hec omnia laudo et firmo, promittendo[d] tibi dicto preceptori me tibi et tuis successoribus solvere predictum censum, ut dictum est, obligando inde vobis predictum operatorium et melioramentum quod ibi fecero. Et mitam ibi de meo proprio in melioramento dicti operatorii, infra V annos completos, XXXVII solidos VI denarios, valentes ad cambium XXX solidos malguriensium. Actum est hoc X kalendas marcii, anno Domini M° CC° LVI°. Sig+++na fratris Raymundi de Villa nova, preceptoris, et fratris Petri *Servent*, et fratris Ferrarii, et fratris Guilelmi de Torneulis predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+num Michaelis Boneti predicti, qui hec omnia

laudo et firmo. Sig+++na Guilelmi Ermengaldi, curaterii, et Guilelmi Amalrici et Johannis Fabri de Sala, testium. Ego Bernardus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. paccatum *B.* c. peccunie *B.* d. promitendo *B.*

562

1257 (nou estil), 1 de març

Fra Guilhem de Londres, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Ramon de Vilanova, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Pere de Cànoes, comanador del Mas de la Garriga, Guillem de Torreneules, Ferrer i dels altres frares del Masdéu, dóna en acapte a Guillem Gasau de Malloles i al seu fill Pere Gasau, homes llurs, un molí, amb totes les seves dependències, situat a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al casal del difunt Berenguer Sagristà, sobre el rec Comtal. Els terratgers hauran de donar-los 8 sous i 9 diners barcelonesos de cens anual el dia de la festa dels sants Pere i Fèlix, i el foriscapi en cas de mutació, i no estaran obligats a contribuir a les despeses de manteniment del canal i de la resclosa. Per aquesta concessió, fra Guilhem de Londres reconeix haver rebut 62 sous i 6 diners.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 227r-v, acta núm. 402.
C Còpia de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 306-307, segons *B.*
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.,* nouv. acq. lat. 29, ff. 226-229, segons *B.*

Notum sit cunctis quod ego Guilelmus de *Londres*, preceptor domus Mansi Dei, per me et omnes successores meos, consilio et laudamento fratris Raymundi de Villa nova,[a] preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Petri de *Canois*, preceptoris domus de Garriga, et fratris Guilelmi de *Torneula*, et fratris Ferrarii et aliorum fratrum dicte domus nostre, dono atque in presenti trado ad accapitum vobis Guilelmo *Gasau* de Malleolis et Petro *Gasau*, filio ejus, hominibus nostris, et vestris, et cui volueritis imperpetuum, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I molendinum nostrum, quod est in terminis et in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, que est in casali quod fuit

Berengarii Sacriste in recco Comitali, juxta molendinum Raymundi Patavi condam et juxta molendinum Berengarii Sacriste condam, cum aqua et recco aque et cum aque ductibus et reductibus et cum omnibus resclausis et pertinentiis suis, totum, integriter ac generaliter, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, hoc pacto quod vos et vestri, qui dictum molendinum habueritis et tenueritis, donetis semper mihi et successoribus meis et dicte domui nostre de censu quolibet anno in festo sanctorum Petri et Felicis VIII solidos VIIII denarios barchinonensium, qui valent nobis ad cambium VII solidos malguriensium, et sic semper omni anno eodem modo. Et quandocumque et quocienscumque dictum molendinum venderetur vel inpignoraretur, dicta domus nostra habeat inde suum foriscapium. Et ego et successores mei faciemus vobis et vestris predictum molendinum cum suis pertinentiis bonis habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde vobis de omni evictione. Item, faciemus vobis et vestris dictum[b] molendinum cum suis pertinentiis bonis habere et tenere franchum et liberum et quietum ab omni servitute missionum resclause et recci, quas non teneamini facere. Et pro hiis omnibus predictis et singulis vobis attendendis et complendis, obligo vobis per vinculum omnia bona dicte domus nostre, salvo censu nostro et foriscapio predictis et aliis pactis predictis, ut dictum est. Et pro hac donatione, habui et accepi a vobis LXII solidos VI denarios barchinonensium, valentes L solidos malguriensium, in quibus renuncio exceptioni pecunie[c] non numerate, quos misi in utilitate domus nostre predicte. Et nos, dicti Guilelmus *Gasau* et Petrus, filius ejus, hec omnia laudamus, promittentes[d] tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, dictum censum solvere et dare quolibet anno, ut dictum est, obligando inde vobis per vinculum dictum molendinum et melioramentum quod ibi fecerimus. Actum est hoc kalendis martii, anno Domini M° CC° L° VI°. Sig+++++na fratris[e] Guilelmi de *Londres*, et fratris Raymundi de Villa nova, et fratris Petri de *Canois*, et fratris Guilelmi de *Torneula*, et fratris Ferrarii predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig++na Guilelmi *Gasau* et Petri, filii ejus, predictorum, qui hec laudamus. Sig+++na Petri Davini, et Arnalldi[f] *Garners* et Guilelmi de Podio, testium. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Villa longa *B.* b. dictum *repetit per error B.* c. peccunie *B.* d. promitentes *B.* e. fratris *repetit per error B.* f. *Sic B.*

563

1257 (nou estil), 1 de març

Fra Guilhem de Londres, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Ramon de Vilanova, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Pere de Cànoes, comanador del Mas de la Garriga, Guillem de Torreneules, Ferrer i dels altres frares del Masdéu, dóna en acapte a Guillem Gasau de Malloles i al seu fill Pere Gasau, homes del Temple, un hort situat a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat Horts de Dalt. Els terratgers hauran de donar-los 5 sous barcelonesos de cens anual el dia de la festa dels sants Pere i Fèlix, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Guilhem de Londres reconeix haver rebut 250 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 243, acta núm. 440.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 229-230, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Guilelmus de *Londres*, preceptor domus Mansi Dei, per nos et omnes successores nostros, cum consilio et voluntate ac laudamento fratris Raymundi de Villa nova, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Petri de *Canois*, preceptoris domus de Garriga, et fratris Guilelmi de *Torneula*, et fratris Ferrarii et aliorum fratrum dicte domus, damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum vobis, Guilelmo *Gasau* et Petro *Gasau*, filio ejus, hominibus nostris, et vestris, et cui volueritis imperpetuum, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum ortum nostrum, cum omnibus arboribus qui ibi sunt, qui est in terminis et in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato ad Ortos superiores, et affrontat ab oriente in via publica, a meridie in orto Ferrarii Palaudani, ab occidente in orto Arnaldi Xatmarii, ab aquilone in orto qui fuit Berengarii Sacriste condam, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestri, qui dictum ortum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et nostris successoribus et dicte domui nostre de censu quolibet anno in festo sanctorum Petri et Felicis V solidos barchinonensium, valentes ad cambium IIII solidos malguriensium, et sic semper omni anno in dicto festo. Et quandocumque et quocienscumque dictus ortus venderetur vel

inpignoraretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Promittimus[a] etiam vobis, stipulantibus, quod nos et successores nostri faciemus vobis et vestris predictum ortum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde vobis et vestris sine fraude de evictione, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus nostre, salvo censu nostro predicto et foriscapio et aliis conditionibus predictis, ut superius dictum est. Et pro predicta donatione, habuimus et accepimus a vobis pro accapito CC° L solidos barchinonensium, valentes ad cambium CC solidos malguriensium, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate, quos recognosco versos esse, et redactos, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc kalendis martii, anno Domini M CC° L° VI°. Sig+num fratris Guilelmi de *Londres* predicti, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig++++na fratris Raymundi de Villa nova, et fratris Petri de *Canois*, et fratris Guilelmi de *Torneula*, et fratris Ferrarii, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Petri Davini, celerii,[d] et Arnaldi *Garners* et Guilelmi de Podio, testium. Petrus de Podio scripsit hoc vice Petri Calveti et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus *B.* b. paccatos *B.* c. peccunie *B.* d. *Sic B, cal segurament restituir* sellarii.

564

1257 (nou estil), 19 de març

Fra Ramon de Vilanova, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Pere de Lavanhac i fra Ferrer, amb el consentiment dels altres frares d'aquesta casa, donen en acapte a Arnau de Vallàuria i a la seva esposa Garsenda una peça de terra situada a la parròquia de Sant Cristòfor del Vernet. El terratger haurà de donar-los 3 esterlins de plata de cens anual el dia de la festa dels sants Pere i Fèlix, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven un pas entre aquesta peça de terra i la tinença de Pere Miró, pel qual podran anar i venir a llur aire amb bèsties de càrrega o sense. Per aquesta concessió, els templers reconeixen haver rebut 8 sous i 9 diners barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 265, acta núm. 466.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, p. 308, segons *B*.
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 231-232, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Raymundus de Villa nova, preceptor domus milicie Templi (Perpiniani),[a] et ego frater Petrus de Lavainano, et ego frater Ferrarius, per nos et omnes successores nostros, consilio et voluntate aliorum fratrum dicte domus, damus atque in presenti tradimus ad accapitum vobis, Arnaldo de Valauria et Garsendis, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis imperpetuum, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam petiam terre, que est in terminis et in adjacencia Sancti Christofori de Verneto, et affrontat[b] ab oriente in tenencia vestra, a meridie in tenencia Petri Mironi, ab occidente in recco, ab aquilone in tenencia vestra, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, hoc pacto quod vos et vestri, qui dictam petiam terre habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris et dicte domui nostre de censu quolibet anno, in festo sanctorum Petri et Felicis, III sterlingos boni argenti et fini recipiendos; et quandocumque dicta pecia terre venderetur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Promittimus[c] etiam vobis, stipulantibus, quod nos et nostri faciemus vobis et vestris predictam peciam terre bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde vobis et vestris sine fraude de evictione, salvo censu nostro predicto et foriscapio jamdicto et aliis condicionibus supradictis, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus nostre ubique. Tamen retinemus nobis et successoribus nostris viam inter predictam peciam terre et tenencia Petri Mironi, per quam nos et successores nostri possimus ire et redire ad tenenciam cum bestia onerata[d] et sine bestia, ad voluntatem nostram. Et pro predicta donacione habuimus et accepimus a vobis pro accapito VIII solidos VIIII denarios barchinonensium, valentes ad cambium VII solidi malguriensium, de quibus per pacatos[e] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[f] non numerate, quos recognoscimus versos esse, et redactos, in maxima utilitate dicte domus nostre. Actum est hoc XIIII° kalendas aprilis, anno Domini M° CC° L° VI°. Sig+++na fratris Raymundi de Villa nova, preceptoris, et fra-

tris Petri de Lavainano, et fratris Ferrarii predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Arnaldi de Villa francha, et Johannis Adalberti et Guilelmi Gasaudi de Malleolis, testium. Petrus de Podio scripsit hoc vice Petri Calveti et hoc sig-(SM)-num fecit. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Perpiniani *omès B.* b. affronta *B.* c. promitimus *B.* d. honerata *B.* e. paccatos *B.* f. peccunie *B.*

565

1257, 9 d'agost

Fra Guillem d'Alcalà, comanador del Masdéu, i fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment dels frares Ferrer, Ademar, Ramon Molí, Cabot i dels altres frares d'aquesta casa, donen a Guillem de Castelló, fill de Ramon de Castelló, un obrador, amb el seu ràfec, situat a Perpinyà, davant la plaça. El terratger haurà de donar-los 50 sous barcelonesos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Haurà de mantenir aquest taller a càrrec seu. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 75 sous. El terratger podrà, si ho desitja, desprendre's de l'obrador i trencar aquest contracte, amb la condició que pagui prèviament a la casa del Temple tot el cens degut pel temps durant el qual l'hagi tingut, més 50 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 276v-277, acta núm. 488.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 233-236, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Guilelmus de Alcalano, preceptor domus Mansi Dei, et frater Petrus Sutor, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros, cum consilio et voluntate ac laudamento fratris Ferrarii et fratris Ademarii et fratris Raymundi de Molendinis, et fratris *Cabot* et aliorum fratrum dicte domus, damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus sive quasi tradimus tibi, Guilelmo de Castilione, filio Raymundi de Castilione, et tuis, et cui volueris imperpetuum, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I operatorium nostrum, de celo usque in abyssum,[a] cum omni envanno suo, et cum omnibus juribus ad dictum operatorium intus et extra pertinentibus, quod est intus

Perpinianum, ante plateam, et affrontat ab oriente in operatorio Jordani Fabri et in via, a meridie et ab occidente in tenencia quam pro domo milicie tenes, ab aquilone in via publica et in platea, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, hoc pacto quod tu et tui, qui dictum operatorium habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris et dicte domui nostre de censu quolibet anno in festo Natalis Domini L solidos barchinonensium, valentes ad cambium XL solidos malguriensium, et sic semper quolibet anno in dicto festo; et quandocumque et quocienscumque dictum operatorium venderetur vel inpignoraretur, nos et dicta domus nostra habeamus inde nostrum foriscapium, et quod tu et tui teneatis illud condirectum vestris propriis expensis. Et nos et successores nostri faciemus tibi et tuis predictum operatorium, cum suis pertinenciis, bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre, salvo censu nostro predicto et foriscapio et aliis pactis predictis, ut superius dictum est. Et pro predicta donacione, habuimus et accepimus a te pro acapito LXXV solidos barchinonensium, valentes ad cambium LX solidos malguriensium, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate, quam pecuniam[d] recognoscimus versam esse in utilitate dicte domus nostre. Si vero tu vel tui volueritis desemparare dictum operatorium et recedere a dicto accapito, possitis facere, soluto tamen nobis et dicte domui nostre prius nostro censu predicto, ut dictum est, de toto tempore per quod illud tenueritis, et datis et solutis nobis vel successoribus prius a te vel amplius ultra censum racione illius desemparamenti L solidibus barchinonensium, valentibus ad cambium XL solidibus malguriensium, quibus completis, deinde dictum operatorium ad nos libere revertatur, cum omni melioramento quod ibi feceris, et tu et tui postea sitis absoluti a prestatione census dicti operatorii, quem pro eo postea nobis dare non teneamini, nec illud teneamini tenere postea condirectum. Et ego Guilelmus de Castilione dictus, hec omnia predicta laudo, promittens[e] vobis, dictis fratribus Guilelmo de Alcalano, preceptori, et fratri Petro Sutori, preceptori, et successoribus vestris, et dicte domui vestre, predictum censum solvere in pace quolibet anno in dicto festo, ut superius dictum est. Et tenebo dictum operatorium condirectum meis propriis expensis

sine vestra missione. Item, si dictum operatorium desemparavero et voluero recedere a dicto accapito, dabo vobis prius dictos L solidos barchinonensium de dicto valore racione dicti desemparamenti, pro quibus vobis solvendis, si dictum operatorium desemparavero, ut dictum est, et etiam pro censu predicto non soluto de toto tempore per quod illud tenuerimus ego vel mei, obligo vobis et dicte domui vestre per vinculum omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc V° idus augusti, anno M° CC° L° VII°. Sig++na fratris Guilelmi de Alcalano, preceptoris, et fratris Petri Sutoris, preceptoris, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+num Guilelmi de Castilione predicti, qui hec omnia laudo et concedo. Sig++++na fratris Ferrarii, et fratris Ademarii, et fratris Raymundi de Molendinis, et fratris Caboti predictorum, qui hec omnia laudamus et concedimus. Sig+++++na Johannis Fabri de Sala, et Arnaldi *Garners*, et Petri Gaufredi, et Guilelmi Poncii, diaconi,[f] et Guilelmi de *Ferreres*, fusterii, testium. Petrus de Podio scripsit hoc vice Guilelmi Eymerici, et rasit et emendavit in II[a] linea et in XI[a] et in XII[a] et in XVIIII[a] et hoc sig-(SM)-num feci.

Guilelmus Aymerici, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B.* b. paccatos *B.* c. peccunie *B.* d. peccuniam *B.* e. promitens *B.* f. diachoni *B.*

566

1258 (nou estil), 3 de gener

Fra Guillem d'Alcalà, comanador del Masdéu, fra Bernat Ramon, capellà de l'església del Masdéu, fra Pere de Palafrugell, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Feliu donen en acapte a Bernat de Reard, pellaire, la meitat indivisa d'un camp que tenen en indivís amb Pere de Vilallonga a la parròquia de Santa Maria de Malloles. El terratger haurà de donar-los mig esterlí de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 10 sous barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 223v-224, acta núm. 394.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 308-309, segons *B.*

D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 237-239, segons *B.*

Notum sit cunctis quod nos, frater Guilelmus de Alcalano, preceptor domus Mansi Dei, et frater Bernardus Raymundi, capellanus ecclesie ipius domus, et frater Petrus[a] de Pala Furgello, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, et frater *Feliu*, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti irrevocabiliter tradimus ad accapitum tibi, Bernardo de Riardo, pellicerio, et tuis et cui volueris imperpetuum totam medietatem integriter pro indiviso cujusdam campi nostri, quem habemus pro indiviso cum Petro de Villalonga, qui est in terminis et in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, affrontat ab oriente in tenencia Petri Raymundi Saqueti et Berengarii Provincialis, a meridie in tenencia Petri Morruti, ab occidente in tenencia Poncii Cucumeris et in tua, et ab aquilone in tenencia tua, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, hoc pacto quod tu et tui qui dictam medietatem campi pro indiviso habueritis et tenueritis donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno de censu in festo Natalis Domini medium sterlinum boni argenti fini; et quandocumque et quocienscumque dicta medietas campi pro indiviso venderetur vel inpignoraretur nos vel successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium et nichil aliud. Item, promittimus[b] tibi, stipulanti, quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis predictam donationem bonam habere et tenere ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei. Et pro predicta donatione habuimus et accepimus a te pro accapito X solidos barchinonensium, valentes ad cambium VIII solidos malguriensium, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Actum est hoc III° nonas januarii, anno Domini M° CC° L° VII°. Sig++++na fratris Guilelmi de Alcalano, preceptoris domus Mansi Dei, et fratris Bernardi Raymundi, capellani ecclesie ipsius domus, et fratris Petri[e] de Pala Furgello, preceptoris domus milicie Templi Perpiniani, et fratris Feliu predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Poncii, diaconi,[f] et Arnaldi de Miliaribus et Petri *Maneu*, testium.

Guilelmus Aymerici, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Guilelmus *B.* b. promitimus *B.* c. paccatos *B.* d. peccunie *B.* e. Guilelmi *B.* f. diachoni *B.*

567

1258 (nou estil), 29 de gener

Fra Guillem d'Alcalà, comanador de la casa del Temple del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere de Palafrugell, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i Pere Sabater, batlle forà, concedeix a Ermessenda, filla del difunt Berenguer Llorenç, i a les seves filles Joana i Alambors una aiminada de terra que el seu pare tenia pels templers a Malloles. El comanador del Masdéu allibera aquesta parcel·la i els arbres i oliveres que hi ha del quartó i de les altres servituds que hi eren percebudes, i ho substitueix per un cens anual de 3 sous i 9 diners barcelonesos a pagar el dia de Nadal. Els templers renuncien finalment a tot el que exigien d'elles a causa del deute endarrerit per aquestes servituds.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 384r-v, acta núm. 704.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 240-242, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Guilelmus *d'Alcalan*, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, per nos et per omnes successores nostros, consilio et laudamento fratris Petri de Pala Furgello, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Petri Sabaterii, bajuli forani, damus, laudamus firmiterque concedimus atque in presenti tradimus tibi, Ermessendi, filie condam Berengarii Laurencii, et Johanne et *Alamburgs*, filiabus tuis, et vestris, et quibus volueritis imperpetuum, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, totam illam eminatam terre, quam dictus Berengarius Laurencii, pater tuus, tenebat et habebat pro nobis et domo nostra in terminis de Malleolis, sicut determinata est; que eminata est infra ortum nostrum que fuit dicti Berengarii Laurencii; que eminata affrontat ab oriente in orto Petri Vallisperii, a meridie in orto dicti Petri Vallisperii et in orto Arnaldi Rainerii, ab occidente in orto vestro predicto, ab aquilone in dicto orto vestro. De qua eminata et fructibus et expletis ejusdem eminate, et arborum que in ea sunt, consuevimus accipere quartum, quod quartum et terremerita, quod et que in dicta eminata et in expletis et fructibus ejusdem et arborum et olivariorum que in ea sunt, vobis et vestris affranquimus, solvimus et diffinimus imperpetuum, ita quod decetero nos vel nostri successores numquam amplius dictum quartum nec aliqua terre merita in dicta eyminata, nec in expletis ejusdem, nec in fructibus

arborum et olivariorum que ibi sunt, habeamus nec accipiamus in vita nec in fine, set ea predicta habeatis francha et libera a dicto quarto et terremeritis predictis; hoc pacto quod loco et vice dicti quarti et terrimeritorum predictorum, vos et vestri donetis nobis et dicte domui nostre semper omni anno, in festo Natalis Domini, pro censu III solidos VIIII denarios barchinonensium, qui valeant nobis ad cambium quolibet anno III solidos malguriensium. Et quandocumque et quocienscumque dicta eminata terre venderetur vel inpignoretur, nos et nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Promittimus[a] etiam vobis per stipulacionem quod predictam donacionem et concessionem et affranquimentum faciemus vobis et vestris bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, obligando inde vobis per vinculum omnia bona dicte domus nostre. Preterea gratis solvimus et damus vobis predictis quicquid a vobis petebamus et petere poteramus racione dicti quarti et terremeritorum predictorum usque in hunc diem. Et quod ita hec omnia predicta et singula fideliter semper observemus, et quod contra numquam veniamus, vobis per stipulacionem promittimus,[a] renunciantes beneficio restitucionis in integrum et omni alii legitimo auxilio. Et ego dicta Ermessendis, per me et dictas filias meas, hec omnia predicta laudo et firmo; et ego et dicte filie mee et nostri dabimus vobis, dicto preceptori, et successoribus vestris, predictum censum, ut supradictum est, quolibet anno. Actum est hoc IIII° kalendas febroarii, anno Domini M° CC° L° VII° . Sig+num fratris Guilelmi *d'Alcalan*, preceptoris predicti, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig++na fratris Petri de Pala Furgello, et fratris Petri Sabaterii predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+num Ermessendis predicte, que hec omnia laudo et firmo. Sig+++na Johannis Emberti, et Guilelmi Poncii, et Petrus *Simon* de Villa mulaca, testium.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus *B*.

568

1258, 18 d'abril

Fra Guillem d'Alcalà, comanador del Masdéu, fra Guillem de Castellnou i fra Pere Sabater, comanador de la casa de Perpinyà, alliberen Ferrer Sapte de Malloles del quartó que percebien per

una peça de terra, que abans era una vinya, que té per ells al lloc anomenat Ganganell, a la parròquia de Santa Maria de Malloles, en lloc del qual els donarà d'ara endavant l'agrer i una mesura de bajulivum*; i si torna a plantar-hi una vinya, els donarà la setena part de la verema, que els haurà de portar. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 10 sous barcelonesos.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 231, acte n° 411.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 246-248, prise sur *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Guilelmus *d'Alcalan,* preceptor domus Mansi Dei, et frater Guilelmus de Castro novo, ejusdem domus, et frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros affranquimus tibi, Ferrario Sapte de Malleolis, et tuis, et cui volueris perpetuo, totam illam petiam terre, que fuit vinea, quam pro nobis tenes in loco vocato *Ganganel*, ab omni illo quarto quod habebamus et accipiebamus in predicta pecia terre, ita quod loco et vice dicti quarti dones tu et tui et quicumque dictam petiam terre habueritis et tenueritis fideliter agrarium et unam mensuram bajulivi nobis et successoribus nostris. Et si vineam replantares in dicta pecia terre, dones tu et tui de omni vindemia, quam Deus ibi dederit, nobis et successoribus nostris fideliter septenam[a] apportatam[b] in nostro posse. Et nos et successores nostri faciemus tibi et tuis predictum affranquimentum bonum habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde tibi et tuis de evictione pro dicto affranquimento,[c] obligando inde tibi et tuis omnia bona dicte domus nostre. Pro quo affranquimento habuimus et accepimus a te X solidos barchinonensium, valentes ad cambium VIII solidos malguriensium, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[e] non numerate, quam pecuniam[f] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Est autem predicta pecia terre in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, et affrontat ab oriente in vinea Ferrarii de Alda, a meridie in via publica, ab occidente in vinea Petri Bartholomei, ab aquilone in Ganganello. Actum est hoc XIIII kalendas madii, anno Domini M° CC° L° VIII°. Sig+++na fratris Guilelmi *d'Alcala,* et fratris Guilelmi de Castro novo, et fratris Petri Sutoris predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Bartholomei *Bastit*, et Bernardi de Riardo et Arnaldi de Orulo, testium. Ego Guilelmus Sala hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. setenam *B*. b. aportatam *B*. c. affranchimento *B*. d. paccatos *B*. e. peccunie *B*. f. peccuniam *B*.

569

1258, 1 de maig

Atès que s'havia generat una controvèrsia entre fra Guillem de Sesplanes, prior de la casa de Sant Salvador de Cirà, d'una banda, i fra Guillem d'Alcalà, comanador del Masdéu, d'altra banda, a propòsit de les possessions, servituds i drets de l'honor dita del Cominal, que les dues parts tenien en indivís, i de les possessions de P. Sifre i del difunt B. Cerdà, les parts es van sotmetre a l'arbitratge de R. Baró de Trullars i de Berenguer Comte de Nils sota una pena de 200 sous melgoresos. Els àrbitres decideixen que cada part tindrà la seva part d'aquestes honors en alou i no pas en indivís: la casa de Sant Salvador tindrà els drets i servituds que els homes de Vilamulaca donen per les possessions que tenen en aquestes honors, mentre que la casa del Masdéu tindrà els drets i servituds que donen els homes de Nils. Ramon, abat de Sant Salvador de Breda, confirma aquest acord.

A[1] Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí, amplada 240/250 mm, alçada 200/210 mm, ADPO, Hp186.[324]

B Còpia autèntica del 15 d'octubre de 1704 per Francesc Diego notari de Perpinyà, perduda, segons *A*[1].[325]

324. El document porta al dors una anotació del segle XV: «Cartes que pertayen al Masdeu», un regest de l'època moderna en català: «Sententia arbitral entra la casa y frares del Mas Deu y la casa y frares de St Salvador de Cira prop lo dit Mas Deu sobre dels drets dominicals de las terras de las ditas religions», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n°1763».

325. «Hoc est exemplum sive transumptum bene et fideliter in Oppido Perpiniani Elnensis Diocesis, sumptum a quodam publico instrumento in pergameneo scripto, manuque publicae et auctenticae personae clauso, et tabellionato in Archivo ecclesiae Beatae Mariae de Templo dicti Oppidi Perpiniani de membris et pertinentiis comandae Magistralis Mansi Dei Religionis Hospitalis Sancti Joannis Hierosolimitanensis recondito et custodito, non viciato, non cancellato, nec in aliqua ejus parte suspecto, sed omni prorsus vitio et suspitione carente cujus tenor est hujusmodi: [Segueix la còpia de l'acta de l'1 de maig de 1258]. Sig+num meum Pauli Mundi authoritate regia notarii publici collegiati Perpiniani hujus exempli testis. Sig+num meum Josephi Joffre authoritate regia

C Còpia impresa del segle XVIII, ADPO, Hp186, segons *B*.
D Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. S, pp. 583-586, segons A^1.
E Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, Ff. 281-287, segons A^1.

Notum sit cunctis quod controverssia[a] vertebatur inter fratrem Guilelmum de *Cesplanes*, priorem domus Sancti Salvatoris de Scirano, ex una parte, et fratrem Guilelmum de Alqualano, preceptorem domus Templi Mansi Dei, ex altera, super possessionibus et terremeritis et juribus, que et quas dictus prior et preceptor habebant et tenebant pro indivisso,[b] que possessiones et terremerita et jura vocabantur et dicebantur vulgariter *des Cominal*, et super possessionibus et terremeritis que dicebantur P. Siffredi et *B.* Cerritani condam. De qua quidem controverssia[a] frater G., prior domus Sancti Salvatoris, de conssilio[c] et voluntate domini fratres R., abbatis Sancti Salvatoris de Breda, et conventus ejusdem loci, ex una parte, et frater G. de Alqualano, preceptor domus Templi Mansi Dei, de conssilio[c] et voluntate conventus ejusdem loci, ex altera, compromiserunt in R. Baronem de *Trulars* et Beringarium Comitem de Agnilis tanquam in arbitros vel arbitratores seu amicabiles compositores, quod starent arbitrio et dicto ipsorum sub pena CC solidorum malguriensium bonorum super dicta controverssia[a] et divissionem[d] jurium et terremeritorum predictorum. Qui dicti arbitratores, deliberato conssilio,[c] dixerunt quod prior Sancti Salvatoris et domus sua prefata habeat in perpetuum de predictis possessionibus et terremeritis et juribus spescialiter[e] et pro divisso[f] habeat possessiones suas inffra[g] honorem qui dicitur *des Cominal* per liberum et francum alodium, ita videlicet quod domus Mansi Dei in illis possessionibus que vocantur *des Cominal* non recipiat decimam nec aliqua terremerita vel aliquod jus. Item, dicimus quod in possessionibus propriis domus Sancti Salvatoris que dicebantur de honore P. Siffredi et *B.* Cerritani condam, domus Mansi Dei decetero non recipiat decimam vel terremerita vel aliqua jura. Item, omnia terremerita et jura que homines de Villamulacha dant et dare debent de possessionibus quas tenent inffra[g] honorem que dicitur *des Cominal* et honorem que dicitur P. Siffredi et *B.* Cerritani

notarii publici collegiati Perpiniani hujus exempli testis. Sig+num meum Francisci Diego regia authoritate notarii publici collegiati Perpiniani, qui hujusmodi exemplum a dicto suo originali fideliter sumptum, et cum eodem legitime correctum et comprobatum, testificatumque ut supra patet aliena manu fideliter scribere feci et in fidem requisitus clausi Perpiniani die decima quinta octobris MDCCIV.»

condam predictorum et inffra[g] illum honorem qui dicitur tenedonis de Scirano habeat domus Sancti Salvatoris. Item, habeat domus Sancti Salvatoris quendam campum qui fuit honoris P. Siffredi et *B*. Cerritani predictorum condam, et est inffra[g] vineam Sancti Salvatoris et vineam de *Segur*. Item, habeat domus Sancti Salvatoris predicta quendam campum subtus campum porte minoris Sancti Salvatoris, qui campus erat propriis domus Mansi Dei, et istos duos campos habeat domus Sancti Salvatoris pro dono et ex mera liberalitate et pro exmenda,[h] quia plus recipiebat in terremeritis et juribus predictarum possessionum quam domus Mansi Dei; et omnia ista habeat domus Sancti Salvatoris prefata per liberum et francum alodium aliquo jure non retento domui Mansi Dei vel suis. Preterea dicimus quod preceptor et fratres domus Templi Mansi Dei predicte habeant pro divisso[f] in sua proprietate omnes possessiones quas habent et tenent et habere et tenere debent inffra[g] illum honorem qui dicitur *des Cominal* et honorem qui dicitur P. Siffredi et *B*. Cerritani condam per liberum et francum alodium, ita quod domus Sancti Salvatoris prefata ibidem nichil recipiat nec decimam nec aliqua terremerita vel aliquod jus. Item, habeat domus Mansi Dei prefata omnia terremerita et jura in omnibus possessionibus quas homines de Agnilis habent et tenent, et habere et tenere debent inffra[g] honorem qui dicitur *des Cominal* et P. Siffredi et *B*. Cerritani condam, aliquo jure non retento domui Sancti Salvatoris vel suis. Est autem dictus honor qui dicitur *des Cominal* ab illa via publica que incipit a capite vinee que dicitur de *Segur* usque ad ripariam de Agnilis, et de dicta riperia[i] usque ad stagnum de *Sabadel*, et de dicto stagno usque ad combam R. Sutoris de *Riart* condam, et de dicta comba justa aquam de *Riart* usque ad vineam de *Segur*. Dictus vero honor qui dicitur P. Siffredi et *B*. Cerritani condam est ab illa agula que exit de vinea de *Segur* usque ad fluminem de *Riart*, et a dicto flumine usque ad vinetum de *Romeget*, et a dicto vineto usque ad comba de *Candel*, et a dicta comba juxta viam usque ad vineam Sancti Salvatoris, et de vinea usque ad *Pontarron*. Capus[j] qui est inffra[g] vineam Sancti Salvatoris et vineam de Segur affrontat ex una parte in via publica et ex altera in tenedone domus Sancti Salvatoris et domus Mansi Dei. Capus[j] vero qui est subtus campum porte minoris Sancti Salvatoris affrontat ex IIII[or] partibus in tenedone domus Sancti Salvatoris. Omnia predicta dicimus salvo jure utrique domui in pasturis et viis et aquis accipiendis et [...-ndis].[k] Actum est hoc kalendis madii, anno Domini M° CC° L et VIII°.

Sig+++++++++++++++na fratris G(uilelmi) de Alqualano, preceptoris Mansi Dei predicti, et fratris Petri de Campo rotundo, camerarii, et fratris R., capellani, et fratris *B.* de Collati, bajuli forensis, et fratris Martini de Falces, et fratris Guilelmi de Castro novo, et fratris Petri de Palafurgello, preceptoris de Palatio, et fratris Petri de Canois, preceptoris Mansi Garige, et fratris Petri Sabaterii, preceptoris domus Perpiniani, et fratris J. de *Saserila*, preceptoris domus de Sancto Ypolito, et fratris G. [Sarroti], et fratris Ponsii de *Conileres*, et fratris Bartolomei, et fratris *A.* Roca, et fratris B. *Cos*, custodis ovium, qui hec omnia predicta et singula laudamus et firmamus testesque firmare rogamus.

(crux) Ego frater Raymundus, Dei gracia Sancti Salvatoris Bredensis abbas, subscribo et laudo. Petrus de Turrucella, prior et procurator Sancti Salvatoris. Sig-(SM)-num Guilelmi, procuratoris Sancti Salvatoris de Cirano, qui hoc firmo. Sig-(SM)-num Guilelmi de Stagnelo, monachi et chamerarii.[l]

Arnaldus, monachus. Geraldus, monachus. Raimundus, monachus.

Sig+++++na R. Sale de Terratis, et G. de Peralba, et P. *Maneu*, levite, et *A. Sezat* de Cereto, et *B.* Sabaterii de Arullis, hujus rei testium.

Ego R. Adalberti jussu G[uilelmi] Revullis, scriptoris publici de Bagis hanc cartam scripsi et hoc signum (SM) feci.

Idem Guilelmus Revullis, scriptor publicus auctoritate domini B[ernardi] Elnensis episcopi, subscripsit et hoc signum (SM) fecit.

a. *Sic A per* controversia. b. *Sic A per* indiviso. c. *Sic A per* consilio. d. *Sic A per* divisionem. e. *Sic A per* specialiter. f. *Sic A per* diviso. g. *Sic A per* infra. h. *Sic A per* emenda. i. *Sic A per* riparia. j. *Sic A per campus*. k. *les primeres lletres d'aquesta paraula són il·legibles A.* l. *Sic A per* camerarii.

570

1258, 18 de maig

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i Simó de Vilallonga, per la seva meitat indivisa, alliberen Ramon d'Orla, de Malloles, del quartó que percebien per una vinya que té per ells, en lloc del qual els donarà d'ara endavant l'agrer i el braçatge dels cereals, llegums i altres fruits recol·lectats, la

setena part de la verema, que haurà de portar-los a la vila de Malloles, el quartó de les olives, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 15 sous barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 229v, acta núm. 407.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 249-251, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, et ego Simon de Villa longa pro medietate pro indiviso, scilicet ego dictus preceptor per me et per omnes successores meos et ego Simon de Villa longa, per me et per omnes meos, affranquimus tibi, Raymundo de Orulo de Malleolis, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam vineam que pro nobis tenes ab omni illo quarto quod ibi accipiebamus et accipere debebamus; hoc pacto quod loco et vice dicti quarti dones tu et tui et quicumque dictam vineam tenuerit de blado et leguminis et de omni expleto quod Deus ibi dederit fideliter agrarium et braciaticum; et de expleto vindemie donetis fideliter septenam[a] apportatam[b] intus villam de Malleolis, et de olivis quartum; et possitis ibi facere panem et vinum, et quandocumque et quocienscumque dicta vinea venderetur vel inpignoretur habeamus inde nostrum foriscapium. Et promittimus[c] tibi quod predictum affranquimentum[d] faciemus tibi et tuis bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ex quibus credaris plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis obligamus tibi et tuis omnia bona nostra presencia et futura. Et pro predicto affranquimento[e] habuimus et accepimus a te XV solidos barchinonensium coronatorum, valentes XII solidos malguriensium, de quibus per pacatos[f] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[g] non numerate. Affrontat autem dicta vinea ab oriente in vinea Johannis *Foradat*, a meridie in vinea Petri Adalberti, ab occidente in tenencia Raymundi Giraldi, ab aquilone in orto Petri Turrani. Actum est hoc XV° kalendas junii, anno Domini M° CC° L° VIII°. Sig+na fratris Petri Sutoris et Simoni de Villa longa predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig++++na Bartholomei Fornerii, et Petri *Gasau*, et Petri Ferrioli et Ferrarii Sutor, testium. Ego Petrus de Ferralibus hanc cartam scripsi mandato Bernardi Caruli et suprascripsi in II[a] linea

«de Villa longa». Bernardus *Carles*, scriptor publicus Perpiniani, auctoritate Raymundi Eimerici, scriptoris publici Perpiniani, hoc instrumentum receptum et laudatum in posse Petri Calveti quondam tunc scriptoris publici Perpiniani et de notulis dicti Petri Calveti scribi fecit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. setenam *B*. b. aportatam *B*. c. promitimus *B*. d. affranchimentum *B*. e. affranchimento *B*. f. paccatos *B*. g. peccunie *B*.

571

1258, 2 de juny

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment dels frares Ferrer i Pere de Lavanhac, dóna en acapte a Bernat Geroard i a la seva muller Joana una feixa de terra situada a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat l'Herber. Els terratgers hauran de donar a la casa del Temple 3 esterlins de plata de cens anual el dia de Sant Joan de juny, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta donació, fra Pere Sabater reconeix haver rebut 25 sous barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 332v, acta núm. 603.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 252-253, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, per me et per omnes meos, consilio et laudamento fratris Ferrarii et fratris Petri de Lavaynaco, dono atque in presenti trado ad accapitum vobis, Bernardo Giroardo et Johanne, uxoris ejus, et vestris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I faxiam terre, que est in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato *Erber*, et affrontat ab oriente in campo Guilelmi Eymerici, a meridie in via publica, ab aquilone in vinea Berengarii *Valsera*, ab occidente in vinea Johannis Fabri, hoc pacto quod vos et vestri, qui dictam faxiam terre habueritis et tenueritis, donetis semper michi et successoribus meis et dicte domui Templi Perpiniani quolibet anno in festo sancti Johannis Babtiste de junio III sterlinos boni argenti et fini recipiendis. Et quocienscumque dicta faxia terre venderetur vel inpignoraretur, ego et successores mei habeamus inde nostrum foriscapium. Et ego et successores mei faciemus vobis et vestris predictam faxiam terre bonam habere et tenere

ab omni persona; et tenebimur inde vobis et vestris sine fraude de omni eviccione, obligando inde vobis per vinculum omnia bona dicte domus Templi Perpiniani. Et pro predicta donacione habui et accepi a vobis pro accapito XXV solidos barchinonensium, valentes ad cambium XX solidos malguriensium, de quibus per pacatum[a] me teneo, renuncians excepcioni pecunie[b] non numerate. Actum est hoc quarto nonas junii, anno Domini M° CC° L° octavo. Sig+++na fratris Petri Sutoris, et fratris Ferrarii, et fratris Petri de Lavaynacho, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Arnaldi Peregrini, et Guilelmi Poncii et Bernardi *sa Rocha*, testium. Arnaldus Berengarius scripsit hoc vice Petri Calveti et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatum *B*. b. peccunie *B*.

572

1258, 10 d'agost

Ferrer Tomàs de Malloles es dóna com a home propi, amb tots els seus descendents, a la casa de la milícia del Temple del Masdéu i a fra Bernat de Montlaur, el seu comanador, i als altres frares d'aquesta casa, als quals promet fidelitat i lleialtat i no prendre un altre senyor sense llur autorització. Els fa homenatge besant el senyal de la creu que porten sobre llur mantell. En reconeixement d'aquest homenatge, promet donar-los una oca de cens anual el dia de Sant Joan de juny. Fra Bernat de Montlaur rep Ferrer Tomàs com a home propi i promet protegir-lo a ell i a la seva descendència i tots els seus béns segons el bon costum del Masdéu. Per aquesta entrada en homenatge, fra Bernat de Montlaur reconeix haver rebut 20 sous barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 213, acta núm. 371.
C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 288-289, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Fferrarius *Tomas* de Malleolis, non inductus dolo nec vi nec circumventus in aliquo, set gratuita et libera voluntate, per me et per omnes meos presentes et futuros, cum hac presenti carta imperpetuum valitura dono et modo in presenti trado me ipsum per proprium hominem, et omnes descendentes meos, domino Deo et domui milicie Templi Mansi Dei et

vobis, fratri Bernardo de Monte lauro, inde preceptori, et fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, promittens[a] vobis et fratribus milicie Templi, presentibus et futuris, bona fide per stipulationem quod ego et omnes descendentes mei erimus imperpetuum dicte domus milicie Templi et vobis, nominato preceptori, et fratribus ejusdem domus, bonos homines et fideles atque legales in omnibus; et nunquam alium dominum vel dominos absque licencia et voluntate vestra eligerimus neque fecerimus. Et ut predicta hec majorem obtineant firmitatem semper et a me vel a meis violari non possint meis junctis manibus osculando signum sancte Crucis panni vestri hominium de corpore meo vobis facio. Et in recognitio ejusdem hominati et dominationis dabimus imperpetuum ego et mei posteri dicte domui Mansi Dei et fratribus inde pro censu singulis annis in festo sancti Johannis junii unum anserem.[b] Et ego frater Bernardus de Monte lauro predictus, per me et per omnes fratres domus milicie Templi, presentes et futuros, recipientes te, prenominatum Ferrarium *Tomas*, et omnes tuos descendentes cum omnibus ubique rebus vestris, habitis et habendis, per homines proprios et solidos dicte domus milicie Templi et fratrum ejus, presentium et futurorum, bona fide per stipulationem promittimus[c] te et omnes tuos descendentes cum omnibus ubique rebus vestris fideliter defendere[d] et manutenere in universis locis tanquam res proprias domus milicie Templi ad bonas consuetudines ejusdem domus. Et pro intrada ejusdem hominii receptione accepi (et)[e] habui a te XX solidos barchinonensium bonorum, de quibus per pacatum[f] me teneo, renuncians exceptioni non numerate pecunie.[g] Actum est hoc IIII idus augusti, anno Domini M° CC° L° VIII°. Sig++na Ferrarii *Tomas* predicti et fratris Bernardi de Monte lauro,[h] preceptoris Mansi Dei, predicti, qui ambo[i] hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Arnaldi Poncii de Tesano, et Paschasii, et Galego testium rogatorum. Guilelmus Poncius, publicus scriptor hanc cartam scripsit auctoritate domini Bernardi, Dei gracia Elnensis episcopi, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitens *B*. b. ancerem *B*. c. promitimus *B*. d. deffendere *B*. e. et *omès B*. f. paccatum *B*. g. peccunie *B*. h. Laudo *B*. i. amobo *B*.

573

1258, 16 de desembre

Fra Bernat de Montlaur, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de

Perpinyà, Martí de Falç, Joan de Ceret i Pere de Lavanhac, dóna en acapte a Dalmau de Garrius dues peces de vinya situades a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, que foren del difunt Ponç Roure. El terratger haurà de donar a la casa del Temple 5 sous barcelonesos de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació si és clar que aquest no és degut al monestir de Sant Martí. Fa aquesta concessió sota reserva dels drets d'aquest monestir i del vitalici de Ramona, vídua de Ponç Roure. Per aquesta concessió, fra Bernat de Montlaur reconeix haver rebut 100 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 274, acta núm. 482.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 254-256, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Bernardus de Montelauro, preceptor domus Mansi Dei, consilio fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Martini de Falcis, et fratris Johannis de Cereto, et fratris Petri de Lavaynaco, per me et per omnes successores[a] meos dono atque in presenti trado ad accapitum tibi, Dalmacio de Garricis, et tuis, et cui volueris, duas pecias vinearum, cum terra in qua sunt plantate, que sunt in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, et fuerunt Poncii Roerii quondam; una quarum affrontat ab oriente in vinea Ermengaudi *Gros* condam, a meridie in via publica, ab occidente in vinea Guilelmi Adalberti, ab aquilone in recco Poncii Pauci; alia affrontat ab oriente in vinea Guilelmi Adalberti, a meridie in Vassa et in vinea Petri *Xatmar*, ab occidente in vinea Bernardi *Ferriol*, ab aquilone in reco Poncii Pauci, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem pacto et forma quod tu et tuis, qui dictas pecias vinearum habueritis et tenueritis, donetis michi et successoribus meis pro censu dictarum peciarum vinearum V solidos barchinonensium coronatorum quolibet anno in festo Natalis Domini; et foriscapium quocienscumque venderentur vel inpignorarentur, si contigeret quod domus Sancti Martini non haberet ibi foriscapium. Et ego et successores mei faciemus tibi et tuis dictas pecias vinearum bonas habere et tenere in pace ab omni persona, obligando inde tibi et tuis omnia bona dicte domus nostre, salvo jure domus Sancti Martini, et salvo violario sive usu fructuum Raymunde, uxoris quondam Poncii Roerii predicti. Et recognosco tibi quod pro intrata dicti accapiti habui et accepi a te C solidos barchinonensium coronatorum, de quibus per pacatum[b]

me teneo, renuncians excepcioni pecunie[c] non numerate, quam pecuniam[d] recognosco versam esse, et redactam, in utilitate dicte domus nostre. Et ego dictus Dalmacius de Garricis, hec laudo et concedo, et promitto[e] tibi, dicto preceptori, et successoribus tuis, quod solvam tibi, et successoribus tuis, quolibet anno dictos V solidos barchinonensium coronatorum, obligando inde tibi, et successoribus tuis, omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc XVII° kalendas januarii, anno Domini M° CC° LVIII°. Sig+++++na fratris Bernardi de Montelauro, et fratris Petri Sutoris, et fratris Martini de Falcis, et fratris Johannis de Cereto, et fratris Petri de Lavainaco, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+num Dalmacii de Garricis predicti, qui hec omnia laudo. Sig+++na Petri Garriga, et Johannis Peregrini et Guilelmi Poncii, diaconi,[f] testium. Ego frater Bernardus de Montelauro, comendator Mansi Dei, qui hoc firmo et (SM) meum pono.

Guilelmus Sala, notarius publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. sucessores *B*. b. paccatum *B*. c. peccunie *B*. d. peccuniam *B*. e. promito *B*. f. diachoni *B*.

574

1259 (nou estil), 22 de febrer

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Ferrer de Palaldà un mallol situat a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat l'Estany. El terratger haurà de donar als templers la cinquena part de la collita, que els portarà a la vila de Malloles; i si hi planta oliveres, haurà de donar-los la cinquena part de les olives. Per aquesta concessió, fra Pere Sabater reconeix haver rebut 3 sous barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 236v-237, acta núm. 424.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 257-259, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Sutor, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos dono ad accapitum tibi, Ferrario Palaudani, et tuis, et cui volueris perpetuo, I malleolum, cum terra in qua est plantatum, quod est in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato Stagno, et affrontat ab oriente in malleolo Guilelmi de Cereto, a

meridie in maleolo Raymundi Rogerii quod tenet pro dicta domo Templi, ab occidente in campo Vesiane femine qui tenetur pro dicta domo Templi, ab aquilone in malleolo Raymundi *Orle* quod tenetur pro dicta domo Templi; hoc pacto quod tu et tui, qui dictum malleolum habueritis et tenueritis, donetis de omni expleto, quod Deus in dicto malleolo dederit, mihi et dicte domui fideliter quintum, apportatum[a] intus villam de Malleolis, et quandocumque et quocienscumque dictum malleolum venderetur vel inpignoraretur, ego et successores mei habeamus inde nostrum foriscapium. Et ego et mei successores faciemus tibi et tuis predictum malleolum bonum habere et tenere in pace ab omni persona, obligando inde tibi per vinculum omnia bona dicte domus Templi ubique, presencia et futura. Et si plantare volueris ibi olivarios, dones similiter mihi et dicte domui quintum de olivis. Et pro predicto accapito, habui et accepi a te III solidos barchinonensium coronatorum, de quibus per pacatum[b] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[c] non numerate. Actum est hoc VIII° kalendas martii, anno Domini M° CC° L° VIII°. Sig+num fratris Petri Sutoris, preceptoris predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++na Johannis *Mauran*, et Petri *Sabte* et Petri *Gasau*, testium. Arnaldus Berengarius scripsit hoc vice Petri Calveti (et)[d] hoc sig. (SM) fecit.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. aportatum *B*. b. paccatum *B*. c. peccunie *B*. d. et *omès B*.

575

1259 (nou estil), 18 de març

Fra Bernat de Montlaur, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Pere de Lavanhac, dóna en acapte a Pasqual Frener un obrador situat a la plaça de Perpinyà, que mestre Girard havia de tenir a títol vitalici i que el comanador dóna en acapte amb el consentiment d'aquest, amb la condició que el terratger doni a mestre Girard 12 masmudines d'or de cens anual, una meitat del qual el dia de la festa de Sant Miquel de setembre i l'altra meitat per Pasqua, i mestre Girard farà el servei degut als templers per aquesta botiga. Després de la mort d'aquest, el terratger pagarà el cens als templers. D'aquí a tres anys, el terratger haurà d'invertir 200 sous de moneda

coronada de Barcelona per al manteniment i el millorament de la botiga. Per aquesta concessió, fra Bernat de Montlaur reconeix haver rebut 30 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 272r-v, acta núm. 479.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 260-264, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Bernardus de Montelauro, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, per me et per omnes successores meos, consilio et laudamento fratris Petri Sabaterii, preceptor domus Templi Perpiniani, et fratris Petri de Lavainaco, et aliorum fratrum dicte domus nostre, dono atque in presenti irrevocabiliter trado ad accapitum tibi, Paschali Frenerio, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I operatorium, de celo usque in abyssum,[a] cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, quod est intus Perpinianum, in platea ipsius ville, et affrontat ab oriente in domibus quas Bernardus Cornelia pro nobis tenet, a meridie in operatorio sororum Sancti Salvatoris, ab occidente in platea, ab aquilone in via. Quod dictum operatorium magister Guirart debebat tenere in vita sua tantum, sicut in instrumento inde facto continetur. De voluntate cujus magistri Guirardi illud tibi et tuis dono ad accapitum, ut dictum est; hoc pacto quod tu et tui, qui dictum operatorium habueritis et tenueritis, donetis eidem magistro Guirardo, in omni vita sua tantum, quolibet anno de censu XII masmutinas *senars* boni auri et fini recipiendas, ipso tamen magistro Girardo faciente servicium quod pro dicto operatorio nobis facere debet, ut in dicto instrumento inter domum nostram et ipsum facto continetur, quarum solvas ei VI masmutinas *senars* boni auri et fini in primo venienti festo sancti Michaelis septembris, et alias VI masmutinas *senars* boni auri et fini in subsequenti festo Pasche; et sic semper omni anno eodem modo in tota vita dicti magistri Girardi, ut dictum est. Post mortem autem dicti magistri Girardi, abinde teneamini[b] tu et tui, qui dictum operatorium habueritis et tenueritis, michi et successoribus meis et dicte domui nostre dare et solvere dictum censum, scilicet quolibet anno XII masumutinas *senars* boni auri et fini recipiendas per dictos terminos, ut dictum est. Et quandocumque et quocienscumque dictum operatorium venderetur vel inpignoraretur, dicta domus nostra Mansi Dei et ego et successores mei habeamus inde nostrum foriscapium. Et quod tu et tui teneatis semper dictum operatorium condirectum vestris

expensis, et specialiter teneamini ibi mittere[c] in condirectione et melioracione ipsius dehinc usque ad III annos continue completos de vestro CC solidos barchinonensium coronatorum. Et ego et successores mei faciemus tibi et tuis predictum operatorium bonum habere et tenere in pace ab omni persona; et tenebimur inde tibi et tuis de omni evictione pro dicto operatorio, et quota ejus parte, et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos pro predictis facere contigerit, obligando inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre ubique, salvo jure nostro, ut dictum est. Et pro hac donacione habui et accepi a te pro accapito XXX solidos barchinonensium coronatorum, de quibus per pacatum[d] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[e] non numerate, quos misi et expendi in utilitate dicte domus nostre. Si vero dictus magister Girardus non fecerit nobis servicium, ut nobis in dicto instrumento promisit, ego et successores mei habeamus et recipiamus dictum censum. Et ego dictus Paschal Frenerius hec omnia predicta laudo et firmo, promittens[f] tibi, dicto preceptori Mansi Dei, quod ego et mei tenebimus semper dictum operatorium condirectum nostris expensis, et mittam[g] ibi in condirectione et melioracione ejusdem dehinc usque ad III annos completos CC solidos predictos, ut dictum est. Item, promitto[h] tibi, stipulanti, quod ego et mei, qui dictum operatorium habuerimus et tenuerimus, dabimus tibi et successoribus tuis, post mortem dicti magistri Girardi, quolibet anno pro censu dicti operatorii XII masmutinas *senars* boni auri et fini, ut dictum est. Item, promitto[h] tibi, dicto magistro Girardo stipulanti, me tibi dare et solvere quolibet anno in tota vita tua per dictos terminos predictum censum, ut dictum est, te dictum servicium faciente, ut dictum est, sicut in dicto instrumento inter te et dictam domum Templi facto continetur, obligando inde tibi per vinculum dictum operatorium et omnia bona mea, presencia et futura. Item, pro predictis omnibus et singulis tibi, dicto preceptori Mansi Dei, et successoribus tuis, attendendis et complendis, ut dictum est, obligo vobis per vinculum dictum operatorium et omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc XV° kalendas aprilis, anno Domini M° CC° LVIII°. Sig+num fratris Bernardi de Montelauro, preceptoris Mansi Dei, predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig++na fratris Guilelmi Sabaterii et fratris Petri de Lavainaco predictorum, qui hec laudamus et firmamus. Sig+num Paschalis predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+num magistri Girardi, qui hec laudo et firmo. Sig+++na Ferrarii Vole, et Laurencii Rotundi et Guilelmi de Corniliano, testium.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit. Ego frater Bernardus de Montelauro, comendator Mansi Dei, qui hoc firmo (SM) meum pono.

a. habissum *B*. b. tenamini *B*. c. mitere *B*. d. paccatum *B*. e. peccunie *B*. f. promitens *B*. g. mitam *B*. h. promito *B*.

576

1259 (nou estil), 20 de març[145]

Fra Bernat de Montlaur, comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Martí de Falç, Pere de Lavanhac i Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Bernat Cornellà, paraire, dues cases contigües situades a Perpinyà. El terratger haurà de donar a la casa del Temple 7 masmudines d'or de cens anual, una meitat l'1 de setembre i l'altra meitat l'1 de març, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Bernat de Montlaur reconeix haver rebut 10 sous barcelonesos. El terratger estarà obligat a mantenir aquestes cases a càrrec seu i haurà d'invertir-hi 200 sous d'aquí a dos anys en obres i reparacions.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 279r-v, acta núm. 493.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 243-245, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Bernardus de Montelauro, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, per nos et per omnes successores nostros, consilio et laudamento fratris Martini de *Fauses* et fratris Petri de Lavaynaco et fratris Petri Sabaterii, preceptoris domus Templi Perpiniani, damus atque in presenti tradimus ad accapitum tibi, Bernardo Corniliano, paratori, et tuis, et quibus volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, II domos nostras, de celo usque in abyssum,[a] que sunt intus Perpinianum, que se tenent, et affrontant in manso sororum Sancti Salvatoris, a meridie in tenencia domus

145. L'any 1258 (nou estil) donat pel cartulari és manifestament erroni: sabem, en efecte, que Bernat de Montlaur va succeir a Guillem d'Alcalà com a comanador del Masdéu; ara bé, Guillem d'Alcalà exercí aquest càrrec sense discontinuïtat d'agost del 1257 a maig del 1258. D'altra banda, el cartulari conté la còpia d'una acta datada del 18 de març de 1259 (nou estil), que porta la donació en acapte per Guillem de Montlaur a Pasqual Frener d'una botiga situada a la plaça de Perpinyà, que apareix aquí mencionada com a confrontant; vegeu més amunt l'acta núm. 575.

Fontisfrigidi, ab occidente in nostro operatorio quod tenet Paschal *Frener* et in via, ab aquilone in operatorio Petri Calveti et in via, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus; hoc pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et nostris successoribus et dicte domui nostre de censu quolibet anno VII masmutinas *senars* boni auri et fini, recipiendas, scilicet ad primas venientes kalendas septembris medietatem ipsarum, et aliam medietatem ad primas venientes kalendas marcii, et sic semper omni anno eodem modo. Et quandocumque et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et nos et nostris successores faciemus tibi et tuis predictas domos bonas habere et tenere in pace ab omni persona; et tenebimur inde tibi et tuis de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ex quibus credaris plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus predictis et singulis, obligamus tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre Mansi Dei ubique, cedendo etiam tibi plenam et corporalem possessionem, tam juris quam facti, et quasi possessionem dictarum domorum, ad omnes tuas voluntates omni tempore faciendas, salvis juribus nostris[b] predictis, ut dictum est. Et pro predicta donacione habuimus et accepimus a te pro accapito X solidos barchinonensium coronatorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quos misi et expendi in utilitate dicte domus nostre. Et quod tu et tui teneatis dictas domos condirectas vestris propriis expensis. Item, teneatis ibi mittere[e] in opere et melioratione dictarum domorum de tuo, dehinc usque ad II annos continue completos, CC solidos barchinonensium bonorum coronatorum. Et ego dictus Bernardus Cornilianus, promitto[f] vobis, dicto fratri Bernardo de Montelauro, preceptori dicte domus milicie Templi Mansi Dei, me mittere[e] in opere et melioratione dictarum domorum, dehinc usque ad dictos II annos continuos completos, CC solidos barchinonensium bonorum coronatorum, ut supradictum est, obligans inde vobis et successoribus vestris per vinculum omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc XIII° kalendas aprilis, anno M° CC° LVIII°.[g] Sig++++na fratris Bernardi de Montelauro, et fratris Petri Sabaterii, et fratris Martini de *Fauses,* et fratris Petri de Lavainaco predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+num Bernardi Corniliani

predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++na Guilelmi Poncii, et Raymundi Cames et Arnaldi Giraldi de Palacio, testium.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. ha bissum *B*. b. nostris *repetit per error B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. mitere *B*. f. promito *B*. g. M° CC° LVII° *B*.

577

1259, 17 d'abril

Fra Bernat de Montlaur, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i Pere de Camprodon, batlle forà del Masdéu, confirmen i concedeixen a Ferrer Palaldà de Malloles, home llur, la vinya que fou de Guillem Ortolà, situada a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat l'Estany, amb la condició que els doni la cinquena part de la collita, que portarà a llur tina de Malloles, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Bernat de Montlaur reconeix haver rebut 5 sous de moneda barcelonesa coronada.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 244r-v, acta núm. 443.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 265-266, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Bernardus de Monte lauro, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, per me et per omnes successores meos, consilio et laudamento fratris Petri Sutoris, preceptoris domus milicie Templi Perpiniani, et fratris Petri de Campo rotundo, bajuli forensis[a] Mansi Dei, laudamus et firmamus et concedimus tibi, Ferrario Palaudani de Malleolis, homini nostro, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, totam illam vineam, cum terra in qua est plantata, que fuit Guilelmi Ortolani, que est in terminis et in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato ad Stagnum, que affrontat ab oriente in malleolo Guilelmi Cereti, a meridie in malleolo Raymundi Rogerii, et ab occidente in campo Vesiane femine, ab aquilone in malleolo Raymundi de Orulo, hoc pacto quod nos et successores nostri et dicta domus Mansi Dei habeamus inde de omni expleto quod Deus ibi dederit fideliter quintum, apportatum[b] intus tinam nostram de Malleolis.

Et quocienscumque dicta vinea venderetur vel inpignoraretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et pro predicta laudatione et concessione habuimus et accepimus a te V solidos barchinonensium bonorum coronatorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Item, hoc facimus salvis et retentis nobis et dicte domui Mansi Dei pactis contentis in instrumento accapiti. Actum est hoc XV° kalendas madii, anno Doomini M° CC° L° VIIII°. Sig+++na fratris Bernardi de Monte lauro, et fratris Petri Sutoris et fratris Petri de Campo rotundo predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi de Montesquivo, et Bernardi *Mauran* et Petri Ferrioli, testium.

Ego Guilelmus Vallespirius hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. foraney *B*. b. aportatum *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*.

578

1259, 6 de juny

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, fra Ferrer i fra Ademar donen en acapte a Martí de Colell la meitat indivisa de quatre peces de vinya situades a la parròquia de Sant Joan de Vilanova de la Ribera, l'altra meitat de les quals és tinguda pel priorat d'Espirà de l'Aglí, i entre les quals es troben les feixes que Serena té per ells. El terratger haurà de donar-los la meitat del quartó, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Pere Sabater reconeix haver rebut 5 sous de moneda barcelonesa coronada.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 281, acta núm. 497.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 267-268, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, et ego frater Ferrarius, et ego frater Ademarius per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus ad accapitum tibi, Martino de Colello, et tuis perpetuo, medietatem pro indiviso IIII peciarum vinee, cum terris in quibus sunt plantate, que sunt in terminis et in adjacentia Sancti Johannis de Villa nova de Rauterio, quarum alia medietas

tenetur pro indiviso pro domo de Aspirano, infra quas sunt faxe quas Serena tenet pro nobis, quarum IIII peciarum una est juxta campum Guilelmi de Johanne[a] et juxta faxam Serene; et alia est inter faxas Serene, et alia similiter, et quarta est juxta faxam Serene et juxta vineam Capellani, hoc pacto quod tu et tui donetis semper nobis et successoribus nostris de omni expleto quod in predictis peciis vinee Deus dederit medietatem quarti fideliter. Et quocienscumque venderentur vel inpignorarentur, habeamus inde medietatem foriscapii. Et nos et successores nostris faciemus tibi et tuis predictam donacionem et accapitum predictum bonum habere et tenere in pace ab omni persona; et tenebimur inde tibi et tuis de omni evictione. Et pro predicto accapito, habuimus et accepimus a te V solidos barchinonensium bonorum coronatorum, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renuncians exceptioni pecunie[c] non numerate. Actum est hoc VIII idus junii, anno Domini M° CC° L° VIIII°. Sig+++na fratris Petri Sutoris, et fratris Ferrarii, et fratris Ademarii predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Fabe, et Guilelmi Magistri et Bernardi *Carles*, testium.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Johannis *B*. b. paccatos *B*. c. peccunie *B*.

579

1259, 13 de juny

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment de fra Pere de Lavanhac i de fra Ramon de Perapertusa, dóna en acapte a Pere Jausbert, blanquer, dos obradors contigus situats a Perpinyà. El terratger haurà de donar a la casa del Temple 30 sous de moneda coronada de Barcelona de cens anual, una meitat dels quals per Nadal i l'altra meitat per Sant Joan de juny, i el foriscapi en cas de mutació. El terratger haurà de mantenir aquesta botiga a càrrec seu. Per aquesta concessió, fra Pere Sabater reconeix haver rebut 5 sous. Si l'emfiteuta volgués trencar aquest contracte, hauria de pagar als templers l'import del cens no percebut més 30 sous.

A[1] Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí, amplada 175 mm, alçada 175 mm, ADPO, Hp188.[146]

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 282-283, acta núm. 500, segons *A*[1].

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms*, vol. S, p. 457, segons *A*[1].

D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 269-272, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos, consilio et voluntate ac laudamento fratris Petri de Lavainacho[a] et fratris Raymundi de Petrapertusa, dono atque in presenti yrrevocabiliter[b] trado ad accapitum tibi, Petro Jausberto, curaterio, et tuis, et cui volueris in perpetuum,[c] exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, II operatoria que se tenent, et sunt intus Perpinianum, et affrontant ab oriente in via publica, a meridie in operatorio quod tenet Michael Sutor pro nobis, ab occidente in tenentia nostra, ab aquilone in tenentia Ricolfi Olibe, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinentiis suis, et cum omnibus in se habentibus, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, sub tali pacto quod tu et tui, qui dicta operatoria habueritis et tenueritis, donetis semper nobis, et successoribus nostris, et dicte domui nostre, de censu quolibet anno XXX solidos barchinonensium bonorum coronatorum, quorum solvatis nobis medietatem in primo venienti festo Natalis Domini, et aliam medietatem in festo sancti Johannis Babtiste de junio, et sic semper omni anno eodem modo, et quandocumque et quocienscumque dicta operatoria venderentur vel inpignorarentur in toto vel in parte, nos et dicta domus nostra habeamus inde nostrum foriscapium, et quod tu et tui teneatis illa condirecta vestris propriis expensis. Et ego et successores mei faciemus tibi et tuis predicta operatoria bona habere et tenere in pace ab omni persona in perpetuum,[c] et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione, obligans inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre, salvo censu nostro predicto et

146. El document porta al dors un regest del segle xv en català: «Carta de dos obradors P. Jaubert, corredor, en ten. del Temple, affront[ans] de tremuntana ab Rigolf Oliba e de levant ab la via e fa XXX s. e dretas», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2632».

foriscapio et aliis pactis predictis, ut superius dictum est. Et pro predicta donatione habui et accepi a te pro accapito V solidos barchinonensium bonorum coronatorum, de quibus per paccatum me teneo, renuntians exceptioni peccunie non numerate, quos recognosco versos esse, et redactos, in maxima utilitate dicte domus nostre. Si vero tu vel tui volueritis desemparare dicta operatoria et recedere a dicto accapito, possitis facere, soluto tamen nobis et dicte domui nostre prius nostro censu predicto, ut dictum est, de toto tempore per quod illa tenueritis, et datis et solutis nobis vel successoribus nostris prius a te vel a tuis amplius ultra censum ratione illius desemparamenti XXX solidos barchinonensium bonorum coronatorum, quibus completis, deinde dicta operatoria ad nos libere revertantur, cum omni melioramento quod ibi feceris, et tu et tui postea sitis absoluti a prestatione census dictorum operatoriorum,[d] quem pro eis postea vobis dare non teneamini, nec illa teneamini tenere postea condirecta. Et ego dictus Petrus Jausbertus,[e] hec omnia predicta laudo, promitens tibi fratri[f] Petro Sutori, preceptori, et successoribus tuis et dicte domui vestre predictum censum solvere in pace quolibet anno, ut dictum est. Et tenebo dicta operatoria condirecta meis expensis[g] sine vestra missione. Item, si dicta operatoria desemparavero et voluero recedere a dicto accapito, dabo vobis prius dictos XXX solidos ratione dicti desemparamenti, pro quibus vobis solvendis, si dicta operatoria desemparavero, ut dictum est, et etiam pro censu predicto non soluto, de toto tempore per quod illa tenuerimus ego vel mei, obligo vobis et dicte domui vestre per vinculum omnia bona mea, presentia et futura. Actum est hoc idus[h] junii, anno Domini M° CC° L° VIIII°. Sig+num fratris Petri Sutoris, preceptoris predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig++na fratris Petri de Lavainacho,[a] et fratris Raymundi de Petrapertusa, qui hec omnia laudamus et concedimus. Sig+num Petri Jausberti, curaterii, predicti, qui hec omnia laudo et concedo. Sig+++na Johannis Amalrici, et Guilelmi Poncii, diachoni,[i] et Bernardi de Collo de Castro Rossilione,[j] testium. Petrus de Podio scripsit hoc vice Petri Calveti et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Lavainaco *B*. b. irrevocabiliter *B*. c. imperpetuum *B*. d. operatorium *B*. e. Jausberti *B*. f. dicto fratri *B*. g. propriis expensis *B*. h. *Sic AB per* idibus. i. *Sic AB per* diaconi. j. Rossillione *B*.

580

[1258, agost <?> 1259, 5 d'agost][147]

Fra Bernat de Montlaur, comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Martí de Falç, de fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, de fra Pere de Lavanhac i altres frares del Masdéu, d'una banda, i d'Arnau de Mosset, fill i hereu del difunt Ademar de Mosset, d'altra banda, es posen d'acord a propòsit de les 1.000 peces d'or que el difunt havia llegat al Masdéu en el seu testament amb la condició que els frares d'aquesta casa mantinguin un sacerdot que celebri els oficis divins al Masdéu i que vesteixin cada any tretze pobres amb túniques, calces i camises. Per a pagar aquestes 1.000 peces d'or, Ademar de Mosset havia obligat als templers la seva honor i tot el que tenia a la vila i terme de Cornellà de la Ribera. Els templers concedeixen a Arnau de Mosset tot el que el seu pare havia obligat als templers perquè ho tingui durant tota la vida, amb la condició que subvingui als serveis de manteniment del sacerdot i de l'abillament dels pobres. Després de mort, el seu hereu estarà obligat a pagar les 1.000 peces d'or als templers. Arnau de Mosset aprova i confirma el testament del seu pare i la deixa feta per aquest. Arnau i Ademar, fills d'Arnau de Mosset, aproven i confirmen aquest acord. L'abat i els monjos de la Grassa, pels quals aquestes possessions de Cornellà són tingudes en feu, confirmen la transacció el 5 d'agost de 1259. Marquesa, muller d'Arnau de Mosset, aprova i confirma la transacció el 19 de juny de 1260.

A[1] Original, en forma de carta partida per la part inferior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí mutilat, amplada 240 mm, alçada 300/305 mm, ADPO, Hp189.[148]

B Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. S, pp. 435-438, segons *A*[1].

147. Aquest acord succeeix un arbitratge del rei Jaume I de Catalunya-Aragó datat del 23 de gener de 1253 (nou estil), que ja tenia com a objectiu resoldre el conflicte que enfrontava Arnau de Mosset als templers del Masdéu a propòsit de la deixa testamentària d'Ademar de Mosset; vegeu més amunt l'acta núm. 532. Bernat de Montlaur està atestat com a preceptor del Masdéu d'agost del 1258 a abril del 1259. El seu successor, Guillem de Montgrí, només apareix a partir de maig del 1260.

148. El document està mutilat al nivell de la part inferior dreta, cara de carn. Porta al dors un regest del segle XV: «a Pontella de la Ribera d'aquells mille aureis dexa a la comanda Ademar de Mosset»; un regest del segle XVII: «Carte d'en Asemar de Mosset», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2690».

C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 290-296, segons A^1.

Notum sit cunctis quod nos, frater Bernardus de Monte lauro, preceptor domus Mansi Dei, per nos et per omnes successores nostros, consilio et laudamento fratris Martini de *Fauses* et fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Perpiniani, et fratris Petri de Lavainaco et aliorum fratrum ejusdem domus, ex una parte, et ego Arnaldus de Mosseto, filius et heres Ademarii de Mosseto condam, ex altera, facimus inter nos composicionem et transactionem super illis millis aureis que dictus Ademarius de Mosseto dimisit sive legavit dicte domuy[a] Mansi Dei in suo testamento, hoc pacto quod fratres et preceptor ejusdem domus tenerent pro anima sua I sacerdotem in domo Mansi Dei qui celebraret ibi divina officia in remissione peccatorum ejus, et quod induerent singulis annis pro ejus anima XIII pauperes de tunicis et calcis et camisis. Pro quibus millis aureis dandis et solvendis dicte domui Mansi Dei sub pacto predicto, obligavit eidem domui dictus Ademarius in suo testamento honorem suum et quicquid habebat in villa et terminis de Corniliano de Ripparia,[a] sicut in dicto testamento continetur. Que compositio sive transactio talis est: quod nos, dicti preceptor et fratres predicti, volumus et concedimus quod tu, dictus Arnaldus de Mosseto, teneas et habeas in omni vita tua ratione hujus transactionis jus et obligacionem et actionem, quam et que in dicto honore et legato predicto habet domus Templi, et quod tu tenearis facere servicium dicti sacerdotis et dictorum pauperum induendorum in omni vita tua, et observes inde nos et domum nostram penitus indepnem;[b] ita tamen quod, statim te mortuo, heres tuus, et quicumque locum tuum tenuerit, et tenentes bona tua, teneantur nobis et successoribus nostris et dicte domui nostre solvere et tradere dictos mille aureos pro dicto servicio faciendo dicti sacerdotis et pauperum sine omni dilatione. Et ego dictus Arnaldus de Mosseto, hec omnia predicta laudo et firmo et aprobo,[a] promittens vobis dicto preceptori Mansi Dei et fratribus jamdictis stipulantibus me curaturum et effecturum quod, statim me mortuo, solvantur et tradantur vobis, et successoribus vestris, et dicte domui vestre, ad herede meo, vel a quocumque locum meum tenuerit[c] et detentoribus bonorum meorum, jamdicti mille aurei, sine omni dilatione, quibus vobis solutis, deinde vos teneamini facere postea dictum servicium dicti sacerdotis et induere dictos pauperes, ut dictum est. Pro quibus vobis solvendis et tradendis, ut dictum est, obligo vobis omnes honores et pos-

sessiones et jura et quicquid dictus pater meus habebat et habere debebat, et ego habeo et habere debeo in villa et terminis de Corniliano de Ripparia,[a] et omni adjacencia Sancti Martini ejusdem ville, que vestra propria auctoritate possitis occupare et tenere et expletare sine omni impedimento tamdiu donec heres meus, vel successores mei, vel dominus abbas Crassencis, pro quo predicta in feudum tenentur, solvant vobis et dicte domui vestre Mansi Dei dictos mille aureos pro dicto servicio faciendo, fructibus in sortem non computandis, set habendis inter vivos pro dono in remissione peccatorum meorum. Et si forte heredes vel successores mei non solverint vobis dictos mille aureos, ut dictum est, volo et mando quod abbas Crassencis solvat vobis eos, et dictus abbas vel successores ipsius habeat et teneat et expletet omnia predicta tamdiu donec heredes mei solverint et restituerint eidem abbati vel ejus successoribus dictos mille aureos, quibus eis solutis ab heredibus meis, ut dictum est, dictus honor sit eisdem heredibus meis absolutus. Preterea laudo et firmo et aprobo[a] testamentum dicti patris mei in quo ipse pater meus fecit dictum legatum dicte domui Mansi Dei. Preterea promitto vobis, preceptori Mansi Dei jamdicto stipulanti, quod omnia predicta faciam vobis laudari et firmari, ut supradictum est, a domino abbate Crassencis et fratribus ejusdem monasterii. Et quod ita hec omnia predicta et singula fideliter semper observem, et quod contra nunquam veniam vobis stipulantibus mea bona fide vobis promitto, et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII^{or} Dei Evangeliis, sponte vobis juro. Per quod juramentum renuncio omni juri divino et humano quo contra venire possem. Et nos, predicti frater Bernardus de Monte lauro, preceptor domus Mansi Dei, et frater Martinus de Fausesi et frater Petrus Sutor et frater Petrus de Lavaynaco, per nos et per omnes successores nostros hanc predictam transactionem laudamus, firmamus et aprobamus, et ratam et firmam et valituram eam nos et successores nostri habebimus et observabimus et contra non veniemus. Et ego Arnaldus de Mosseto, et Ademarius, filii dicti Arnaldi de Mosseto hec omnia predicta gratis laudamus et firmamus, promittentes tibi, dicto preceptori Mansi Dei stipulanti [...][d] vel aliquid predictorum non veniemus nec venire faciemus ratione legitimis legati successionis, nec ullo alio modo, ymo omnia predicta observamus fideliter [...][e] ut in hac carta continetur nos observaturos et in nullo contra venturos, bona fide et per stipulacionem tibi promittimus, et etiam per Deum, tactis corporaliter sacro [sanctis IIII^{or} Dei][f] Evangeliis sponte vobis

juramus. Per quod juramentum renunciamus, certificati de jure nostro, omni juri minoris etatis et beneficio restitucionis in integrum [...][g] legitimo auxilio. Et ego domina Marchesia, uxor dicti Arnaldi de Mosseto, hec omnia predicta gratis, certificata de jure meo, laudo et firmo, promittens tibi [...][h] Mansi Dei mea bona fide quod contra predicta vel aliquid predictorum non veniam, nec venire faciam, per me vel per aliquam interpositam personam ratione dotis quam attuli dicto [...][i] nec ratione donationis propter nupcias quam ipse mihi fecit, nec ullo alio modo. Et ita totum, ut in hac carta continetur, me observaturam et in nullo contra veniam [...][j] bona fide per stipulationem tibi promitto, et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII^{or} Dei Evangeliis, sponte tibi juro. Per quod juramentum ren[uncio ...][k] et consulta de jure meo omni juri ypothecarum, et omni juri divino et humano, et omni legi et consuetudini quibus contra vel aliquod predictarum venire [...][l] et consulte per virtutem dicti juramenti penitus renuncio. Sig++++na fratris Bernardi de Monte lauro, preceptoris Mansi Dei, et fratris Martini de [Fausesi, et fratris Petri][m] Sutoris et fratris Petri de Lavaynaco predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+num Arnaldi de Mosseto predicti, qui hec [omnia laudo et firmo. Sig+++++na][n] Petri Ferrioli, et Arnaldi *Garners*, et Jacobi *Barrera*, et Guilelmi Ermengaldi, et Petri de Barbairano, testium, in presencia [...][o] Dei et dictus Arnaldus de Mosseto hec omnia predicta laudarunt et firmarunt VIII [...][p] et Ademarii, fratris ejus, filiorum dicti Arnaldi de Mosseto, qui hec omnia predicta laudamus [...][q] de Turre, et Guilelmi de Sancto Ipolito, et Petri de Tremoina, testium. Sig++++na fratris Berengarii [...][r] et fratris Guilelmi, prepositi Sancti Cucufati, et fratris Guilelmi, prepositi de Pediliano, et fratris Eimerici, camerarii Crassencis, qui hec omnia [predicta laudamus],[s] firmamus et aprobamus nonas augusti, anno Domini M° CC° L° VIIII°. Sig+++na Raymundi de Castro, et Ermengaldi de Fontibus, et Petri Catalani de Braina, testium. Sig+num domine Marchesie predicte, qui hec omnia predicta laudo et firmo XIIII kalendas junii, anno Domini M° C° LX°. Sig+++na Petri [...][t] et Raymundi *Aurelut*, capellani de Turre, et Guilelmi de Sancto Ypolito, testium. Ego Bernardus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calv[eti].

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic A*. b. *Sic A per* indempnem. c. *Sic A per* tenentem. d. *Llacuna de 15 mm A.* e. *Llacuna de 15 mm A.* f. *Llacuna de 15 mm A.* g. *Llacuna de 15*

mm A. h. *Llacuna de 10 mm A.* i. *Llacuna de 10 mm A.* j. *Llacuna de 10 mm A.* k. *Llacuna de 10 mm A.* l. *Llacuna de 15 mm A.* m. *Llacuna de 20 mm A.* n. *Llacuna de 40 mm A.* o. *Llacuna de 50 mm A.* p. *Llacuna de 100 mm A.* q. *Llacuna de 100 mm A.* r. *Llacuna de 65 mm A.* s. *Llacuna de 30 mm A.* t. *Paraula il·legible A.*

581

1260 (nou estil), 4 de febrer

Fra Jaume de Vallcarca, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Arnau Garner donen en acapte a Ramon de Pinós, fuster, una casa situada a Perpinyà, prop de la casa del forn del Temple, amb la facultat de construir-hi un ràfec a càrrec seu. El terratger haurà de donar a la casa del Temple 3 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, reconeixen haver rebut 125 sous de moneda barcelonesa coronada.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 408v-409, acta núm. 758.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 273-275, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Jacobus de Vallis quarque, preceptor domus Templi Perpiniani, et frater Arnaldus *Garner*, per nos et per omnes alios successores nostros damus ad accapitum tibi, Raymundo de *Pinos*, fusterio, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam domum nostram, que[a] est in terminis Perpiniani, et affrontat ab oriente in domo nostra furni et in domo Guilelmi de Otracalmis, a meridie in via, ab occidente in domibus Johannis Fabri de Sala, ab aquilone in domo tua, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus; hoc pacto quod tu possis ibi facere envannum sine omni contradictione nostra tuis expensis, et teneas dictam domum condirectam tuis propriis expensis, et dones nobis et successoribus nostris de censu, quolibet anno in festo Natalis Domini, III sterlinorum boni argenti et fini recipiendos. Et quandocumque et quocienscumque dicta domus venderetur vel inpignoretur, habeamus inde nostrum foriscapium. Et promittimus[b] quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere ab omni persona in pace imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis teneri[c] de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ex quibus credaris

plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligamus tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre ubique, presencia et futura. Et pro predicta donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito CXXV solidos barchinonensium coronatorum, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[e] non numerate, quam pecuniam[f] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus. Et quod contra predicta non veniemus, bona fide tibi promittimus,[b] renunciantes omni juri quo contra venire possemus. Actum est hoc II[e] nonas febroarii, anno Domini M° CC° L° VIIII°. Sig++na fratris Jacobi de Vallis Carque, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Arnaldi *Garner* predictorum, qui hec omnia predicta laudamus et firmamus. Sig+num Raymundi de Pinos predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++na Guilelmi *Gombaloles*, et Guilelmi Fabri de Castro Rossillione et Raymundi Coma, testium. Ego Petrus Faber hanc cartam scripsi mandato Bernardi *Carles*. Bernardus *Carles*, scriptor publicus Perpiniani auctoritate Raymundi Eymerici, scriptoris publici Perpiniani, hoc instrumentum receptum et laudatum in posse Petri Calveti condam, tunc[g] scriptoris publici Perpiniani, de notulis dicti Petri Calveti scribi fecit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. qui *B*. b. promitimus *B*. c. *Sic B*. d. paccatos *B*. e. peccunie *B*. f. peccuniam *B*. g. tunch *B*.

582

1260 (nou estil), 24 de març

Fra Jaume de Vallcarca, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, allibera Arnau Xatmar de Malloles i els seus de la part de l'agrer i del braçatge que la casa del Temple percep sobre les collites d'un hort, així com de la part del quartó que la casa del Temple té sobre les olives produïdes per les oliveres d'aquest hort situat a la parròquia de Santa Maria de Malloles, que Arnau Xatmar té en indivís, meitat per ells i meitat per Ramon d'Atsat i el seu germà, Ponç d'Illa, amb la condició que els doni d'ara endavant en compensació 15 esterlins de cens anual per Sant Miquel de setembre, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquest alliberament, fra Jaume de Vallcarca reconeix haver rebut 31 sous i 3 diners de moneda barcelonesa coronada.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 229, acta núm. 406.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms*, vol. X, pp. 355-356, segons *B*.

D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 276-278, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Jacobus de Vallis Carque, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos affranquisco tibi, Arnaldo Xatmario de Malleolis, et tuis, et quibus volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, totam illam partem nostram agrarii et braciatici, quam habebamus in expletis terre tocius illius orti quem pro domo nostra tenes pro dimidia parte pro indiviso et pro Raymundo de Acciato et Poncio de Insula, fratre ejus, et pro alia dimidia parte pro indiviso, et partem nostram quarti quam habebamus in fructu olivariorum dicti orti; ita quod nullum agrarium nec braciaticum nec quartum in dicto orto nec in olivariis ejusdem accipiamus, hoc pacto quod, loco et vice omnium predictorum, donetis mihi et successoribus meis et dicte domui nostre de censu quolibet anno in festo sancti Michaelis septembri XV sterlinos boni argenti fini recipiendis. Et quocienscumque dictus ortus venderetur vel inpignoraretur dicta domus nostra habeat inde medietatem foriscapii. Et promitto[a] me inde tibi teneri de evictione pro dicto affranquimento,[b] obligando inde tibi et tuis omnia bona dicte domus nostre. Et pro predicto affranquimento[b] habui et accepi a te XXXI solidos III denarios barchinonensium bonorum coronatorum, de quibus per pacatum[c] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[d] non numerate, quos misi et expendi in utilitate dicte domus nostre. Est autem dictus ortus in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, et affrontat ab oriente in orto Petri *Gasau*, a meridie in orto Perpiniani Bligere et in orto Berengarii Massaneti, ab occidente in orto Guilelmi *Cogombre*, ab aquilone in orto domine Berengarie Sacristane. Actum est hoc VIIII kalendas aprilis, anno Domini M° CC° L° VIIII°. Sig+num fratris Jacobi predicti, qui hoc laudo et firmo. Sig+++na Petri *Leu* de Pollestris, et Petri *Gasau* de Pontiliano, testium. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et rasit et emendavit in V[a] linea «Raymundo de Acciato» et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. proito *B*. b. affranchimento *B*. c. paccatum *B*. d. peccunie *B*.

FUNDACIÓ NOGUERA

583

1260, 15 d'abril

Fra Jaume de Vallcarca, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, allibera Ferrer Burgés de Malloles del quartó que la casa del Temple percep sobre una vinya que té per ella a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat l'Herber. El terratger podrà arrencar aquesta vinya i fer-hi cereals, amb la condició que doni l'agrer i el braçatge de la collita, i el foriscapi en cas de mutació; i si hi fa una vinya, haurà de donar la setena part de la verema, que portarà als templers al poble de Malloles. Per aquest afranquiment, fra Jaume de Vallcarca reconeix haver rebut 37 sous i 6 diners de moneda barcelonesa coronada.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 239v-240, acta núm. 432.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 280, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Jacobus de Vallis Carque, preceptor domus Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos affranquisco tibi, Ferrario Burges de Malleolis, et tuis, et cui volueris perpetuo, totam illam vineam, cum terra in qua est plantata, quam tu tenes pro domo nostra in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato *Erber*, et affrontat ab oriente in tenencia nostra, a meridie in vinea Guilelmi de Alamano, ab occidente in tenencia nostra, ab aquilone in vinea Guilelmi *Burges*, quam vineam possis evellere et ibi expletum panis facere si volueris, hoc pacto videlicet quod loco et vice quarti quod in dicta vinea habebamus, quod quartum tibi et tuis affranquisco, donetis tu et tuis mihi et dicte domui nostre de omni expleto panis quod ibi fuerit fideliter agrarium et braciaticum, et sin vinea ibi fuerit, detis mihi et dicte domui nostre de omni expleto vindemie que ibi fuerit septenam apportatam[a] in nostro posse intus villam de Malleolis. Et promitto[b] tibi quod dictum affranquimentum ego et successores mei faciemus tibi et tuis bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis de omni evictione, obligans inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presentia et futura. Et pro predicto affranquimento habui et accepi a te XXXVII solidos VI denarios barchinonensium coronatorum, de quibus per pacatum[c] me teneo, renuncians inde omni exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognosco versam esse in maxima utilitate dicte do-

mus nostre. Actum est hoc XVII° kalendas madii, anno Domini M° CC° LX°. Sig+num fratris Jacobi de Vallis Carque predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++na Bernardi *Xatmar* de Malleolis, et Guilelmi Bugarrelli, et Petri *Gasau*, testium. Ego Guilelmus Vallespirius hanc[f] cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. setenam aportatam *B*. b. promito *B*. c. paccatum *B*. d. peccunie *B*. e. peccuniam *B*. f. han *B*.

584

1260, 19 d'abril

Fra Jaume de Vallcarca, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment de tots els frares d'aquesta casa, allibera Berenguer Gros de Malloles del quartó que la casa del Temple percebia sobre una vinya que aquest té a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al Ganganell. En canvi, el terratger haurà de donar als templers la setena part de la verema, que portarà a càrrec seu a llur tina de Malloles, i el foriscapi en cas de mutació. Fra Jaume de Vallcarca reconeix haver rebut 8 sous de moneda barcelonesa coronada.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 238v-239, acta núm. 429.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 281, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Jacobus de *Valcarga*, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, cum voluntate omnium fratrum ejusdem domus, per me et per omnes successores meos affranquisco tibi, Berengarii Grossi de Malleolis, et tuis, et cui volueris, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, preter sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum,[a] illum quartum quod accipiebam et domum milicie Templi accipere debebat in una vinea tua, que est in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, ad Ganganellum, que affrontat ab oriente in campo Arnaudi Bugarelli, a meridie in dicto Ganganello, ab occidente in tenencia Jacobi Augusti et in tenencia Raymundi *Gavela*, ab aquilone in via publica. Sicut predictum est, sic affanquisco tibi, dicto Berengario Grossi, et tuis, totum quartum, integriter ac generaliter, sicut melius a te vel tuis intelligi vel dici

potest ad utilitatem tuam et tuorum, hoc pacto quod tu vel tui sive illi qui dictam vineam sive campum habebunt et tenebunt, donetis mihi vel successoribus meis de omni vindemia quod Deus ibi dederit VII[am] saumatam apportatam[b] apud Malleolas, absque missione mea et successorum meorum, in tina dicte domus, retinendo etiam mihi et successoribus meis omnem laudimium et foriscapium si forte venderetur ad aliquibus personis. Pro hac autem affranquimento et laudamento habui et accepi a te VIIII solidos barchinonensium bonorum coronatorum, de quibus per pacatum[c] me teneo, renuncians excepcioni pecunie[d] non numerate. Actum est hoc XIII° kalendas madii, anno Domini M° CC° LX°. Sig+num fratris Jacobi de *Valcarga*, preceptoris domus milicie Templi Perpiniani, qui hoc laudo et firmo. Sig+++na Petri Gasaudi, et Guilelmi Johannis, et Johannis Barbastre, testium. Guilelmus Pedregarii, sacerdos atque sacrista de Malleolis, scriptor publicus auctoritate domini Berengarii, Elnensis episcopi, hoc scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *La síl·laba* -li- *afegida a la interlínia B*. b. aportatam *B*. c. paccatum *B*. d. peccunie *B*.

585

1260, 13 de maig. Davant l'església Sant Quintí dels Banys

Arnau de Montescot restitueix a la casa de la milícia del Temple del Masdéu, i a fra Pere de Camprodon, cambrer d'aquesta casa, el mas del Pou, el mas del Vilar i la borda de Castelar, situats a la parròquia de Sant Pere de la Serra, i 2 sous que percebia sobre els homes del Temple de Marçugàs; béns que Guillema, vídua de Guillem de Reiners, havia donat al Masdéu.[149]

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 154v-155, acta núm. 251.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms*, vol. X, pp. 387-388, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 297-298, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Arnaldus de Monte Eschoto non […-tus][a] nec dolo vel fraude inductus, seu gratis ac spontanea vo-

149. El 2 de febrer de 1229; vegeu més amunt les actes núm. 304 i 305.

luntate, per me et per omnes meos, […][b] atque penitus derelinquo Deo et beate Marie domus milicie Templi Mansi Dei, et preceptori et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, et vobis, frati Petro de Campo rotundo, camerarii predicte domus, mansum de Puteo et mansum de Vilario et bordam de *Castelar* et II solidos quos accipiebam super hominibus vestris de *Marsugans*, qui mansi et borda sunt de parrochia Sancti Petri de Serra. Predictos mansos et bordam vobis solvo et diffinio cum duobus solidis predictis, prout melius in instrumento donationis vobis facto a domina Guilelma, uxore condam Guilelmi Rayneriis, continetur, scripto per manum Guilelmi de Ysavalis scriptoris publici quondam. Cedo etiam et dono vobis et successoribus vestris omnes actiones et exceptiones, tam reales quam personales, utiles et [directas][c] et omnia omnino jura, quas et que in predictis et pro predictis mansis et borda habeo vel habere aliquo modo debeo vel habere credebam aliquo jure vel ratione. Nam in presenti de predictis mansis et borda et duobus solidis me et meos semper denudo et vos et vestros et domum predictam prorsus investio, et in corporalem possessionem hodie vos mitto[d] et domum sepedictam, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, nullo jure in predictis mihi vel meis retento. Actum est hoc III° idus maii, anno Domini M° CC° LX°, coram ecclesie Sancti Quintini de Balneis et coram J[ohanni] de *Rayners,* presbitero, et Raymundo, presbitero hebdomadario[e] de Palaudano, Bernardo *Bort*, bajulo de Cereto, Raymundo Acuto ejusdem loci, et Guilelmus Augusti, et *Caylan de Volen*, et A. Mascarosii, et *Ferrayo Lanel* de Balneis, et Vitali *Rocon* de Arulis, et Petrus Vitalis de Balneis, et Jacobus, frater ejus, et Arnaldus Torti, et Berengarius de *Monner,* et Johannes *Capela* de Balneis.

a. *La primera part d'aquesta paraula és il·legible B.* b. *Passatge il·legible, llacuna de 20 mm B.* c. *Una taca oblitera la primera part d'aquest mot B.* d. mito *B.* e. ebdomadarius *B*.

586

1260, 20 de maig

Arnau de Montescot, cavaller, cedeix a la milícia del Temple i a fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, els masos que es troben a la parròquia de Sant Pere de la Serra, a saber, el mas de Jordà del Pou, la borda de Castelar i el mas que fou de

Jordà del Vilar, amb tots els homes, drets i dependències que en depenen, i el cens dels masos de Marçugàs que es troben a la parròquia de Sant Miquel de Llotes, i tot el que la seva tia Guillema de Reiners havia donat al Masdéu, i també tots els drets que pot tenir sobre aquests béns per raó del testament d'aquesta.[150] *Fa aquesta donació sota reserva dels drets del senyor Jofre III, vescomte de Rocabertí.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 147r-v, acta núm. 239.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart*. ms, vol. X, pp. 388-389, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén*., nouv. acq. lat. 27, ff. 299-301, segons *B*.

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod ego Arnalldus[a] de Monte Eschoto, miles, per me et per omnes meos presentes ac futuros, bona fide omni dolo cessante, cum hac presenti carta imperpetuum valitura solvo, diffinio et dono, laudo atque concedo omnipotenti domino Deo et domui milicie Templi et tibi, fratri Guilelmo de Montegrino, preceptori domus Mansi Dei, et omnibus successoribus tuis, et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, futuris et presentibus, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, illos mansos vel bordas que sunt in adjacentia Sancti Petri de Serra, videlicet mansum Jordani de Puteo et borda de *Castelar* et illum mansum qui fuit condam Jordanis de Vilaro, cum omnibus hominibus ibi presentibus et futuris, et cum omni honore culto et inculto, heremo et condirecto, et cum omnibus pertinentibus eorum, sicut melius dictis mansis vel bordis pertinet vel pertinere debet ubique; et illum censum de mansis de Marssugano qui sunt in adjacentia Sancti Michaelis de Lotes; et etiam totum illud quod domina Guilelma de Rainerio condam, amita mea, dedit vel dimisit dicte domui Mansi Dei et fratribus ejusdem ubique, et quodcumque jus mihi vel meis competit, vel potest unquam competere aliquo modo vel aliquo jure, in predictis mansis vel bordis sive censibus racione testamenti dicte domine Guilelme amite mee condam, vel donacionis mihi facte ab ipso cum carta et sine carta; totum illud solvo, diffinio, dono, laudo et concedo domino Deo et dicte domui Mansi Dei et tibi, dicto fratri Guilelmo de Montegrino, preceptori ejusdem domus, et omnibus tuis successoribus et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris. Et sic hodie te et successores tuos et dictam domum

150. Vegeu més amunt l'acta núm. 585.

et fratres ejus ibi presentes et futuros in corporalem possessionem mitto,[b] cum omnibus vocibus meis racionibus, actionibus, peticionibus realibus et personalibus, sicut melius et sanius dici, scribi vel intelligi potest ad bonum intellectum, salvo semper jure domini Gaufredi, vicecomitis Rupisbertini. Et quod omnia predicta semper inviolabiliter teneam et observem et nullatenus, vel veniri faciam, per me vel per aliquam interpositam personam, occulte vel manifeste, bona fide et per stipulationem promitto.[c] Et omni juri, divino et humano, scripto vel non scripto, generali vel speciali, legis vel consuetudinis mihi competenti vel competituro ad hec infringenda, et expressim beneficio illius legis in qua continetur quod propter ingratitudine revocatur donatio, ex certa scientia et consulte, renuncio. Actum est hoc XIII° kalendas junii, anno Christi M° CC° LX°. Sig+num Arnaldi de Monte Eschoto predicti, qui hoc fieri jussit, laudavit, firmavit testesque firmare rogavit. Sig+++na Petri [Segerii], capellani de Balneis, et Berengarii de *Monterner* ejusdem ville de Balneis, et Vitalis Rochoni de Arulis, testium hujus rey. Jacobus Ysarni de *Crosanches*, sacrista de Ulmis, presbiter et publicus tabelio, scripsit hoc auctoritate domini Elnensis episcopi et hoc signum (SM) fecit.

a. *Sic B*. b. mito *B*. c. promito *B*.

587

1260, 21 de maig

Ramon Seguí, capellà de Comes, reconeix a fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, que té per ell i per la casa del Temple la meitat d'una masada, situada al terme de la vila de Cirac, que fou de Bernat de Cambra, per la qual promet donar-li, després de la seva mort, un home que serà home propi del Masdéu i farà els censos, usos i tots els serveis consuetudinaris deguts per aquesta honor. Ramon Seguí promet fer aquestes prestacions mentre visqui; i si no les fes o si es negués a fer-les, els templers podrien recuperar aquesta meitat de la masada. Fra Guillem de Montgrí, amb el consentiment dels frares Pere de Camprodon, cambrer, Bernat Ramon, capellà, Ramon Costa, batlle forà, Guillem de Caramany, Pere Arnau Grol i Arnau de Vaccis, confirma Ramon Seguí en la possessió d'aquesta meitat de masada i promet protegir-lo a ell i als seus béns segons el bon costum de la casa del Temple. Per aquesta confirmació,

el preceptor del Masdéu reconeix haver rebut 45 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 144r-v, acta núm. 232.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms*, vol. X, pp. 391-392, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 302-304, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Raymundus Seguini, capellanus de Comba, profiteor et recognosco vobis, domino fratri Guilelmo de Muntegrino, preceptori Mansi Dei, quod teneo pro vobis et domo vestro medietatem cujusdam mansate vestre, que est in terminis et in adjacentia ville de Ciraco et fuit condam Bernardi de Cambra de *Cirac*. De qua promitto[a] vobis dare hominem post vitam meam qui sit homo proprius et solidus vester et domus vestre predicte, qui dictus homo faciat vobis et vestris census, usaticos et omnia servicia que pro dicto honore vobis et vestris fieri consueverunt. Preterea ego ipse faciam vobis et domui vestre, quamdiu vixero, census, usaticos et omnia servicia que hinc inde hucusque fieri consueverunt ad utilitatem vestram et honorem et domus vestre sepius nominate. Quod nisi facerem vel nollem facere, vos et vestri possitis dictam mediam mansatam accipere et habere propria auctoritate vestra tanquam vestram propriam. Et nos, frater Guilelmus de Montegrino, preceptor predictus, consilio et voluntate fratris Petri de Campo rotundo,[b] camerarii, et fratris Bernardi Raymundi, capellani, et fratris Raymundi Coste, bajulis forensis, et fratris Guilelmi de *Caramay* et fratris Petri Arnaldi *Grol* et fratris Arnaldi de Vaccis, per nos et omnes successores nostros, concedimus et laudamus tibi, Raymundo Seguino, capellano predicto, totam mediam mansatam predictam cum omnibus eidem pertinentibus et pertinere debentibus, ita quod teneas ipsam toto tempore vite tue tantum conditionibus predictis. Item, promittimus[c] quod defendemus[d] et custodiemus te et omnia bona tua, ad bonam consuetudinem domus Templi, tanquam homines nostros et domus nostre sepedicte. Et pro hac laudatione et concessione, habuimus et accepimus a te XLV solidos malguriensium bonorum, de quibus per pacatos[e] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[f] non numerate. Et quod ita hec omnia predicta et singula attendamus et contra non veniamus, bona fide et per stipulacionem promittimus.[c] Actum est hoc XII° kalendas junii, anno Domini M° CC° LX°. Sig+num Raymundi Seguini, capellani predicti, qui hec omnia laudo. Sig+++++++na fratris Guilelmi de *Montgri*, precepto-

ris predicti, et fratris Petri de Campo rotundo et fratris Bernardi Raymundi, capellani, et fratris Raymundi Coste, et fratris Guilelmi de *Caramay*, et fratris Petri Arnaldi *Grol*, et fratris Arnaldi de Vaccis predictorum, qui hec omnia predicta et singula laudamus et firmamus et testes firmare rogamus. Sig+++na Arnaldi Gaufredi de Pontiliano, et Guilelmi *Gueyta* de Palacio, et Berengarii de Pratis, hujus rey testium. Raymundus Adalberti, scriptor publicus de *Trulars* auctoritate domini Berengarii, Dei gracia Elnensis episcopi, hanc cartam scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promito *B*. b. Rotundo *omès B*. c. promitimus *B*. d. deffendemus *B*. e. paccatos *B*. f. peccunie *B*.

588

1260, 12 de desembre

Beatriu i el seu marit Ramon de Bas venen a fra Bernat de Degolaç, comanador de Sant Hipòlit, una vinya, amb el seu aspre, que tenien pel castrum *de Sant Hipòlit a la parròquia de Sant Hipòlit [de la Salanca], al lloc anomenat el Puig. Pel preu d'aquesta venda, reconeixen haver rebut 70 sous de moneda coronada de Barcelona.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 36r-v, acta núm. 59.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALART, *Cart. gén,*. nouv. acq. lat. 31, ff. 114-116, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Beatrix, et ego Raymundus de Basso, maritus ejus, nos ambo similiter in unum, per nos et per omnes nostros, bona fide et sine enganno, cum hac presenti carta firmiter valitura, vendimus et laudamus firmiterque concedimus atque in presenti irrevocabiliter tradimus tibi, fratri Bernardo de *Golat*, preceptori Sancti Ypoliti, et tuis successoribus, et cui dare, dimittere,[a] vendere, alienare volueris, ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, quandam vineam nostram et cum terra in qua est plantata et cum aspero, quod ibi tenet, et dicta vinea tenebitis pro castri Sancti Ypoliti,[b] in adjacencia Sancti Ypoliti, in loco vocato *al Puyg*, et affrontat ab oriente in tenencia castri Sancti Ypoliti, a meridie in tenencia Petri *Bocalaurs*, a circio in tenencia Poncii Bruni de Sancto Laurencio, ab aquilone in via. Sicut superius dictum est, ita vendimus tibi, dicto fratri Bernardo de *Golat*, et tuis successoribus, totam prenominatam vineam et cum terra in qua est plantata et cum aspero, integriter ac generaliter, cum

ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus. Damus etiam et concedimus tibi et tuis successoribus, racione dicte vendicionis, omnes actiones et excepciones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, que et quas in tota predicta et pro dicta vinea et aspero habemus vel habere aliquo modo debemus contra omnes personas, et te inde in rem tuam procuratorem constituo. Hanc vero vendicionem et cessionem et donacionem facimus tibi et tuis successoribus precio LXX solidorum barchinonensium coronatorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Quos quidem LXX solidos barchinonensium nos misimus et expendimus in magnis nostris utilitatibus. Et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi precii decepti sunt similiter renunciamus, et omni alii legitimo auxilio etiam hic non expresso. Et si hec vendicio modo plus valet dicto precio, vel in futurum est valitura, quicquid est illud seu illa magis valencia gratis inter vivos tibi et tuis damus, ad omnes tuas voluntates omni tempore faciendas, et diffinimus. Promittimus[e] etiam tibi per stipulationem, quod omnia predicta et singula nos et nostri te et tuos facere pacifice possidere imperpetuum, et defendemus[f] inde te et tuos in judicio et extra judicium contra omnes personas nostris propriis sumptibus. Et obligamus nos et nostri tibi et tuis teneri perpetuum de evictione dicte vinee et dicti aspero et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ex quibus credamini plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro quibus autem omnibus predictis et singulis obligamus tibi et tuis per vinculum omnia bona nostra, presencia et futura, ubique. Item, promittimus[e] tibi, stipulantibus, quod nichil fecimus quo minus hec vendicio tui vel tuis valeat vel infringi possimus. Nam in presenti de tota predicta vinea et de aspero nos et nostri semper denudamus et te et tuos prorsus investimus et in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti te mittimus[g] ad omnes tuas voluntates omni tempore faciendas. Et nullo jure nobis nec nostris in dicta vinea nec aspero retinemus. Et quod ita hec omnia predicta et singula fideliter semper observemus, et quod contra nunquam veniemus, per nos vel per aliquam interpositam personam, occulte vel manifeste, bona fide et per stipulationem tibi promitto,[h] et ita totum, ut in hac carta continetur, nos observaturos bona fide et per stipulationem tibi promittimus[e] et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Dei Evangeliis, sponte tibi juramus. Actum est hoc II[e] idus decembris, anno Domini M° CC° LX°. Sig+++++na

Beatricis et Raymundi de *Bas*, mariti ejus, et Petri de *Bas* et Alasaidis et Saurimonde, filii eorum, qui hec omnia laudamus et confirmamus. Sig+++na Raymundi Bernardi, et Guilelmi *Gaubert* et Guilelmi *Pons*, testium.

Guilelmus Martinus, scriptor publicus de Clairano[i] hanc cartam scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. dimitere *B*. b. Ypolito *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. promitimus *B*. f. deffendemus *B*. g. mitimus *B*. h. promito *B*. i. Clariana *B*.

589

1261 (nou estil), 26 de gener

Fra Jaume de Vallcarca, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment dels altres frares d'aquesta casa, dóna en acapte a Guillem Grasset i a la seva mare Maria una feixa de terra situada a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat les Polvereres. Els terratgers hauran de donar a la casa del Temple l'agrer i el braçatge de la collita, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Jaume de Vallcarca reconeix haver rebut 40 sous de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 222v-223, acta núm. 391.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 282-283, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Jacobus de Vallis de Carcque, comendator domus Templi Perpiniani, cum consilio et laudamento aliorum fratrum ejusdem domus, dono ad accapitum vobis Guilelmo Grasseto et Marie, matri ejus, et vestris, et cui volueritis imperpetuum, unam faxiam terre, que est in terminis et in adjacencia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato *a les Polvereres*, que affrontat ab oriente in campo Ferrarii Sabte, a meridie in campo Arnaldi de Furchis, ab occidente in via qua itur Elnam, ab aquilone in campo Raymundi Laurencii de Malleolis, totum, integriter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinentiis suis, et cum omnibus in se habentibus; sub hoc pacto quod vos et vestri, qui dictam petiam terre habueritis et tenueritis, donetis semper mihi et successoribus meis vene et fideliter de omni expleto quod Deus ibi dederit quolibet anno agrarium et braciaticum; et quandocumque et quotienscumque dictam petiam terre venderetur vel inpignoraretur ego et successores mei habea-

mus inde nostrum foriscapium. Promitto[a] etiam tibi, stipulanti, quod ego et successores mei faciemus vobis et vestris predictam donationem bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde vobis et vestris sine fraude de omni evictione, obligans inde vobis per vinculum omnia bona dicte domus. Et pro predicta donatione habui et accepi a te pro accapito dicte faxie terre XL solidos barchinonensium bonorum coronatorum, in quibus renuncio omni exceptioni pecunie[b] non numerate, quam pecuniam[c] recognosco versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus. Actum est hoc VII kalendas febroarii, anno Domini M° CC° LX°. Sig+num fratris Jacobi de Vallis de Carque predicti, qui hec omnia laudo. Sig+++na Bernardi *Gaug*, et Guilelmi Baboti, et Ferrarii Sabte de Malleolis, testium. Ego Raymundus *Torrent* hanc cartam scripsi mandato Guilelmi Sale. Guilelmus Sala, notarius publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promito *B*. b. peccunie *B*. c. peccuniam *B*.

590

1261 (nou estil), 27 de febrer

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, dóna en acapte a Guillem Jausbert de Garrius una peça de terra situada a la parròquia de Sant Esteve de Salses, al lloc anomenat l'Estrada. El terratger podrà cultivar-hi cereals i plantar-hi vinyes o arbres fruiters. Si hi cultiva vinya, haurà de donar al comanador del Masdéu l'agrer o l'onzena part de la verema, que haurà de portar a càrrec seu a Garrius, a la tina del Temple, segons el costum de Garrius, i podrà conservar els sarments. Si hi fa cereals, haurà de donar l'agrer del gra i podrà conservar tota la palla, i haurà de donar la setena part dels fruits dels arbres. Els templers tindran el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, el comanador reconeix haver rebut 2 sous de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 36v, acta núm. 60.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 392-393, segons *B*.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 305-307, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Montegrino, preceptor Mansi Dei, per me et per omnes successores meos, dono atque in presenti irrevocabiliter trado ad acapitum tibi, Guilelmo Jausberto de Garrisso, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus eorumque uxoribus atque infantibus, unam petiam terre, ad panem et ad vinum, et arbores et ad omnem alium expletum quod ibi facere volueritis. Et dictam petiam terre est in adjacentia Sancti Stephani de Salsis, in loco vocato *a la Strada*, affrontat ab oriente in tenencia Arnaldi *de na Guila*, a meridie in via qui vadit a Salsis, a circio in tenencia G(uilelmi) *Portel* et aliorum, ab aquilone in tenencia Jo(hannis) *d'en Pons* et aliorum. Sicut superius dictum est, ita dono tibi, dicto Guilelmo Jausberto, et tuis, totam predictam petiam terre, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinentiis, et cum omnibus in se habentibus et sibi pertinentibus, et cum omni suo melioramento; sub tali quidem forma et pacto quod tu vel tui, qui dictam petiam terre habueritis et tenueritis, donetis semper mihi[a] et meis successoribus de omni vindemia quod inde habebitis agrarium, quod portabitis intus villam de Garrissa, ad tinam nostram, ad consuetudinem de Garrisa, et tu habeas X partes et omnes vites. Et si feceris aliquid expletum ibi, dabis mihi et meis successoribus agrarium de grano, et tu habeas X partes et omni palea, et de fructu arborum dabis tu vel tui VII[am] mensuram. Et promitto[b] tibi, stipulanti, bona fide, me et meos successores semper tibi et tuis de predicta donacione fore legitimos auctores et defensores[c] ab omni persona, et teneri sine fraude de evictione, obligans inde tibi et tuis per vinculum omnia bona Mansi Dei, quecumque sint et ubicumque. Et quotienscumque venderetur vel inpignoraretur, ego et successores mei habeamus inde nostrum foriscapium. Et pro hac donacione habui et accepi a te II solidos barchinonensium coronatorum, de quibus per pacatum[d] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[e] non numerate. Actum est hoc III° kalendas marcii, anno Domini M° CC° LX°. Sig+++na fratris Guilelmi de Montegrino et fratris Raymundi Costa, subpreceptor Mansi Dei, et fratris Bernardi de *Golat*, procurator castri Sancti Ypoliti, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Arnaldi *Traver*, et Bernardi *Royg* et Guilelmi *Ademar*, presbiteri, testium.

Guilelmus Martinus, scriptor publicus de Clairano hanc cartam scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. mihis *B*. b. promito *B*. c. deffensores *B*. d. paccatum *B*. e. peccunie *B*.

591

1261, 31 de març

Fra Jaume de Vallcarca, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, allibera Joan Panistrer de l'agrer i el braçatge que els templers percebien sobre els fruits recol·lectats en una peça de terra que té per la casa del Temple a la parròquia de Santa Maria de Malloles, amb la condició que els doni a canvi 1 esterlí de plata de cens anual per la festa de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquest alliberament, fra Jaume de Vallcarca reconeix haver rebut 15 sous barcelonesos coronats.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 229v-230, acta núm. 408.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 279, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Jacobus de Vallis Carque, preceptor domus Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos affranquisco tibi, Johanni Panistrerio, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, totam illam petiam terre quam pro nobis tenes, que est in terminis et in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato ad Culeas,[a] ab omni agrario et braciatico quod in dicta pecia terre et in expletis ejusdem habemus et habere et accipere debemus, hoc pacto quod loco et vice dicti agrarii et dicti braciatici dones tu et tui qui dictam petiam terre habueritis semper mihi et successoribus meis unum sterlinum boni argenti et fini recti pensi quolibet anno in festo Natalis Domini. Et quandocumque et quocienscumque dicta pecia terre venderetur vel inpignoraretur, ego vel successores mei habeamus inde nostrum foriscapium. Promitto[b] etiam tibi per stipulationem quod ego et successores mei faciemus tibi et tuis dictum affranquimentum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit pro predictis, obligans inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus, presentia et futura. Et pro predicto affranquimento habui et accepi a te XV denarios barchinonenses coronatos, de quibus per pacatum[c] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[d] non numerate. Et dictus campus affrontat ab oriente in campo Poncii Rogerii condam, a meridie in vinea Jacobi de Agnilis, ab occidente in campo Poncii Roerii predicti, ab aquilone in tenencia tui[e] dicti Johannis Panistrerii. Actum est hoc II[e] kalendas apri-

lis, anno Domini M° CC° LX° primo. Sig+num fratris Jacobi de Vallis Carque predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++na Balagerii, bajuli de Palacio, et Petri *Gasau* et Raymundi Rogerii, testium. Ego Guilelmus Valesperii hanc cartam scripsi mandato Guilelmi Sale.

Guilelmus Sala, notarius publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic B, cal segurament restituir* ad Aculeas. b. promito *B*. c. paccatum *B*. d. peccunie *B*. e. tui *afegit a la interlínia B*.

592

1261, 18 d'abril

Fra Jaume de Vallcarca, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, allibera Bartomeua, esposa de Ramon Roger de Malloles, del quartó que els templers percebien sobre els fruits collits a les peces de vinya que té per la casa del Temple a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat Garrigola Mitjana, amb la condició que els doni a canvi, si arrenca aquestes vinyes, l'agrer i el braçatge, o, si hi cultiva vinya, la setena part de la verema, que portarà a llur celler, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquest afranquiment, fra Jaume de Vallcarca reconeix haver rebut 7 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 240, acta núm. 433.

Notum sit cunctis quod ego frater Jacobus de Valle Carque, preceptor domus Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos affranquisco tibi, Bartholomee, uxori Raymundi Rogerii de Malleolis, et tuis perpetuo, totum illud quartum expletorum quarumdam peciarum vinearum, quas tenes pro domo nostra, que sunt in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato Garrigola mediana, hoc pacto quod loco et vice dicti quarti dones tu et tui de expleto dictarum peciarum vinee, si eas evulseris, fideliter agrarium et braciaticum; et si vineam in dictis peciis terrarum colueris, donetis nobis et successoribus nostris fideliter septenam apportatam[a] in nostro cellario, et foriscapium quocienscumque venderentur vel inpignorarentur. Et pro predicto affranquimento habui et accepi a te VII solidos VI denarios barchinonensium conatorum, de quibus per pacatum[b] me teneo, renuncians exceptioni

pecunie[c] non numerate, quam pecuniam[d] recognosco versam esse in utilitate dicte domus. Et ego et fratres successores mei faciemus tibi et tuis predictum affanquimentum bonum habere et tenere in pace ab omni persona, obligando inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre. Una dictarum peciarum vinearum affrontat ab oriente in vinea Michaelis Basoni, a meridie in vinea Guilelmi Gueraldi, ab occidente in vinea Basoni condam, ab aquilone in via de nemore; et alia affrontat ab oriente in vinea Basoni condam, a meridie in vinea Donesani condam, ab occidente in vinea Petri de Deo, ab aquilone in vinea Bernardi Sutoris. Actum est hoc XIIII° kalendas madii, anno Domini M° CC° LX° primo. Sig+num fratris Jacobi de Valle Carque, preceptoris predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++na Petri de Alda, et Petri Gasaldi et Bernardi Basoni, testium.

Guilelmus Sala, notarius publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. setenam aportatam *B*. b. paccatum *B*. c. peccunie *B*. d. peccuniam *B*.

593

[abril de 1259 < ?> juny de 1261][151]

Compromís fet davant el jutge ordinari del Rosselló, Guillem de Conillac, a fi de resoldre el litigi que enfronta el comanador del Mas de la Garriga, representat pel batlle forà del Masdéu, Ramon Costa, d'una banda, i Bernat Oliba, d'altra banda, amb constitució de caucions per les dues parts.

A. Original, pergamí mutilat, amplada 165 mm, alçada conservada 180 mm, ADPO, Hp188.[152]

151. Guillem de Conillac exerceix com a jutge ordinari del Rosselló pel rei d'Aragó durant el mes de gener del 1261, ADPO, 1B10. Fra Ramon Costa és qualificat de batlle forà del Masdéu en una acta del 21 de maig de 1260 (vegeu més amunt l'acta núm. 587) i de sotscomanador del Masdéu el 27 de febrer de 1261 (vegeu més amunt l'acta núm. 590). El seu predecessor, Pere de Camprodon apareix amb el títol de batlle forà el 17 d'abril de 1259 (vegeu més amunt l'acta núm. 577) i el seu successor, Ramon Saquet, el 26 de juny de 1261 (vegeu més endavant l'acta núm. 594).

152. El pergamí ha estat mutilat: manca tota la part superior, així com una gran part del costat esquerre sobre la meitat de l'altura conservada; a més, la membrana de la part mitjana està greument alterada. El document porta al dors una menció sense tenor contemporani de l'acta: «preceptor det XVIII d. Compromissum [...]», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 614».

B Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms*, vol. S, pp. 455-456, segons *A*.

[...][a] dies assignare et continue procedere in dictis questionibus prout eis [vi-... ...][b] ad diem et dies per ipsos assignatos, et simul et separatim [pronunci-... ...][c] teneantur sub pena predicta sentencie ipsorum obtemperare, et pars que non obtemperaverit [...][d] parti alteri aplicandam. De cujus pene comissione dicti arbitri possint cognoscere et [...][e] fuerit adjudicanda. Verum si dicti duo arbitri non possint in sentenciis de dictis questionibus vel [...][f] dicte pene concordare, elegerunt [tercium ...], videlicet venerabilem dominum Elnensis episcopum, dicto cujus in [pre-... ...][g] cum altero predictorum secum concordante, stetur sub pena predicta. Item convenerunt predicte partes quod si [... ...-ilato][h] occupatus aliquibus negociis non potuerit in predictis interesse, vel noluerit, elegit dictus preceptor [...][i] Nigri et similiter si Guilelmus Caroli non posset [in]teresse vel nollet in predictis intendere, elegit dictus [... ...-rium][j] cellarium, qui cum altero arbitro electo [pro][k] parte dicti preceptoris sive cum G. de Conilaco [sive ...][l] cum Petro Nigro, ipso Guilelmo absente, possit cognoscere de [dictis questionibus] donec predictus Guilelmus de [Conilaco ...][m] et velit cognoscere in premissis. Et idem fuit dictum de dicte Ferra[rie ... ... sentenciam][n] Guilelmi de [...][o] Guilelmi Caroli questiones non retardentur. Et partes [...][p] si comiteretur. Et promiserunt sub dicta pena quod [ad ...][q] penam valencia et quod de dictis questionibus [cognosc-... ...][r] compromissum usque ad dominicam Carnisprivii primo venturum. Et dictus [B... ...][s] dictum compromissum et promisit fratri Raymundo Coste, bajulo forensi, stipulanti nomine Templi, dictam penam [...][t] et dedit fidejussorem Poncium de Alaniano pro dicta pena, qui, renuncians consuetudini Perpiniani et illi juri quod cavetur principalem primum esse conveniendum, obligavit se et bona sua pro dicta pena dicto preceptori, et voluit quod curia compelleret ipsum pro dicta pena si comiteretur. Et dictus preceptor similiter laudavit dictum promissum et promisit dicto Bernardo Olibe, stipulanti, dictam penam solvere si comiteretur, et dedit fidejussorem Petrum de Camerata pro dicta pena, qui, renuncians consuetudini Perpiniani et illi juri quod cavetur principalem primum esse conveniendum, obligavit se et bona sua pro dicta pena dicto Bernardo, et voluit quod curia compelleret ipsum pro dicta pena si comiteretur. Actum fuit hoc die et anno quo supra, in presencia et testimonio Perpiniani de Peralba, et Raymundi Aurerii, et Raymundi de Villalongua, in presencia quo-

rum laudavit dictus Bernardus, et Bernardi Boneti, et Raymundi Aurerii, et Guilelmi Rubey de *Lertz* et *parage*, in presencia quorum dictus preceptor in Manso de Guarrigua laudavit. Ego Guilelmus Ferrarius, scriptor publicus curie Perpiniani et viccarie[a] Rossilionis pro illustri domino rege Aragonum, de voluntate partium predictorum hoc scripsi et hoc sig-(SM)-num feci.

a. *Part amb llacunes A.* b. *Llacuna de 60 mm A.* c. *Llacuna de 55 mm A.* d. *Llacuna de 45 mm A.* e. *Llacuna de 35 mm A.* f. *Llacuna de 30 mm A.* g. *Llacuna de 30 mm A.* h. *Llacuna de 25 mm A.* i. *Llacuna de 25 mm A.* j. *Llacuna de 25 mm A.* k. *Paraula il·legible A.* l. *Llacuna de 20 mm A.* m. *Llacuna de 18 mm A.* n. *Passatge il·legible, llacuna de 15 mm A.* o. *Llacuna de 18 mm A.* p. *Passatge il·legible, llacuna de 85 mm A.* q. *Passatge il·legible, llacuna de 80 mm A.* r. *Passatge il·legible, llacuna de 65 mm A.* s. *Passatge il·legible, llacuna de 30 mm A.* t. *Passatge il·legible, llacuna de 35 mm A.*

594

1261, 26 de juny

Fra Ramon Saquet, batlle forà del Masdéu, confirma a Guillem del Vilar de la Serra la venda que Jordà del Vilar de la Serra i la seva muller Ermessenda li han fet d'una peça de terra situada al terme de Sant Pere de la Serra, prop del mas de l'esmentat Jordà, amb la condició que doni a la casa del Temple una gallina de cens anual el dia de Nadal. Per aquesta confirmació, fra Ramon Saquet ha rebut 5 sous de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 156v-157, acta núm. 257.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus Saquet, bajulus forensis domus Templi Mansi Dei, per nos et omnes successores nostros, laudamus et concedimus tibi, Guilelmo de Vilario de Serra, et tuis, totam illam venditionem cujusdam pecie de terra, quam Jordanus de Vilario de Serra et Ermessendis uxor ejus tibi et tuis fecerunt, prout melius[a] ad utilitatem tuam et tuorum legi, intelligi ac dici potest, que dicta pecia de terra est in terminis Sancti Petri de Serra, juxta mansum dicti Jordani, et affrontat de prima parte in terminum fixum ultra parietem, de duabus partibus in tua terra, de IIII[a] vero parte in via publica, tali tamen pacto quod tu et tui faciatis nobis et domui nostre prefate quolibet anno perpetuo unam gallinam de censu in festo Natalis Domini. Et ego Guilelmus de Vilario de Serra predictus promitto[b] vobis domino meo, fratri Raymundo *Saquet* predicto, bajulo forensi dicte domus

Mansi Dei, et omnibus vestris successoribus et fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, per me et omnes meos, donare vobis et domui vestre predictam gallinam, ut superius continetur, perpetuo. Pro qua gallina predicta obligo vobis et domui vestre omnia bona mea, presentia et futura. Actum est hoc VI° kalendas julii, anno Christi M° CC° LX° primo. Sig+num Raymundi *Saquet*, bajuli forensis predicti, qui omnia predicta et singula laudamus et firmamus, et habuimus inde V solidos barchinonensium coronatorum. Sig+num Guilelmi de Vilario de Serra predicti, qui omni predicta et singula laudo et firmo. Sig+++na Poncii de Viridario, de Bula superiori, et Benedicti de *Sacco lobiera*, de *Maurelas,* et Guilelmi Nigri, presbiteri de Villa nova, hujus rey testium rogatorum.

Guilelmus Revullis, scriptor publicus auctoritate domini Elnensis episcopi, hanc cartam scripsit et hoc signum (SM) fecit.

a. melius *repetit per error B*. a. promito *B*.

595

1261, 23 de juliol

Fra Jaume de Vallcarca, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Miquel Bonet, sabater, habitant de Perpinyà, una casa situada a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar a la casa del Temple 21 esterlins de plata de cens anual, una meitat del qual a mitjan any i l'altra meitat a final d'any, i el foriscapi en cas de mutació. Haurà de mantenir aquesta casa a càrrec seu. Per aquesta concessió, fra Jaume de Vallcarca reconeix haver rebut 6 sous i 3 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 279v-280, acta núm. 494.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 285, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Jacobus de Vallis Carche, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per me et per omnes meos successores[a] dono ad accapitum tibi Michaeli Boneto, sutori, habitanti Perpiniani, et tuis et cui volueris imperpetuum, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I domum, de celo usque in abyssum,[b] que est intus Perpinianum, in adjacentia Sancti Johannis ejusdem ville; et affrontat ab oriente in domo tua, quam tenes pro domo Templi; a meridie, in via

qua itur molendina Poncii Pauci; ab occidente, in tenencia domus Templi; ab aquilone, in tenencia Petri Jausberti, quam tenet pro domo Templi; totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus et habere debentibus; hoc pacto quod tu et tui, qui dictam domum habueritis et tenueritis, donetis michi et successoribus meis et dicte domui Templi de censu quolibet anno XXI sterlinos[c] boni argenti et fini recipiendos recti pensi, quorum solvatis michi et successoribus meis et dicte domui Templi medietatem in medio anno et aliam medietatem in fine anni, et sic semper omni anno eodem modo. Et quandocumque et quocienscumque dicta domus venderetur vel inpignoraretur, ego et successores mei habeamus inde nostrum foriscapium. Promitto[d] etiam tibi, stipulanti, quod ego et successores mei faciemus tibi et tuis predictam donationem bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi sine fraude de omni evictione, obligando inde tibi et tuis omnia bona dicte domus Templi ubique, presentia et futura. Et quod tu et tui teneatis dictam domum condirectam vestris propriis expensis sine mea missione. Et pro predicta donacione, habui et accepi a te VI solidos III denarios barchinonensium bonorum coronatorum, de quibus per pacatum[e] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[f] non numerate, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, quam pecuniam[g] recognosco versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus. Et ego dictus Michael Boneti, hec omnia predicta laudo et firmo, promittens[h] tibi, dicto fratri Jacobo de Vallis Carche, preceptori, quod solvam tibi et successoribus tuis dictum censum, ut dictum est, et teneam dictam domum condirectam, ut dictum est, obligando inde tibi et successoribus tuis dictam domum et alias domos que pro dicta domo Templi teneo, et melioramentum quod ibi fecero. Actum est hoc X° kalendas augusti, anno Domini M° CC° LX° primo. Sig++na fratris Jacobi de Vallis Carche, preceptoris, et Michaelis Boneti predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Ferrarii Alexandri, et Johannis Amalrici, et Pascalis Roerii, testium. Ego Bernardus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Guilelmi *Sala*. Guilelmus *Sala*, notarius publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. meos *repetit per error B.* b. habissum *B.* c. sterlinum *B.* d. promito *B.* e. paccatum *B.* f. peccunie *B.* g. peccuniam *B.* h. promitens *B.*

596

1261, 2 d'octubre

Fra Jaume de Vallcarca, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Pere de Bula i a la seva esposa Maria una vinya erma, que ja tenien per la casa del Temple, a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat les Planes. Els terratgers hauran de donar als templers la setena part de la verema, que portaran a llur tina de Malloles; i si hi fan un camp, n'hauran de donar l'agrer i el braçatge de la collita, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Jaume de Vallcarca reconeix haver rebut 12 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 237, acta núm. 425.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 286, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Jacobus de Vallis Carche, preceptor domus Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos dono atque in presenti trado ad accapitum vobis, Petro de Bula et Marie, uxori ejus, et vestris, et quibus volueritis perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam vineam heremam cum terra in qua est plantata, quam jam pro dicta domo mea tenebatis in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato ad Planos, et affrontat ab oriente in vestra tenencia, a meridie in tenencia Petri *Adela*, ab occidente in tenencia Berengarii *Gros*, ab aquilone in via, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, sub tali quidem forma et pacto quod vos et vestri qui rem predictam habueritis et tenueritis, donetis semper mihi et successoribus meis de vindemia quam ibi Deus dederit fideliter septimam saumatam apportatam[a] in tinam nostram de Malleolis; et si campum ibi feceritis, donetis nobis de expletis ejusdem campi fideliter agrarium et braciaticum, sicut dari consuevit. Et quocienscumque dicta vinea sive campus venderetur vel inpignoraretur, ego et mei successores habeamus inde nostrum foriscapium. Et ego et mei successores faciemus vobis et vestris hanc predictam donationem bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde vobis et vestris de evictione, obligando inde vobis omnia bona dicte domus nostre. Et pro hac[b] donatione et concessione, habui a vobis XII solidos VI

denarios barchinonensium coronatorum, cujus monete valent LXII solidi VI denarii unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, in quibus renuncio exceptioni pecunie[c] non numerate. Actum est hoc VI° nonas octobris, anno Domini M° CC° LX° I°. Sig+num fratris Jacobi predicti, qui hoc laudo. Sig++na Johannis Cavalerii, fornerii, et Petri *Gasau*, et Palatii Fornerii, testium.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. aportatam *B*. b. hacc *B*. c. peccunie *B*.

597

1261, 7 de novembre

Fra Jaume de Vallcarca, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Guillema Torrenta, habitant de Perpinyà, dues cases contigües situades a Perpinyà, al carrer de Sant Francesc, al costat del forn dels templers. La terratgera haurà de donar als templers 35 sous de moneda coronada de Barcelona de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Jaume de Vallcarca reconeix haver rebut 6 sous i 8 diners.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 431v-432, acta núm. 815.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 287-288, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Jacobus de Vallis Quarque, preceptor domus Templi Perpiniani, per me et omnes successores meos dono atque in presenti trado sive quasi trado ad accapitum tibi, Guilelme Torrente, habitanti Perpiniani, et tuis, et cui volueris perpetuo, II domos que se tenent, que sunt in terminis et in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, in carreria Sancti Francisci, et affrontant ab oriente in tenedone Raymundi Rubey, a meridie in via publica, ab occidente et ab aquilone in furno nostro; totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus; hoc pacto quod tu et tui, qui predictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper michi et successoribus meis quolibet anno in festo Natalis Domini XXXV solidos barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent I[am] marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, et foriscapium si

venderentur vel inpignorarentur. Et ego et successores mei faciemus tibi et tuis predictas domos bonas habere et tenere ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit pro predictis, obligans inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus, presencia et futura. Et pro predicta donacione habui et accepi a te pro accapito VI solidos VIII denaris barchinonensium coronatorum, de quibus per pacatum[a] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[b] non numerate. Et ego Guilelma Torrenta, hec omnia laudo, et solvam tibi et successoribus tuis dictum censum quolibet anno, ut supra dictum est, et tenebo dictas domos condirectas meis propriis sumptibus. Actum est hoc VII° idus novembris, anno Domini M° CC° LX° primo. Sig+num fratris Jacobi de Vallis Quarque predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+num Guilelme Torrente predicte, que hec omnia laudo et firmo. Sig+++na Berengarii *Berga*, et Johannis de Monsono et Guilelmi de *Regals*, testium. Ego Guilelmus Vallispirii hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti. Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, hoc instrumentum receptum et laudatum in posse Petri Calveti condam scriptoris publici Perpiniani, auctoritate ei concessa a curia Perpiniani ex parte domini regis Aragonum, subscripsit post mortem dicti Petri Calveti et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatum *B*. b. peccunie *B*.

598

1261, 21 de novembre

Fra Jaume de Vallcarca, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment dels frares Joan d'Algera i Pere de Cànoes, comanador de la casa del Temple de Centernac, dóna en acapte a Toïr Roca, blanquer, una casa situada a Perpinyà. El terratger haurà de donar als templers 4 sous i 3 diners d'esterlins de plata de cens anual, una meitat a mitjan any i l'altra meitat a final d'any, començant a la primera festa de Sant Andreu, i el foriscapi en cas de mutació. El terratger haurà de mantenir aquesta casa a càrrec seu. Per aquesta concessió, fra Jaume de Vallcarca reconeix haver rebut 12 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 275r-v, acta núm. 485.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 289, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Jacobus de Vallis Carca, preceptor domus Templi Perpiniani, per me et per omnes successores, consilio ac laudamento fratris Johannis de Algera et fratris Petri de *Canois*, preceptoris domus Templi de Sancto Arnaco, dono atque in presenti trado ad accapitum tibi, Toyrio Roche, curaterio, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum,[a] I domum nostram, de celo usque in abyssum,[b] que est intus Perpinianum, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, que affrontat ex una parte in domo Guilelmi de Fabresano condam, et ex alia parte in via publica, et de aliis duabus[c] partibus in nostra tenencia, cedendo inde tibi et tuis racione hujus vendicionis omnes actiones et jura, quas et que in dicta et pro predicta domo habemus et habere debemus contra omnes personas, constituendo inde te procuratorem in rem tuam, hoc pacto quod tu et tui, qui dictam domum habueritis, donetis semper michi et successoribus meis et dicte domui nostre pro censu quolibet anno IIII solidos et III denarios sterlinorum boni argenti et fini recipiendorum, scilicet medietatem in medio anni et aliam medietatem in fine anni, qui annus incipiet in primo festo sancti Andree, et quandocumque et quociescumque dicta domus venderetur vel inpignoraretur, ego et successores mei habeamus inde nostrum foriscapium. Et ego et successores mei faciemus tibi et tuis dictam domum bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis de evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, obligando inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre. Et quod tu et tui teneatis dictam domum condirectam vestris propriis expensis. Et pro predicta donacione habuimus et accepimus a te XII solidos VI denarios barchinonensium bonorum coronatorum, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes excepcioni pecunie[e] non numerate, quam pecuniam[f] recognoscimus versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus nostre. Et ego Toyrius Rocha, hec omnia predicta laudo, promittens[g] tibi, dicto preceptori, me tibi et successoribus tuis solvere dictum censum et tenere dictam domum condirectam, ut dictum est, obligando inde vobis per vinculum omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc VI kalendas decembris, anno Domini M° CC° LXI°. Sig+++na fratris Jacobi de Vallis Carca, et

fratris Johannis de Algera, et fratris Petri de *Canois* predictorum, qui hec laudamus et firmamus. Sig+num Toyrii Roche predicti, qui hec laudo et firmo. Sig+++na Bernardi Caironi, et Petri *Gasau* de Malleolis, et Bernardi Egidii, curaterii, testium. Ego Raymundus Torrent hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. domibus et religionum *B*. b. habissum *B*. c. duobus *B*. d. paccatos *B*. e. peccunie *B*. f. peccuniam *B*. g. promitens *B*.

599

1261, 23 de desembre

Galceran d'Urtx, amb el consentiment de la seva esposa Xatberta, allibera Guillem Massot de la Roca, de la parròquia de Sant Fruitós de Cameles, i el seu fill Ramon, així com tots llurs béns mobles i immobles, de tots els drets reals i personals que té sobre ells i llurs descendents per raó dels seus drets de senyoria, d'homenatge i de servituds, de manera que d'ara endavant seran lliures d'actuar i de testar com a ciutadans romans. Fa aquesta concessió a fra Guillem de Montgrí, preceptor del Masdéu, a les mans i en poder de fra Pere de Camprodon, cambrer del Masdéu. Per aquest afranquiment, Galceran reconeix haver rebut 686 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona. Xatberta cedeix a la casa del Masdéu tots els drets que pot tenir sobre Guillem Massot, el seu fill Ramon i tota llur descendència a causa del dot que ha aportat al seu espòs i de la donació nupcial que ella li ha fet.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 154r-v, acta núm. 250.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 389-391, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos Gaucerandus de Urgio, per nos et per omnes nostros, cum hac presenti carta firmiter imperpetuum valitura, consilio et laudamento domine Xatberte, uxoris nostre, affranchimus, solvimus et diffinimus […][a] vos Guilelmum *Massot* de Rocha de parrochia Sancti Fructuosi de Kamelis, et Raymundum, filium ejus, et omnes descendentes vestros, presentes et futuros, et omnia bona vestra mobilia et inmobilia, presentia et futura, quecumque sint et ubicumque, ab omni jure reali et personali quod in vos et descendentibus vestris, presentibus et futuris, et

etiam in bonis vestris habemus et habere debemus jure dominii, hominatici, servitutis vel quocumque alio modo, totum, integriter ac generaliter, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et vestrorum, et sine ullo malo ingenio; ita quod decetero nos vel nostri vel aliquis nomine nostro nunquam amplius in vos vel descendentibus vestris vel in bonis vestris nichil petere vel exigere valeamus in vita vel in fine, jure dominii, homagii, servitutis nec ullo alio modo, set a nos et a nostris sitis franchi et liberi ab omni jugo servitutis, gaudentes [uti ubique] beneficio pure et mere libertatis. Et vos et descendentes vestros possitis agere et testari sicut cives romani, et vos et descendentes vestros cives romanos facimus, nichil jure nobis neque nostris in vobis vel in descendentibus vestris vel in bonis vestris presentibus et futuris retinentes. Hanc autem affranchitionem, solutionem et diffinitionem facimus domino Deo et fratri Guilelmo de Montegrino, preceptori domus Mansi Dei, et omnibus successoribus suis, in manu et posse fratris Petri de Campo rotundo, cambrerii predicte domus Mansi Dei; et vos, dictos Guilelmum *Massot* et Raymundum, filium ejus, et omnes descendentes vestros, presentes et futuros, cum omnibus bonis vestris presentibus et futuris, in posse et dominio dicti fratris Petri de Campo rotundo, cambrerii, nomine dicti fratris Guilelmi de Montegrino, preceptoris dicte domus Mansi Dei, mittentes; et incontinenti de omni juri, quod in vobis et in bonis vestris habemus, nos et nostros semper denudamus, et dictum preceptorem et omnes successores suos de vobis et de bonis vestris prorsus investimus, et in corporalem possessionem et quasi possessionem, tam juris quam facti, mittimus,[b] pro francho et libero alodio. Et quod ita hec omnia predicta et singula semper teneamus et observemus et quod contra nunquam veniamus, bona fide et per stipulationem promittimus,[c] renunciantes scienter et consulte omni juri divino et humano, generali vel speciali, nobis competenti vel competituro ad hec infringenda, vel aliquid horum predictorum. Profitemur etiam et recognoscimus quod pro predicta affranchitione, solutione et diffinitione, habuimus et accepimus a vobis, predictis Guilelmo *Massot* et Raymundo filio ejus, DCLXXXVI solidos et VI denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valebant unam marcham argenti fini, et sic de omnibus denariis, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[e] non numerate. Et nos domina Xatberta, uxor dicti Gaucerandi de Urgio, hec omnia predicta laudamus et concedimus et solvimus et diffinimus domino Deo et domui Mansi Dei et pre-

dicto fratri Guilelmo de Montegrino, preceptori ejusdem domus, et successoribus suis, totum quicquid juris in predicto Guilelmo *Massot* et Raymundo filio ejus et in omnibus decendentibus eorum habemus et habere aliquo modo debemus ratione dotis quam attulimus predicto marito nostro tempore nupciarum nostrarum vel donationis propter nupcias nobis ad eodem facte vel alio modo. Et quod ita hec omnia predicta et singula semper teneamus et observemus et quod contra nunquam veniamus, bona fide et per stipulationem promittimus,[c] et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Evangeliis, sponte juramus. Virtute cujus juramenti ex certa sciencia renunciamus omni juri hypothecarum[f], et legi julie de fundo dotali, et omni alii legitimi auxilio quo contra hec in aliquo venire possem. Actum est hoc X kalendas januarii, anno Domini M° CC° LX° primo. Sig++na domini Gaucerandi de Urgio et domine Xatberte, uxoris ejus, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++++na Poncii, capellani de Lotes, et Bernardi de *Mersen* de Castro novo, et Vitalis *Bestorr*, et Guilelmi Revullis, presbiteri de Bagis, et Petri *Gerulf*, et Petri Querubi, testium.

Guilelmus Jacobus, scriptor publicus de Insula auctoritate domini Berengarii, Dei gracia Elnensis episcopi, hanc cartam scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *paraula il·legible B*. b. mitimus *B*. c. promitimus *B*. d. paccatos *B*. e. peccunie *B*. f. ypothecarum *B*.

600

1261, 27 de desembre

Guillem Massot de la Roca, de Sant Fruitós de Cameles, i el seu fill Ramon es fan, així com tots llurs descendents, homes propis de la milícia del Temple i de fra Guillem de Camprodon, cambrer del Masdéu. Prometen donar als templers una moneda d'or de cens anual, el dia de Nadal, a títol recognitiu d'aquest homenatge i pel rescat de les servituds que havien de donar-los per les terres de llur mas. D'ara endavant no podran alienar cap de les tinences d'aquest mas sense l'aprovació dels templers. Fra Pere de Camprodon rep Guillem Massot i el seu fill com a homes propis del Masdéu i promet protegir-los, a ells i a llurs béns, segons el bon costum del Masdéu. Aprova els bons costums que els homes de la parròquia de Sant Fruitós de

Cameles tenien fins ara de casar llurs filles, germanes, nebodes o cosines sense haver de pagar-ne rescat als templers. Promet a més a més que els templers no podran excloure'ls, ni a ells ni a llurs successors, del domini del Masdéu.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 148v-149, acta núm. 242.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 393-395, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 308-311, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, Guilelmus *Massot* de Rupe Sancti Fructuosi de Camelis et Raymundus *Massot*, filius ejus, per nos et omnes nostros, bona fide et sine enganno, cum hac presenti carta perpetuo valitura facimus nos et omnes descendentes ex nobis natos et nascituros proprios homines et solidos domus milicie Templi Mansi Dei et domini fratris Guilelmi de Montegrino, preceptoris ejusdem domus, et omnium fratrum ejusdem domus Mansi Dei, presentium et futurorum, in manu et posse de vobis, domino fratre Petro de Campo rotundo, camerario sepedicte domus, promittentes[a] vobis, stipulanti pro dicta domo, bona fide per sollemnem[b] stipulationem, quod nos et nostri erimus vobis et vestris successoribus perpetuo legales homines et fideles in omnibus pro posse nostro. Et in signum dicti homagii et terremeritorum que de terris mansi nostri vobis et domui vestre dare tenebamur, promittimus donare vobis et domui vestre superius nominate perpetuo annuatim de censu in festo Natalis Domini unum aureum bonum et finum recti pensi Perpiniani. Pro quo quidem censu prefato obligamus vobis et domui vestre sepius nominate et vestris successoribus totum mansum nostrum cum omnibus pertinenciis suis et possessionibus dicto manso pertinentibus et pertinere debentibus ubique, et etiam omnia bona nostra adquisita et adquirenda ubique; ita videlicet quod nullam possessionem vestram de dicto manso vel aliunde nobis adquisitam, vel adquirendam decetero, valeamus alienare sine vestra licentia vel vestrorum successorum. Et nos, frater Petrus de Campo Rotundo, camerarius prefatus, per nos et omnes successores nostros et domum nostram sepius nominatam, recipimus vos prefatos per homines nostros proprios et solidos et domus nostre sepius nominate. Et defendemus[c] vos et bona vestra, presentia et futura, juxta bonam consuetudinem domus nostre pretaxate, cedendo vobis et successoribus vestris, laudando et approbando[d] bonas consuetudines quas homines de parrochia Beati Fructuosi de Camelis huc usque habuerunt maritando videli-

cet filias suas, sorores, neptes vel quascumque alias consanguinas sine aliqua redemptione nobis vel nostris successoribus danda. Et quod non possimus vos nec etiam vestros successores de nostra dominatione et domus nostre ullo tempore alienare aliquo modo, prout melius ad utilitatem vestram et vestrorum legi, intelligi ac dici potest, vobis bona fide promittimus.[e] Insuper, per nos et domum nostram predictam, concedimus et approbamus[f] quod in signum et recognitionem dicti homagii et redempcione terre-meritorum que pro possessionibus vestris nobis et domui nostre prestare tenebamini, detis nobis et domui nostre et successoribus nostris perpetuo annuatim de censu in festo Natalis Domini dictum aureum tantum de censu, ut superius dictum est. Actum est hoc VI° kalendas januarii, anno Christi M° CC° LX° primo. Sig++na Guilelmi *Massot* et Raymundi *Massot*, filii ejus, predictorum, qui omnia predicta et singula laudamus et firmamus. Sig++++na fratris Petri de Campo rotundo, camerarii predicti, et fratris Petri de *Lavanach,* et fratris Petri de *Lopia*, preceptoris de *Corbos*, et fratris Guilelmi de Septem *cases*, qui omnia predicta et singula laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Nigri de Villa nova Rationis, et Jacobi de Arriha, presbiterorum, et Raymundi Vitalis de Ortancho,[g] diaconi,[h] hujus rey testium rogatorum.

Guilelmus Revullis, scriptor publicus auctoritate domini Elnensis episcopi, hanc cartam scripsit et rasit et emendavit in XVII[a] linea «de», et in XVIII[a] «septem», et in XIII[a] suprascriptis «alienare», et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitentes *B*. b. sollempnem *B*. c. deffendemus *B*. d. aprobando *B*. e. promitimus *B*. f. aprobamus *B*. g. *Sic B, cal segurament llegir* Ortafano. h. diachoni *B*.

601

1262 (nou estil), 23 de març

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, dóna en acapte a Pere Adela, blanquer, una casa situada a Perpinyà, davant la trilla del Temple. El terratger haurà de donar als templers 5 sous, 7 diners i 1 òbol de moneda coronada de Barcelona de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Guillem de Montgrí reconeix haver rebut 6 sous i 3 diners. Pere Adela promet mantenir aquesta casa a càrrec seu.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 434r-v, acta núm. 820.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 290, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Montegrino, preceptor Mansi Dei, per me et per omnes successores meos dono atque in presenti trado ad accapitum tibi, Petro Adele, curaterio, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, quandam domum nostram, de celo usque in abyssum,[a] que est infra terminos et villam Perpiniani, ante trilliam nostram, et affrontat[b] ab oriente in via publica, a meridie in nostra tenedone, ab occidente et ab aquilone in viis publicis, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus; hoc pacto quod vos et vestri, et qui dictam domum habueritis et tenueritis, donetis michi et successoribus meis pro censu quolibet anno in festo Natalis Domini V solidos VII denarios et obolum barchinonensium coronatorum, de quibus (LXII solidi VI denarii)[c] valent I marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, et foriscapium quandocumque et quocienscumque venderetur vel inpignoraretur. Et promitto[d] inde tibi, stipulanti, quod tibi et tuis teneri de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ex quibus credaris plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis tibi attendendis et complendis, obligo tibi et tuis omnia bona dicti Mansi Dei, presencia et futura. Et pro predicta donacione, habui et accepi a te pro accapito VI solidos III denarios barchinonensium coronatorum, de quibus per pacatum[e] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[f] non numerate, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani. Et quod contra non veniam mea bona fide tibi promitto.[d] Et ego Petrus Adela, curaterius, promitto[d] tibi, fratri Guilelmo, et successoribus tuis, quod tenebo dictam domum condirectam meis propriis expensis, et solvam dictum censum, ut supradictum est, obligans inde tibi et successoribus tuis omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc X° kalendas aprilis, anno Domini M° CC° LX° primo. Sig++na fratris Guilelmi de Montegrino, preceptoris Mansi Dei, et Petri Adele, curaterii, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Tolsani, et Aysoloni de *Agnils* et Guilelmi Ministralis, clerici, testium. Ego Guilelmus Arnaldi hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-m-num fecit.

a. habissum *B*. b. affronta *B*. c. LXII solidi VI denarii *omès B*. d. promito *B*. e. paccatum *B*. f. peccunie *B*.

602

1262, 20 de maig. Montpeller

Jaume I, rei de Catalunya-Aragó, concedeix a perpetuïtat a fra Guillem de Montgrí, comanador, i a tot el convent del Masdéu el dret d'utilitzar l'aigua que s'escorre dins el canal de Ponç Paüc [a Perpinyà], davant les entrades de llurs estables i de llurs horts, per tal de regar llur hort situat prop del rec dels molins del Temple i prop del convent dels frares menors i de pouar-hi aigua per a fer-ne ús a voluntat, mentre no en resulti cap perjudici per a l'escolament del canal, de manera que ningú no els impedeixi d'utilitzar aquesta aigua o no els ocasioni algun altre disgust.

A[1] Original, Pergamí antigament proveït d'un segell penjant, amplada 230/240 mm, alçada 170/175 mm, ADPO, Hp183.[153]

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 4v, acta núm. 11, segons *A*[1].

C Còpia del segle XIV, ACA, Cancelleria Reial, Cartes reials de Jaume I, extrasèries, núm. 44, doc. 1.

C[1] Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. S, pp. 457-458, segons *A*.

D[1] Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. A, p. 222, segons *B*.

D[2] Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 405-406, segons *B*.

E Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 312-313, segons *B*.

Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gracia rex Aragonum, Majoricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros damus et concedimus et tradimus firmiter imperpetuum vobis, venerabili fratri Guilelmo de Montegrino, preceptori Mansi Dei, et toti conventui

153. El document porta al dors la menció «est factum» que indica la seva transcripció en el cartulari a final del segle XIII; un regest de final del segle XV en català: «Privilegi de pendre ayga per re[gir] l'ort del Temple»; la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2544», i la signatura topogràfica: «41 - A».

domus milicie Templi Mansi Dei, et omnibus successoribus vestris, plenam et liberam facultatem percipiendi aquam que labitur de recho Poncii Pauci, que transit ante hostium boaliis vestre et hostium orti vestri, ad irrigandum dictum ortum vestrum, qui est juxta recum molendinorum vestrorum et juxta domum Fratrum Minorum, et ad auriendum dictam aquam ad omnes usus vestros vestrorumque et quorum volueritis, dummodo quantum ad aquam dicte cequie nullum possit prejudicium generari, ita quod nullus vobis impediat dictam aquam vel vobis aliquam molestiam inferat. Mandantes vicariis, bajulis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod dictam donationem ex parte nostra et auctoritate faciant inviolabiliter observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua ratione. Datum in Montispessulano, XIII° kalendas junii, anno Domini M° CC° sexagesimo secundo.

Signum (SM) Jacobi, Dei gracia regis Aragonum, Majoricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: (*1a columna*) Gaucerando de Pinos, (*2a columna*) Raymundo de Guardia, *Garssias*[a] *Ortiç de Açagra*, (*3a columna*) Gomicius de Podio, Ato de Focibus.

Sig-(SM)-num Petri de *Capellades,*[b] qui, mandato domini regis, hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

a. Garcias *B*. b. Capelades *B*.

603

1262, 21 de maig

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere de Camprodon i Jaume de Vallcarca, comanador de la casa de Perpinyà, dóna en acapte a Palau Forner tres cases contigües situades a la vila de Perpinyà. El terratger haurà de donar als templers 5 masmudines senars d'or i 3 esterlins de plata de cens anual el dia de Sant Joan Baptista, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Guillem de Montgrí reconeix haver rebut 18 sous i 9 diners de moneda coronada de Barcelona. Palau Forner promet mantenir aquestes cases a càrrec seu.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 274v, acta núm. 483.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 291, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Monte Grino, preceptor domus Mansi Dei, consilio et assensu fratris Petri de Campo rotundo, et fratris Jacobi de Vallis Carca, preceptor domus Perpiniani, per nos et omnes successores nostros damus ad accapitum tibi, Palacio Fornerio et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, III domos que[a] se continent, que sunt intus villam Perpiniani, et affrontant ab oriente in via publica, a meridie in domo condam Anfossii de Baricis, ab occidente in nostra tenedone, ab aquilone in domo Guilelmi de Capsirio, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus; hoc pacto quod tu et tui, qui dictas domos habueritis, donetis semper nobis et nostris successoribus quolibet anno in festo sancti Johannis Babtiste de junio V maçmutinas *senars* boni auri et fini recipiendas et III sterlingos boni argenti et fini recipiendos, et foriscapium quandocumque et quocienscumque venderetur vel inpignoraretur. Et nos faciemus tibi et tuis predictas domos bonas habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur[b] inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, obligantes inde tibi per vinculum omnia bona nostra predicte domus nostre. Item, profitemur et recognoscimus tibi quod pro predicto accapito, habuimus et accepimus[c] a te XVIII solidos VIIII denarios barchinonensium bonorum coronatorum, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[e] non numerate. Et ego Palacius Fornerius, hec omnia predicta laudo; et promitto[f] vobis me solvere vobis dictum censum in dicto termino, ut dictum est; et tenebo predictas domos condirectas meis propriis expensis, obligando inde vobis per vinculum omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc XII° kalendas junii, anno Domini M° CC° LX° II°. Sig+++na fratris Guilelmi de Montegrino, et fratris Petri de Campo rotundo, et fratris Jacobi de Vallis Carca, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+num Palacii Fornerii predicti, qui hec omnia laudo. Sig+++na Petri Teulis, et Petri Gasaldi et Raymundi *Tolsa*, testium. Ego Raymundus Torrent hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. qui *B*. b. tenemur *B*. c. accepimur *B*. d. paccatos *B*. e. peccunie *B*. f. promito *B*.

604

1262, 18 de juny

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, autoritza Ermengol de Forques i Berenguer Taló a fer una tanca i una entrada sobre el rec que hi ha entre la trilla de la casa del Temple de Perpinyà i llur tinença, la qual afronta al sud amb l'hort dels frares menors de Perpinyà, amb la condició que aquesta tanca no impedeixi l'escolament de l'aigua del rec que serveix per a regar la trilla del Temple i per a alimentar el pou dels frares menors. I els templers o llurs servidors podran entrar en aquest clos a fi d'escurar el rec, si això resulta necessari o si els terratgers es neguen a fer-ho. I si es desplaça la barrera de la trilla que afronta amb el rec, a l'oest, llavors els templers passaran per la tinença d'Ermengol i de Berenguer per escurar el rec, cosa que els evitarà passar per la tinença.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 366v, acta núm. 667.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 292-293, segons B.

Notum sit cunctis quod nos, frater Guilelmus de Montegrino, preceptor domus Mansi Dei, concedimus vobis, Ermengaudo de Furchis et Berengario Taloni, quod possitis facere clausuram et etiam hostium in recatura illa, que est inter trillam domus milicie Templi Perpiniani et tenenciam vestram, que se tenet cum orto Fratrum Minorum Perpiniani ex parte meridie, per quam quidem reccaturam intrat aqua ad rigandum triliam domus milicie Templi Perpiniani et ad puteum Fratrum Minorum. Predictam clausuram in dicta recatura faciatis eo modo quod libere dicta aqua intrare possit ad triliam nostram predictam et ad puteum Fratrum Minorum predictum. Et nos et fratres nostri, et alii qui pro nobis fuerint, possint intrare ad curandum, si necesse fuerit, predictam reccaturam per hostium quod facietis juxta clausuram predictam, si dictam recaturam vos vel alii qui tenenciam vestram tenerent dictam recaturam curare nolletis. Et si contingeret quod vallum dicte trille, quod est juxta aculeam ex parte occidente, removeretur inde extunc per tenenciam vestram nos et nostri haberemus ingressum ad curandam dictam recaturam predictam, ita quod

per tenenciam nostram ad eam curandam intrare non debeamus. Et nos Ermengaldus de Furchis et Berengarius Taloni hec omnia predicta laudamus, et servabimus, et quod contra non veniemus bona fide et per stipulacionem vobis promittimus.[a] Actum est hoc XIIII° kalendas julii, anno Domini M° CC° LX° II°. Sig+num fratris Guilelmi de Montegrino predicti, qui hec omnia laudamus. Sig++na Ermengaldi de Furchis et Berengarii Taloni predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Guilelmi *Carles,* et Petri Grimaldi et Petri Garrige, testium. Ego Raymundus Torrent hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus *B*.

605

1262, 20 de juliol

Bernat Costa, de la parròquia de Sant Pere de la Serra, reconeix a fra Pere de Camprodon, sotscomanador i batlle forà del Masdéu, que està obligat a donar un cens anual a la casa del Masdéu, el dia de Nadal, per una feixa de terra i una petita eixida contigua, situades en aquesta parròquia, al lloc anomenat les Trilles.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 155v-156, acta núm. 254.

Notum sit cunctis quod ego Bernardus Costa de parrochia Sancti Petri de Serra, per me et meos, cum hac presenti carta perpetuum valitura, profiteor et in veritate recognosco vobis, fratri Petro de Campo rotundo, subpreceptori et bajulo forensi domus Mansi Dei, quod teneor dare de censu […][a] pro quadam faxia terre et quodam[b] patili, quod se tenet cum dicta faxia […][c] et domui vestre predicte dare annuatim perpetuo in festo Natalis Domini. Est autem dicta faxia in terminis Beato Petri de Serra, loco vocato ad Trillas, et affrontat ab oriente in [*canabac*], a meridie et occidente et aquilone in possessionibus meis. Actum est hoc XIII° kalendas augusti, anno Christi M° CC° LX° secundo. Sig+num Bernardi Costa predicti, qui omnia predicta et singula laudo et firmo. Sig+++na Guilelmi *Gras* de [...][d] et Arnaldi de *Cases Sobiranes,* et Jordani de Puteo de Sancto Petro de Serra, hujus rey testium rogatorum.

Guilelmus Revullis, scriptor publicus auctoritate domini Elnensis episcopi, hanc cartam scripsit et hoc signum (SM) fecit.

a. *Passatge il·legible, llacuna de 70 mm B.* b. quoddam *B.* c. *Passatge il·legible, llacuna de 60 mm B.* d. *Paraula il·legible B.*

606

1262, 20 de juliol

Fra Pere de Camprodon, sotscomanador i batlle forà del Masdéu, redueix a Jordà del Pou de la Serra el cens i les servituds que acostumava a fer a la casa del Masdéu per la seva masada situada al terme de Sant Pere de la Serra, al lloc anomenat Pou de la Serra, segons un cens anual de 7 sous melgoresos pagable el dia de Nadal.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 156, acta núm. 255.

Notum sit cunctis quod nos frater Petrus de Campo Rotundo, subpreceptor et bajulus forensis domus Templi Mansi Dei, per nos et omnes successores nostros, cum hac presenti carta perpetuum valitura, reducimus tibi, Jordano de Puteo de Serra, totum censum et terremerita que tu et tui pro mansata tua facere consuevistis nobis et domui nostre Mansi Dei prefate ad VII solidos malguriensium bonorum, quos tu et tui (faciatis)[a] nobis et domui nostre prefate annuatim perpetuo in festo Natalis Domini. Et hoc facimus prout melius ad utilitatem tuam et tuorum legi, intelligi ac dici potest. Et ego Jordanus de Puteo de Serra predictus, per me et omnes meos, promitto[b] vobis, domino meo fratri Petro de Campo rotundo predicto, quod dabo vobis et domui vestre sepius nominate dictos VII solidos annuatim perpetuo in festo Natalis Domini pro censu et redditibus prefatis, quos habere consuevistis de mansata mea quam pro vobis et domo vestra prefata teneo et tenere debeo loco vocato ad Puteum de Serra, et est in terminis Sancti Petri de Serra. Pro quibus VII solidis predictis, obligo vobis et domui vestre prefate omnes possessiones meas et omnia alia bona mea, adquisita et adquirenda, ubique. Actum est hoc XIII° kalendas augusti, anno Christi M° CC° LX° secundo. Sig+num fratris Petri de Campo rotundo, subpreceptori et bajuli forensis domus Templi Mansi Dei, predicti, qui omnia predicta et singula laudamus et firmamus. Sig+num Jordani de Puteo de Serra predicti, qui omnia predicta et singula laudo et firmo. Sig+++na

Arnaldi de *Cases Sobiranes*, et Guilelmi *Massot* de Rupe de parrochia Sancti Fructuosi de Camelis, et Guilelmi Kayranis de Toirio, hujus rey testium rogatorum. Guilelmus Revullis, scriptor publicus auctoritate domini Elnensis episcopi, hanc cartam scripsit et hoc signum (SM) fecit.

a. faciatis *omès B*. b. promito *B*.

607

1262, 20 de juliol

Fra Pere de Camprodon, sotscomanador i batlle forà del Masdéu, redueix a Pere de Savila de Sant Pere de la Serra el cens i les servituds que acostumava a fer a la casa del Masdéu per la seva masada o borda del Castelar, situada al terme de Sant Pere de la Serra, al lloc anomenat Vila, segons un cens anual de 6 sous i mig de moneda melgoresa pagable el dia de Nadal.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 156v, acta núm. 256.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus de Campo rotundo, subpreceptor et bajulus forensis domus Mansi Dei, per nos et omnes successores nostros, cum hac presenti carta inperpetuum valitura, reducimus tibi, Petro de Sa[a] vila de Sancto Petro de Serra, totum censum et terremerita que tu et tui pro mansata vel borda tua facere consuevistis nobis et domui nostre Mansi Dei prefate ad VI solidos malguriensium et dimidium bonorum, quos tu et tui faciatis nobis et domui nostre predicte annuatim perpetuo in festo Natalis Domini. Et hoc facimus prout melius ad utilitatem tuam et tuorum legi ac dici potest. Et ego Petrus de *Sa vila* de Sancto Petro Serra predictus, per me et omnes meos, promitto[b] vobis, domino meo fratri Petro de Campo rotundo predicto, quod dabo vobis et domui vestre sepius nominate dictos VI solidos et dimidium annuatim perpetuo in festo Natalis Domini pro censu et redditibus prefatis, quos habere consuevistis de mansata vel borda mea *del Castelar*, quam pro vobis et domo vestra prefata teneo et tenere debeo loco vocato ad Villam, et est in terminis Sancti Petri de Serra. Pro quibus VI solidis et dimidium predictis, obligo vobis et domui vestre prefate omnes possessiones meas et omnia alia bona mea mobilia et inmobilia, adquisita et adquirenda, ubique. Actum est hoc XIII° kalendas augusti, anno Christi M° CC° LX° secundo. Sig+num fratris Petri de Campo rotundo,

subpreceptori et bajuli forensis domus Templi Mansi Dei, predicti, qui omnia predicta et singula laudamus et firmamus. Sig+num Petri de *Sa vila* de Sancto Petro de Serra, qui omnia predicta et singula laudo et firmo. Sig+++na Jordani de Puteo de Serra, et Guilelmi *Massot* de Rupe de parrochia Sancti Fructuosi de Camelis, et Guilelmi Kayranis de Toirio, hujus rey testium rogatorum. Guilelmus Revullis, scriptor publicus auctoritate domini Elnensis episcopi, hanc cartam scripsit, et suprascripsit «nostra» in quarta linea, et hoc signum (SM) fecit.

a. sala *B*. b. promito *B*.

608

1262, 15 d'agost

Guillem de Sant Martí, fill del difunt Ramon de Sant Martí, de Montesquiu, ven a fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, i als altres frares d'aquesta casa tota l'honor que posseeix a la parròquia de Santa Maria de Nils i que el seu germà, Berenguer de Sant Martí, tenia en feu per ells, excepte el delme que té sobre aquest terme. Pel preu d'aquesta venda reconeix haver rebut 412 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona. Berenguer de Sant Martí i Adelaida, germà i germana de Guillem, confirmen aquesta venda.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 199r-v, acta núm. 348.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 407-408, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Guilelmus de Sancto Martino, filius condam Raymundi de Sancto Martino de Montesquivo, per me et per omnes meos, cum hac presenti carta perpetuo valitura vendo, dono et cedo vobis, domino fratri Guilelmo de Montegrino, preceptori domus Templi Mansi Dei, et omnibus fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, totum honorem meum, quem habeo et habere debeo in terminis et adjacentia Beate Marie de *Anils*, quem tenebat frater meus Berengarius de Sancto Martino pro vobis et domo vestra predicta in feudum, cum hominibus et feminis natis et nascituris, mansatis, bordis, campis, vineis, heremis et condirectis, casis, casalibus, ortis, ortalibus, arboribus fructiferis et infructiferis, quartis, quintis, agrarii et aliis terremeritis, brassaticis, censibus, usaticis, ademprivis, accapitis, foriscapiis et omnibus aliis juribus dicto honori pertinentibus et pertinere de-

bentibus ubique, cedendo actiones omnes et jura, quas et que in predicto et pro predicto honore contra omnes personas habeo vel habere debeo, preter decimam quam in dicta adjacentia et dictis terminis habeo et habere debeo. Hanc siquidem venditionem et cessionem predictam facio vobis et domui vestre predicte, prout melius ad utilitatem vestram et domus vestre legi, intelligi ac dici potest, pretio quadringentorum XII solidorum et VI denariorum barchinonensium bonorum coronatorum, de quibus per pacatum[a] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[b] non numerate, et omni juri divino et humano, scripto vel non scripto, legis vel consuetudinis, et expresse illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi pretii sunt decepti, promittens[c] vobis bona fide per sollemnem[d] stipulationem, quod nichil feci, vel decetero faciam, quominus hec venditio valeat, vel infringi possit, quod si forte feci, vel decetero faciam, pro infecto habeatur et nullas prorsus vires habeat. Nam in presenti de tota venditione me et meos penitus denudo et vos et vestros et domum vestram in rem vestram procuratores constituo et in corporalem possessionem juris et facti vos et domum vestram mitto,[e] constituendo me possidere vel quasi omnia predicta et singula nomine vestro et vestrorum successorum. Et si contingeret vos vel successores vestros defendere[f] ex expensis vestris causam vel causas evictionis, promitto[g] per me et per omnes meos successores vobis vel vestris successoribus predictis expensas restituere, de quibus credamini simplici verbo vestro sine aliqua probatione. Preterea remitto[h] vobis et successoribus vestris necessitatem denunciandi in causa vel causis evictionum. Item, promitto[g] vobis quod si aliquis moveret vobis vel domui vestre aliquam causam pro dicto honore vel pro aliquo ipsius honoris, suscipiam illam causam vel causas, et ducam ipsam vel ipsas meis sumptibus quousque fuerit omnino terminata. Et pro omnibus predictis et singulis obligo vobis et domui vestre omnia bona mea ubique, presentia et futura. Et quod ita semper observem et contra non veniam bona fide promitto[g] vobis, et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Evangeliis, sponte juro. Et ego Berengarius de Sancto Martino predictus, et ego Adalaidis, soror[i] ipsorum, simul in unum, per nos et omnes nostros omnia predicta et singula laudamus, solventes et diffinientes vobis et domui vestre predicte quicquid juris habemus vel habituri sumus in omnibus predictis et singulis ratione substitutionis vel alio quocumque modo. Et quod contra non veniamus bona fide promittimus[j] vobis per stipulationem, et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Evangeliis,

ego dicta Adalaidis, sponte juro. Actum est hoc XVIII° kalendas septembris, anno Christi M° CC° LX° secundo. Sig+num Guilelmi de Sancto Martino predicti, qui omnia predicta et singula laudo et firmo. Sig++na Berengarii de Sancto Martino et Adalaidis, soror eorum, predictorum, qui omnia predicta et singula laudamus et firmamus. Sig+++na Bernardi *Quayro* de Perpiniano, et Aysolini, bajuli de *Anils*, et Petri *Pedres*, presbiteri de Lupiano, hujus rey testium rogatorum.

Guilelmus Revullis, scriptor publicus auctoritate domini Elnensis episcopi, hanc cartam scripsit, cum litteris[k] rasis et emendatis in VI[a] linea et in X[a] et XVI[a], et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatum *B*. b. peccunie *B*. c. promitens *B*. d. sollepnem *B*. e. mito *B*. f. deffendere *B*. g. promito *B*. h. remito *B*. i. sororum *B*. j. promitimus *B*. k. literis *B*.

609

1262, 25 d'agost

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Jaume de Vallcarca, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Pere Gasau de Malloles, habitant de Perpinyà, una casa situada a Perpinyà, El terratger haurà de donar a la casa del Temple 25 sous de moneda coronada de Barcelona de cens anual el dia de Sant Miquel de setembre, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Guillem de Montgrí reconeix haver rebut 25 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 278r-v, acta núm. 491.
C Còpia parcial de començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 294, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Montegrino, preceptor domus Templi Mansi Dei, per me et per omnes successores meos, consilio et laudamento fratris Jacobi de Vallis Carque, preceptoris domus Templi Perpiniani, dono atque in presenti trado ad accapitum tibi, Petro *Gasau* de Malleolis, habitanti Perpiniani, et tuis perpetuo, unam domum nostram, que est in terminis Perpiniani, de celo usque in abyssum,[a] et affrontat ab oriente in nostra tenencia, a meridie in via publica, ab occidente in tenencia Poncii Pauci, ab aquilone in tenencia Griffe, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus; hoc pacto quod tu et tui, qui dictam domum habue-

ritis et tenueritis, donetis semper nobis et dicte domui nostre de censu quolibet anno in festo sancti Michaels septembris XXV solidos barchinonensium coronatorum, cujus monete valent LXII solidi VI denarii unam marcham argenti fini. Et quocienscumque dicta domus venderetur, ego et successores mei habeamus inde nostrum foriscapium. Et ego et successores mei faciemus tibi et tuis dictam domum bonam habere et tenere in pace ab omni persona; et tenebimur inde tibi et tuis de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ex quibus credaris plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus predictis et singulis, obligo tibi et tuis omnia bona dicte domus nostre. Actum est hoc VIII° kalendas septembris, anno Domini M° CC° LXII°. Sig++na fratris Guilelmi de Montegrino, preceptoris Mansi Dei, et fratris Jacobi de Vallis Carque predictorum, qui hec laudamus. Sig+num Petri *Gasau* predicti, qui hoc laudo et firmo, promittens[b] tibi, dicto preceptori Mansi Dei, me tibi et successoribus tuis solvere dictum censum, ut dictum est. Preterea ego dictus preceptor Mansi Dei, profiteor me habuisse a te, dicto Petro *Gasau*, pro acapito predicto XXV solidos barchinonensium coronatorum, de quibus per pacatum[c] me teneo, renuncians excepcioni pecunie[d] non numerate. Sig+++na Berengarii de Berga, et Arnaldi de Furchis, et fratris Petri de Canois, testium. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. promitens *B*. c. paccatum *B*. d. peccunie *B*.

610

1262, 25 d'agost

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Jaume de Vallcarca, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i Pere de Camprodon, sotscomanador del Masdéu, dóna en acapte a Bernat d'Avalrí, pellaire, una casa situada a Perpinyà. El terratger haurà de donar 2 sous i 3 diners d'esterlins de plata de cens anual el dia de Sant Bartomeu, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Guillem de Montgrí reconeix haver rebut 15 sous de moneda barcelonesa coronada. El terratger haurà de mantenir aquesta casa a càrrec seu.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 401r-v, acta núm. 741.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 295, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Montegrino, preceptor domus Mansi Dei, per me et per omnes successores meos, consilio et laudamento fratris Jacobi de Valle Quarque, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Petri de Campo rotundo, subpreceptoris Mansi Dei, dono et trado ad accapitum tibi, Bernardo de Avalrino, pellipario, et tuis perpetuo, unam domum nostram, de celo usque in abyssum,[a] que est in terminis Perpiniani, et affrontat ab oriente in operatorio Michaelis Sutoris, a meridie in domo Petri de Vilario, ab occidente in domo Garsendis Maurane, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus; et quod tu non possis eam vendere nec alienare sanctis nec militibus nec eorum uxoribus nec domibus religionum, hoc pacto quod tu et tui, qui dictam domum habueritis et tenueritis, donetis michi et successoribus meis, et dicte domui nostre, quolibet anno in festo sancti Bartholomei apostoli, II solidos III denarios sterlinorum boni argenti et fini recipiendo de censu. Et quocienscumque venderetur dicta domus, ego et successores mei habeamus inde nostrum foriscapium. Et ego et successores faciemus tibi et tuis predictam domum bonam habere et tenere ab omni persona in pace imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis de omni evictione, obligantes inde tibi et tuis omnia bona dicte domus Mansi Dei. Et pro predicto accapito, habui et accepi a te XV solidos barchinonensium coronatorum, cujus monete valent LXII solidi VI denarii unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatum[b] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[c] non numerate. Et quod tu et tui teneatis dictam domum condirectam vestris expensis. Et ego dictus Bernardus de Avalrino, hec omnia laudo predicta, promittens,[d] sub obligatione omnium bonorum meorum, tibi, dicto preceptori Mansi Dei, me tibi et successoribus tuis solvere dictum censum quolibet anno, ut dictum est, et alia predicta attendere, ut supradictum est. Actum est hoc VIII° kalendas septembris, anno Domini M° CC° LX° secundo. Sig+++na fratris Guilelmi de Montegrino, et fratris Jacobi, et fratris Petri predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+num Bernardi Avalrini predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++na Arnaldi de Furchis, et Berengarii Berga, et fratris Petri de *Canois*, testium. Ego Ermengaldus Comitis hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti,

et suprascripsi in VII[a] «de censu».

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-m-num fecit.

a. habissum *B*. b. paccatum *B*. c. peccunie *B*. d. promitens *B*.

611

1262, 29 d'agost

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, dóna en acapte a Bernat Picany una casa situada a Perpinyà. El terratger haurà de donar a la casa del Temple 21 sous i 3 diners de moneda coronada de Barcelona de cens anual el dia de Sant Miquel de setembre, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Guillem de Montgrí reconeix haver rebut 5 sous de moneda barcelonesa coronada.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 280v-281, acta núm. 496.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 296, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Montegrino, preceptor domus Mansi Dei, per me et omnes successores meos dono atque in presenti trado ad accapitum tibi, Bernardo *Picayn*, et tuis et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, quandam domum nostram, de celo usque in abyssum,[a] que est infra terminos et villam Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Grifedi, a meridie in nostra tenencia, ab occidente in domo Toyrii Roche, ab aquilone in via publica, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus; hoc pacto quod tu et tui, qui dictam domum habueritis et tenueritis, donetis michi et successoribus meis semper de censu quolibet anno in festo sancti Michaelis septembris XXI solidos III denarios barchinonensium coronatorum, et foriscapium quandocumque et quocienscumque venderetur[b] vel inpignoraretur. Et ego et successores mei faciemus tibi et tuis dictam domum bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde tibi et tuis de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facer contigerit, ex quibus credaris plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis tibi attendendis et complendis, obligo tibi et tuis omnia

bona dicte domus nostre. Et pro predicta donacione, habui et accepi a te pro accapito V solidos barchinonensium coronatorum, de quibus per pacatum[c] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[d] non numerate, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani. Et quod contra non veniam bona fide tibi promitto.[e] Et ego Bernardus *Picayn*, hec omnia predicta laudo, et solvam tibi et successoribus tuis dictum censum, ut supradictum est, obligans inde vobis omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc IIII° kalendas septembris, anno Domini M° CC° LX° II°. Sig++na fratris Guilelmi de Montegrino, preceptoris, et Bernardi *Picayn* predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Berengarii *Torrat*, et Johannis de Miliaribus et Arnaldi de Furchis, testium. Ego Guilelmus Arnaldi hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. vendetur *B*. c. paccatum *B*. d. peccunie *B*. e. promito *B*.

612

1262, 30 d'agost

Arnau de Sant Marçal, fill del difunt Berenguer d'Orla, de 18 anys d'edat, reconeix a fra Pere de Camprodon, sotscomanador del Masdéu, que ell i els seus han rebut injustament dues gallines de cens, és a dir, una gallina de Pere d'Ultra i una d'Arnau de Cases Sobiranes, home del Temple, per cases que aquests darrers tenen per la casa del Masdéu dins la cellera del castrum *de Sant Marçal. Arnau de Sant Marçal renuncia definitivament a aquestes sostraccions i es compromet sota jurament a respectar la seva promesa.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 149, acta núm. 243.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 408-409, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 314-315, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Arnaldus de Sancto Martialo,[a] filius Berengarii de Orulo condam, profitens et in veritate recognoscens me esse in etate XVIII° annorum et ultra, recognosco vobis, fratri Petro de Campo rotundo, subpreceptori domus mili-

cie templi Mansi Dei, me et meos recipisse injuste duas gallinas de censu, unam videlicet a Petro de Ultra, pro duabus domibus quas tenet a vobis et domo Mansi Dei, et alteram ab Arnaldo de *Cases sobiranes* homine vestro, pro quadam alia domo quam tenet pro vobis et domo vestra Mansi Dei predicta. Que domus predicte sunt intus cellariam castri Sancti Martialis. Ideoque solvo et diffinio vobis et domui vestre predicte, per me et meos perpetuo, dictas gallinas, prout melius ad utilitatem vestram et domus vestre predicte legi, intelligi ac dici potest. Insuper promitto[b] vobis bona fide per sollemnem[c] stipulationem quod contra predicta non veniam per me vel per aliam aliquam interpositam personam, quod juro per Deum, tactis sponte corporaliter sacrosanctis IIII[or] Dei Evangeliis. Affrontat autem domus Petri de Ultra ex una parte in via publica, de secunda parte in domo Petri *des Noger*, de III parte in domo Petri de Villa, de IIII parte in cellario Arnaldi de *Cases sobiranes*. Domus vero Arnaldi de *Cases sobiranes* affrontat de I[a] parte in via publica, de secunda parte in domo Petri de Oltra, de III[a] parte in domo Petri de *Sarruhira*, de IIII[a] vero parte in via publica. Actum est hoc III° kalendas septembris, anno Christi M° CC°LX° secundo. Sig+num Arnaldi de Sancto Martialo predicti, qui hec omnia predicta et singula laudo et firmo testesque firmare rogo. Sig+++na Guilelmi de *Ortals,* et Raymundi *Auriol* de *Segrevela*, et Petri *des Noger*, hujus rey testium rogatorum. Guilelmus Revullis, scriptor publicus auctoritate domini Elnensi episcopi, hanc cartam scripsit, et suprascripsit «Arnaldo» in VIII[a] linea, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Martilo *B*. b. promito *B*. c. sollempnem *B*.

613

1262, 5 de setembre

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, fra Pere de Camprodon, sotscomanador, fra Jaume de Vallcarca, comanador de la casa de Perpinyà, i fra Berenguer de la Tallada donen en acapte a Joan Panistrer, blanquer, dues cases contigües situades a la vila de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles. El terratger haurà de donar a la casa del Temple 15 sous de moneda coronada de Barcelona de cens anual el dia de Santa Maria de setembre, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, els templers reconeixen haver rebut 15 sous.

A[1] Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí, amplada 165 mm, alçada 105 mm, ADPO, Hp188.[154]

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 405v-406, acta núm. 751, segons *A*[1].

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. S, p. 458, segons *A*[1].

D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 297, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Montegrino, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Petrus de Campo rotundo, sub comendator dicte domus, et ego frater Jacobus de Valliscarque, comendator domus Templi Perpiniani, et ego frater Berengarius de Talada, per nos et per omnes nostros successores damus ad acapitum[a] et in presenti tradimus tibi, Johanni Panisterio,[b] aluderio, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, II domos que se[c] tenent, que sunt in villa Perpiniani, extra portale quod dicitur de Malleolis, et affrontant ab oriente in tenedone Petri Adele, curaterii, quam pro nobis tenet, a meridie et ab occidente in nostra tenedone, ab aquilone in via publica, hoc pacto quod tu et tui, qui dictum acapitum[a] habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno de censu in festo sancte Marie septembris, XV solidos barchinonensium coronatorum, de qua moneta valeant[d] LXII solidis VI denariis I marcham argenti fini recti pensi Perpiniani. Et promitimus tibi quod nos et nostri successores faciemus tibi et tuis dictum acapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona in perpetuum,[e] et tenemur[f] inde tibi et tuis de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presentia et futura. Et pro predicto acapito,[g] habuimus et accepimus a te XV solidos barchinonensium coronatorum, de quibus per paccatos nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie non numerate. Et ego Johannes Panisterius, hec omnia laudo, et promitto[h] vobis, dictis fratri Guilelmo de Montegrino et fratri Petro de Campo rotundo et fratri Jacobo et fratri Berengario de Talada, me solvere vobis

154. El document porta al dors la menció «est factum» que indica la seva transcripció al cartulari a final del segle XIII; una anotació del segle XIV en català: «Carta de la casa den [...] foral portal de Mayloles»; una anotació del segle XV: «Carta d'una casa for lo portal de Malloles», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 1353».

et successoribus vestris dictum censum in dicto termino, et alia predicta atendem[i], ut supradictum est, obligando inde vobis et successoribus vestris per vinculum omnia bona mea, presentia et futura. Actum est hoc nonas septembris, anno Domini M° CCLXII°. Sig++++na fratris Guilelmi de Montegrino, et fratris Petri de Campo rotundo, et fratris Jacobi, et fratris Berengarii de Talada predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+num Johannis Panisterii predicti, qui hec laudo. Sig++na Bernardi Caironi, et Petri Stephani, testium. Ego Raymundus *Torrent* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. accapitum B. b. Panistrerio *B*. c. se *omès B*. d. valent *B*. e. imperpetuum *B*. f. *Sic AB per* tenebimur. g. accapito *B*. h. promito *B*. i. attendere *B*.

614

1262, 29 d'octubre

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, per manament de Guillem de Pontons, mestre de la milícia del Temple a Aragó i Catalunya, i amb l'acord de tota la comunitat del Masdéu, dóna en acapte a Arnau Traver, Pere Figueres i Bernat Roig, homes del Temple, tota l'honor que els templers posseeixen a Sant Hipòlit, excepte un farraginar, un hort i un prat. Aquesta honor està constituïda per un total de disset camps. Els terratgers hauran de donar a la casa del Temple 90 aimines d'ordi i 15 aimines de blat, mesura rasa de Sant Hipòlit, de cens anual el dia de la festa dels sants Pere i Fèlix.[155] *Cada un d'ells pagarà una tercera part d'aquesta servitud, que serà recaptada a l'era i que transportaran a càrrec seu amb les bèsties fins a la casa del Temple a Sant Hipòlit. Els terratgers i llurs descendents no podran alienar aquests béns, si no és a un d'ells pagant la meitat del foriscapi. De la mateixa manera, només podran llegar aquesta honor a llur únic hereu, home propi de*

155. Aquest import constituïa aleshores la totalitat dels agrers d'ordi i de forment percebuts pel Temple a Sant Hipòlit si ens referim a les xifres indicades al capbreu dels ingressos del Temple al Rosselló redactat per ordre de fra Guillem de Pontons el 1264; vegeu més endavant, l'acta núm. XXIX dels documents complementaris.

la casa del Masdéu. Els templers els cedeixen igualment la totalitat de les joves de llaurades que tenen a la vila de Sant Hipòlit, amb la condició que els abonin anualment, el dia de la festa dels sants Pere i Fèlix, un esterlí el dia de jova. Cada terratger haurà de donar als templers 30 somades de palla de blat i 20 somades de palla d'ordi a l'any. Igualment hauran de llaurar amb llurs propis mitjans el farraginar del Temple. Per aquesta concessió, els templers reconeixen haver rebut un dret d'entrada de 375 sous barcelonesos. Fra Guillem de Pontons aprova aquesta transacció el 13 de setembre de 1263 a Montsó.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 24-25, acta núm. 42.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 411-414, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 316-325, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Guilelmus de Monte Grino, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, de mandato et concensu domini fratris Guilelmi Pontones, domorum milicie Templi in Aragonia et Cathalonia magistri, et de voluntate et concensu totus conventus domus prefate Mansi Dei, scilicet fratris Berengarii de Talada, et fratris Petri de Campo rotundo, subpreceptoris, et fratris Lupi de Biocha, camerarii, et fratris Bernardi Raymundi, capellani, et fratris Petri de Palafrugello, preceptoris Palacii, et fratris Petri *Zabater*, preceptoris de Sancto Ypolito, et fratris Jachobi de Vallis Quarqua, preceptoris Perpiniani, et fratris Petri de Lupiano, preceptoris de *Corbons*, et fratris Berengarii de Palaciolo, presbiteri, et fratris Petri de *Canoys*, et fratris Bernardi *sa Portela*, et fratris Arnaldi Rocha, et fratris Raymundi de *Nidoleres*, et fratris Arnaldi de Pratis, et fratris Petri de *Lavaynch*, et fratris Bertrandi de Gelida, et fratris Petri Rubei, per nos et omnes successores nostros Mansi Dei predicti preceptores, damus et concedimus perpetuo ad acapitum vobis, Arnaldi Traverii et Petri *Figeres* et Bernardi Rubei, hominibus nostris de Sancto Ypolito, et omnibus vestris, totum honorem nostrum de Sancto Ypolito, excepto ferreginali et orto et prato. Sunt autem de dicto honore: campus qui dicitur *des Fumas*, juxta campum Palacioli et juxta campum Petri Berengarii; et campus qui dicitur *a Conangle*, juxta campum Petri de Castello condam et juxta campum Petri *Alen*; et in eodem loco qui dicitur [*a Conangle*][a] alius

campus, juxta campum Martini *Repalpa* condam et juxta campum Petri Rubei; et campus qui dicitur de *Vassa,* juxta campum Bernardi de Monte Lauro condam et juxta campum Poncii Guilelmi condam; et in eodem loco qui dicitur *Vassa* alius campus, juxta campum [...][b] de Villalonga et juxta campum Paschalis *Gilabert*; et in eodem loco qui dicitur *Vassa* alius campus, juxta campum Bernardi Rubei et juxta campum Petri de Castello condam; et in eodem loco qui dicitur *Vassa* alius campus, juxta campum Arnaldi Cavalerii et juxta viam qua tenditur ad stagnum; et campus qui dicitur de Fraxino, juxta campum Petri *Alen* et juxta campum Petri *Botxa*; et campus qui dicitur de Buscha, juxta campum Johannis Tuxani et juxta campum Guilelmi Stephani; et campus qui dicitur *del Caner*, juxta campum Adroere femine et juxta campum Arnaldi Traverii; et campus qui dicitur *del Bolidor*, juxta campum Arnaldi Sutoris et Petri *Bochalaur* et juxta campum Bernardi *Rochafort*; et in eodem loco qui dicitur *Bolidor*, alius campus juxta campum Bernardi *Rochafort* et juxta campum dicti Petri *Bochalaur*; et in eodem loco qui dicitur *Bolidor*, alius campus juxta campum Sancte Marie de Aspirano; et campus qui dicitur Condamina, juxta campum Guilelmi Stephani et juxta campum Petri de Castello condam; et in eodem loco qui dicitur Codaminas, alius campus juxta campum Petri de Castello condam et juxta campum Raymundi *Tardiu* condam; et campus qui dicitur de Gila, juxta campum Beate Marie de Aspirano et juxta viam per quam tenditur ad Turrillas; et campus qui dicitur a *Trullars*, juxta campum domine Berengarie, uxoris Raymundi de Villa longa condam et juxta viam per quam tenditur ad Turrillas; sunt autem omnes predicte possessiones in terminis Sancti Ypoliti, locis prenominatis, tali tamen pacto et conditione quod vos et vestri detis nobis et omnibus successoribus nostris annuatim perpetuo, in festo sanctorum Petri et Felicis, nonaginta eiminas ordei et XV eyminas tritici raserias, omnes, tam ordei quam tritici, boni et pulcri et recipientis ad mensuram rectam de Sancto Ypolito, ita tamen quod quilibet vestrum solvat de predicto blado et tritico nobis et nostris successoribus terciam partem tantum in areis vestris, et portabitis eum nobis et successoribus perpetuo, sine omni missione nostra, cum vestris bestiis a domum nostram de Sancto Ypolito. Et quod nullus vestrum valeat alienare sive alio quolibet modo transportare dictas possessiones nisi alicui de vobis tribus in aliquo vel in

toto, vel etiam successores vestri non valeant alienare vel etiam transportare alio quolibet modo nisi ut dictum est. Verum, si dicta alienatio fieret, fiat unisoli et in totum cum medio foriscapio. Item, nullus vestrum valeat legare dictum honorem nisi unico heredi suo homini proprio et solido domus prefate Mansi Dei. Insuper damus vobis et vestris perpetuo omnes jovas nostras, quas habemus in villa nostra de Sancto Ypolito, tali pacto et conditione quod vos et vestri detis nobis et nostris successoribus annuatim perpetuo pro qualibet jova unum sterlinum argenti fini in festo sancti Petri et Felicis, quilibet pro parte sua, et detis nobis et nostris successoribus annuatim perpetuo in dicto festo triginta saumatas de palea tritici et viginti saumatas de palea ordei, quilibet pro parte sua, et laboretis bene et fideliter dictum ferreginale nostrum quotienscumque necesse fuerit perpetuo, et nos denunciabimus vobis, vel denunciari faciemus, tamen cum vestris propriis sumptibus. Verum, si contigeret nos in dicta villa nostra de Sancto Ypolito et in terminis ejus habere aliquas alias possessiones ratione legati, vel emptionis, vel permutationis, vel alio quolibet modo, possimus dictas jovas recuperare libere et absolute sine impedimento[c] aliquo, ita tamen quod vos vel vestri non teneamini ab inde laborare dictum ferreginale nostrum nec nobis dare dictum sterlinum pro qualibet jova, immo sitis inde liberi et inmunes a nobis et nostris successoribus imperpepetuum. Pro qua donatione predicta recepimus a vobis CCCLXXV solidorum barchinonensium coronatorum, de quibus LXII solidi et VI denarii valent unam marcham[d] argenti fini ad rectum pensum Perpiniani, et sic de aliis, de quibus per pacatos[e] nos tenemus, renuncians exceptioni pecunie[f] non numerate. Promittimus,[g] etiam, vobis quod totum dictum honorem faciemus vobis et vestris bonum habere et tenere in pace ab omni persona perpetuo, ut dictum est, obligando inde vobis et vestris omnia bona nostra et domus nostre Mansi Dei predicte, presentia et futura. Et nos vel nostri successores non possimus dictum honorem vobis vel vestris auferre nec vos nobis possitis eum [...][b] preter nostram voluntatem. Et nos, Arnaldus Traverii et Petrus *Figeres* et Bernadus Rubei de Sancto Ypolito predicti, per nos et omnes successores nostros, promittimus[g] vobis, domino nostro fratri Guilelmo de Montegrino, preceptori Mansi Dei prefato, et omnibus successoribus vestris, omnia predicta et singula attendere et complere bene et fideliter, prout melius ad utilitatem vestram et domus vestre predicte legi, inte-

lligi ac dici potest, renuncians omni juri omnique legi et omni consuetudini quibus contra venire possemus, in aliquo vel in toto, in judicio vel extra judicium, obligando inde, quilibet nostrum, omnia bona nostra ubique presentia et futura, pro parte sua tamen. Actum est hoc IIII° kalendas novembris, anno Domini M° CCLX° secundo. Sig++++++++++++++++++++na fratris Guilelmi de Montegrino, preceptoris Mansi Dei, et fratris Berengarii de Talada, et fratris Petri de Campo rotundo, subpreceptoris, et fratris Lupi de Biocha, camerarii, et fratris Bernardi Raymundi, capellani, et fratris Petri de Pala Frugello, preceptoris de Palacio, et fratris Petri *Sabater*, preceptoris de Sancto Ypolito, et fratris Jachobi de Vallis Quarqua, preceptoris de Perpiniano, et fratris Petri de Lupiano, preceptoris de *Corbons*, et fratris Berengarii de Palacio, presbiteri, et fratris Petri de *Canoys*, et fratris Bernardi *sa Portela*, et fratris Arnaldi Rocha, et fratris Raymundi de *Nidoleres*, et fratris Arnaldi de Pratis, et fratris Petri de *Lavaynch,* et fratris Berengarii de Gelida, et fratris Petri Rubei, predictorum, qui hec omnia predicta et singula laudamus et firmamus. Sig+++na Arnaldi Traverii, et Petri *Figeres*, et Bernardi Rubei predictorum, qui omnia predicta et singula laudamus et firmamus. Sig+++na Mathei Nigri de *Banulls* de Asperis, et Arnaldi Vitalis de Elne, et Petri *Serabeus* de Villa francha, testium rogatorum. Sig+num domini fratris Guilelmi Pontones, domorum milicie Templi in Aragonia et Cathalonia magistri predicti, qui omnia predicta et singula laudamus et firmamus in manu Bernardi *Menagerra*, notarii nostri. Quod laudamentum receptum[h] fuit apud Montemsonum, presentibus testibus Guilelmo *Saylengerra* de Pucro Podio, et Guilelmo de Castro bono et Arnaldo de *Alentorn*, idibus septembris, anno Domini MCCLX tercio. Guilelmus Revullis, scriptor publicus de Bagis auctoritate domini Elnensis episcopi, hanc cartam scripsit, et suprascripsit «fratris» in quarta linea, et in XXVIIII[a] linea rasit et emendavit «sol.», et in quadragesima secunda linea rasit[i] et emendavit «G.», et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *El full presenta un estrip en diagonal que s'estén al llarg de quatre línies de prop de 40 mm.* b. *El full està estripat, falta una paraula B.* c. inpedimento *B.* d. unum marche *B.* e. paccatos *B.* f. peccunie *B.* g. promitimus *B.* h. receptu *B.* i rasi *B.*

FUNDACIÓ NOGUERA

615

1262, 12 de desembre

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, amb el consentiment de Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Joan Cavaller dues bordes situades a Perpinyà, prop de la casa de l'Almoina. El terratger haurà de donar a la casa del Temple 3 masmudines d'or de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Igualment haurà d'assumir les despeses de manteniment d'aquestes bordes. Per aquesta concessió, fra Guillem de Montgrí reconeix haver rebut 4 sous i 9 diners de moneda coronada de Barcelona.

A[1] Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí mutilat, amplada 239 mm, alçada 70/75 mm, ADPO, Hp 188.[156]

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 277v, acta núm. 489, segons *A*[1].

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. S, p. 458, segons *A*[1].

D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 30, f. 353, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Montegrino, preceptor domus Mansi Dei, consilio ac laudamento fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes nostros successores, damus et in presenti yrrevocabiliter[a] tradimus sive quasi tradimus ad accapitum tibi, Johanni *Cavaler*, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, II bordas que se continent intus Perpinianum, et affrontat[b] ab oriente in via publica, a meridie in domo Amfoscii de Barras quondam, ab occidente in domo Helemosinis Perpiniani, ab aquilone in domo Palacii Fornerii, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinentiis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod (tu)[c] et tui, qui dictas bordas habueritis et tenueritis,[d] donetis semper nobis, et successoribus nostris, et dicte domui nostre, quolibet anno de censu in festo Natalis III maimutinas[e] *senars* boni auri et fini recipiendas,

156. El document està foradat en tres indrets, a l'altura de les línies 6 a 9 i de la penúltima. Porta al dors la menció «est factum», que indica la seva transcripció al cartulari a final del segle XIII; un regest del segle XV en català: «Dos bordas Johan Cavaller dins lo terme de Perpinya ab cens III (...). Perpinya», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2757».

et foriscapium quandocumque et quocienscumque venderentur vel inpignorarentur, et quod teneatis dictas bordas condirectas vestris propriis expensis. Et promittimus[f] tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis dictas bordas bonas[g] habere et tenere in pace ab omni persona in perpetuum,[h] et tenebimur inde tibi et tuis de omni evictione,[g] obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona nostre domus predicte, presencia et futura. Et pro predicta donatione et acapite,[i] habuimus et accepimus a te IIII solidos VIIII denarios[d] barchinonensium bonorum coronatorum, de quibus per paccatos nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie non numerate. Et ego Johannes *Cavaler* predictus, hec omnia[j] laudo, promittens[k] vobis, dictis[d] domino fratri Guilelmo de Montegrino et fratri Petro, me solvere vobis dictum censum, sicut dictum est, et alia predicta atendam[l] et compleam, obligando inde vobis per vinculum omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc II idus decembris, anno Domini M° CC° LXII°. Sig++na fratris Guilelmi de Montegrino, et fratris Petri Sutoris predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+num Johannis *Cavaler* predicti, qui hec omnia laudo. Sig+++na Raymundi de Sancto *Aniol,* et Ferrarii Vole, et Raymundi Ministrallis, testium. Ego Raymundus Torrent hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc[g] sig-(SM)-num fecit.

a. irrevocabiliter *B*. b. *Sic A i B per* affrontant. c. tu *omès A*. d. et tenueritis *omès B*. e. masmutinas *B*. f. promitimus *B*. g. *Forat a A*. h. imperpetuum *B*. i. accapito *B*. j. omnia predicta *B*. k. promitens *B*. l. attendam *B*.

616

1262, 12 de desembre

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, amb el consentiment de Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Pere Jausbert, blanquer, una casa situada a la vila de Perpinyà. El terratger haurà de donar a la casa del Temple 1 masmudina d'or i 9 esterlins de cens anual, del qual pagarà una meitat el dia de Nadal i l'altra meitat per Sant Joan, i el foriscapi en cas de mutació. Igualment haurà d'assumir les despeses de manteniment d'aquesta casa. Per aquesta concessió, fra Guillem de Montgrí reconeix haver rebut 6 sous i 3 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 286r-v, acta núm. 507.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 298, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Montegrino, preceptor domus Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri Sutoris, comendatoris[a] domus Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos, dono et in presenti trado sive quasi trado ad accapitum tibi, Petro Jausberto, curaterio, et tuis, et quibus volueris, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, quandam domum nostram, que est intus villam Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenedone nostra, a meridie in via publica, ab occidente in nostra tenedone, ab aquilone in manso Ferrarii Olibe condam, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui dictam domum habueritis et tenueritis, donetis semper michi et meis quolibet anno I masmutinam *senars* boni auri et fini recipiendam et VIIII sterlingos boni argenti et fini recipiendis, quos solvatis semper michi et meis successoribus per diversos terminos, scilicet medietatem in festo Natalis Domini et aliam medietatem in festo sancti Johannis, et sic semper quolibet anno eodem modo, et foriscapium quandocumque et quocienscumque venderetur vel inpignoraretur. Et ego et mei faciemus tibi et tuis dictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde tibi et tuis de evictione, obligando inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et etiam teneas dictam domum condirectam tuis propriis expensis. Et pro predicto accapito,[b] habui et accepi a te pro intrata VI solidos III denarios barchinonensium bonorum coronatorum, de quibus per pacatum[c] me teneo, renuncians inde exceptioni pecunie[d] non numerate. Et ego Petrus Jausbertus, predictus hec omnia predicta laudo, promittens[e] vobis, dicto fratri Guilelmo de Montegrino, me solvere vobis dictum censum per dictos terminos, ut dictum est, et omnia attendere et complere ut dictum est, obligando inde vobis omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc II idus decembris, anno Domini M° CC° LX° II°. Sig+++na fratris Guilelmi de Montegrino, et fratris Petri Sutoris et Petri Jausberti predictorum, qui hec laudamus. Sig+++na Raymundi Ministralis, et Jacobi *Jonqueres* et Guilelmi Terris, testium. Ego Raymundus Torrent hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. comendator *B*. b. acapito *B*. c. paccatum *B*. d. peccunie *B*. e. promitens *B*.

617

1262, 12 de desembre

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, amb el consentiment de Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Pere Blancard, blanquer, una casa contigua a l'estable dels templers, situada a la vila de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles. El terratger haurà de donar a la casa del Temple 4 masmudines d'or de cens anual, del qual pagarà una meitat per Sant Joan Baptista de juny i l'altra meitat per Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Igualment haurà d'assumir les despeses de manteniment d'aquesta casa i no podrà fer-hi un forn de calç. Per aquesta concessió, fra Guillem de Montgrí reconeix haver rebut 37 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 429r-v, acta núm. 807.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 299, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Montegrino, preceptor domus Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros damus et in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum tibi, Petro Blancardo, curaterio, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I domum nostram, que se tenet cum boale nostra, in villa Perpiniani, extra portale quod dicitur de Malleolis, et affrontat ab oriente in via publica, a meridie in predicta boale nostra, ab occidente in predicta boale, ab aquilone in tenencia Petri Adele, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui dictam domum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris, et dicte domui nostre, quolibet anno IIII^{or} maçmutinas *senars* boni auri et fini recipiendas, de quibus solvatis nobis et nostris successoribus medietatem in festo sancti Johannis Babtiste de junio, et aliam medietatem in festo Natalis Domini, et

sic semper quolibet anno eodem modo, et foriscapium si venderetur vel inpignoraretur, et quod tenearis ipsam condirectam vestris propriis expensis, et quod tu vel tui non possitis in predicta domo facere calcinerium. Et nos et nostri successores faciemus tibi et tuis dictam domum bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde tibi et tuis de evictione pro predicta domo, obligantes inde tibi per vinculum omnia bona nostre domus predicte, presencia et futura. Et pro predicto accapito, habuimus a te XXXVII solidos VI denarios barchinonensium bonorum coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent I marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[a] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[b] non numerate. Et ego Petrus Blancardi, hec omnia predicta laudo, et promitto[c] vobis, predictis fratri Guilelmo de Montegrino et fratri Petro Sutori, me vobis solvere dictum censum et tenere dictam domum condirectam, et quod non faciam ibi calcinerium, sicut dictum est, obligando inde vobis et successoribus vestris omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc II[e] idus decembris, anno Domini M° CC° LX° II°. Sig++na fratris Guilelmi de Montegrino, et fratris Petri Sutoris predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+num Petri Blancardi predicti, qui hec omnia laudo. Sig+++na Ferrarii Vole, et Raymundi Ministralis et Guilelmi *Toyr*, testium. Ego Raymundus *Torrent* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti, et rasi et emendavi in VIII[a] linea «pro predicta domo.»

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatos *B*. b. peccunie *B*. c. promito *B*.

618

1262, 12 de desembre

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Joan Fuster de Vallfogona una casa situada a Perpinyà. El terratger haurà de donar a la casa del Temple 1 masmudina d'or i 9 esterlins de plata de cens anual, del qual pagarà una meitat per Sant Joan Baptista de juny i l'altra meitat per Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Igualment haurà d'assumir les despeses de manteniment

d'aquesta casa. Per aquesta concessió, fra Guillem de Montgrí reconeix haver rebut 8 sous i 9 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 354r-v, acta núm. 644.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 300, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Montegrino, preceptor domus Mansi Dei, consilio ac laudamento fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros damus et in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum tibi, Johanni Fusterio de Valle Fagona, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I domum, que est intus Perpinianum, et affrontat ab oriente in domo Guilelmi de Avalrino, a meridie in via, ab occidente in nostra tenedone, ab aquilone in manso Ferrarii Olibe condam, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui dictam domum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris, et dicte domui nostre, I mazmutinam *senar* boni auri et fini recipiendam et VIIII sterlinos boni argenti et fini recipiendos, de quibus solvatis nobis medietatem in festo sancti Johannis Babtiste de junio, et aliam medietatem in festo Natalis Domini, et sic semper omni anno eodem modo, et foriscapium si venderetur vel inpignoraretur, et quod teneatis tu et tui predictam domum condirectam vestris propriis expensis. Et nos et nostri promittimus[a] tibi quod dictam domum faciemus tibi et tuis bonam habere et tenere in pace ab omni persona; et tenebimur inde tibi et tuis de omni evictione, obligantes inde tibi per vinculum omnia bona nostre domus, presencia et futura. Et pro predicto accapito, habuimus et accepimus a te VIII solidos VIIII denarios barchinonensium bonorum coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Et ego dictus Johannes Fusterius, hec omnia predicta laudo, et promitto[d] vobis, dictis fratri Guilelmo de Montegrino et fratri Petro Sutori, me vobis et successoribus vestris solvere dictum censum, ut dictum est, et ego et mei tenebimus dictam domum nostris propriis expensis, et alia omnia predicta attendemus, obligando inde vobis per vinculum omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc II[e] idus decembris, anno Domini M° CC° LX° II°. Sig++na

fratris Guilelmi de Montegrino, et fratris Petri Sutoris predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+num Johannis Fusterii predicti, qui hec omnia laudo. Sig+++na Raymundi de Sancto *Aniol*, et Ferrarii Vole, et Raymundi Ministralis, testium. Ego Raymundus *Torrent* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus *B*. b. paccatos *B*. c. peccunie *B*. d. promito *B*.

619

1263 (nou estil), 14 o 16 de febrer[157]

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Guillem Andreu i a la seva muller Adelaida un terreny d'una monallada d'ample i quatre monallades de llarg situat a la tinença del Temple a Perpinyà, perquè hi construeixin cases en un termini de dos anys. Els terratgers hauran de donar a la casa del Temple 7 diners i mig d'esterlins de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Guillem de Montgrí reconeix haver rebut 12 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 381v-382, acta núm. 699.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 301, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Montegrino, preceptor domus Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri Sutoris, comendatoris domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes nostros successores, damus et in presenti tradimus ad accapitum vobis, Guilelmo Andree et Aladaidi, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I pati de nostra tenencia, de celo usque in abyssum,[a] scilicet unam monallatam in latitudine et IIII[or] monallatas in longitudine, ad faciendum ibi domos. Quod patuum est infra terminos Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia

157. El cartulari porta «XVIII kalendas martii»; cal versemblantment corregir el dia del mes erroni per «XVI» o «XIV».

Michaelis de Solerio, a meridie in via, ab occidente in tenedone Bernardi Pagani, ab aquilone in via publica, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod vos et vestri, qui dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et dicte domui nostre quolibet anno pro censu in festo Natalis VII denarios et medium sterlingorum boni argenti et fini recipiendos, et foriscapium quandocumque et quocienscumque venderetur vel inpignoraretur nos et nostri successores habeamus inde nostrum foriscapium.[b] Et nos et nostri successores faciemus vobis et vestris dictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde vobis et vestris de evictione, obligantes inde vobis per vinculum omnia bona nostra, presencia et futura. Et pro predicto accapito, habuimus et accepimus a vobis XII solidos VI denarios barchinonensium bonorum coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Et nos, Guilelmus Andreas et Aladaidis, uxor ejus, hec omnia predicta laudamus. Et promittimus[e] vobis, dictis dominis fratri Guilelmo de Montegrino et fratri Petro Sutori, quod solvemus vobis dictum censum, et tenebimus dictas domos condirectas nostris propriis expensis, et alia predicta attendemus sicut dictum est, obligantes inde vobis per vinculum omnia bona nostra, presencia et futura. Actum est hoc XVIII°[b] kalendas martii, anno Domini M° CC° LX° II°. Sig++na fratris Guilelmi de Monte Grino et fratris Petri Sutoris predictorum, qui hec laudamus et firmamus. Sig++na Guilelmi Andree et Aladaidis, uxoris ejus, predictorum, qui hec laudamus. Sig++++na Ferrarii Alexandri, et Bartholomei *Bastit*, et Laurencii Rotundi et Perpiniani Manei, testium. Ego Raymundus Torrent hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. *Sic B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. promitimus *B*.

620

1263 (nou estil), 17 de febrer

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Guillem Roure, habitant de Perpinyà,

una casa situada a Perpinyà. El terratger haurà de donar a la casa del Temple 2 sous d'esterlins de cens anual el dia de Sant Joan Baptista, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Guillem de Montgrí reconeix haver rebut 6 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 287r-v, acta núm. 509.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 302, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Montegrino, preceptor domus Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri Sutoris, domus Templi Perpiniani, per nos et omnes nostros successores damus atque in presenti tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo *Royr*, habitanti Perpiniani, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, quandam domum nostram, que est in villa Perpiniani, et affrontat ab oriente in domo Petri Jausberti, a meridie in via, ab occidente in tenencia Petri *Gasau*, ab aquilone in tenencia Ferrarii Olibe, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui dictam domum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo sancti Johanis Babtiste II solidos sterlingorum boni argenti fini recipiendos, et foriscapium quandocumque et quocienscumque dicta domus venderetur vel inpignoraretur. Et nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur sine fraude de omni evictione et sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ex quibus credaris plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis tibi attendendis et complendis, obligamus omnia bona dicte domus Mansi Dei, presencia et futura. Et pro predicto accapito, habuimus et accepimus a te VI solidos VI denarios barchinonensium coronatorum, de quibus per pacatos[a] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[b] non numerate, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani. Et quod contra non veniemus, bona fide tibi promittimus.[c] Et ego dictus Guilelmus *Royr*, hec omnia predicta laudo et firmo, et solvam dictum censum ut dictum est, et tenebo dictam domum condirectam meis propriis sumptibus, obligando inde vobis omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc XIII° kalendas marcii, anno Domini M° CC° LX° secundo. Sig+++na fratris Guilelmi et

fratris Petri Sutoris et Guilelmi *Royr* predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Reulis, et Bernardi *Cayro* et Petri Fabri, testium. Ego Guilelmus Arnaldi hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatos *B*. b. peccunie *B*. c. promitimus *B*.

621

1263 (nou estil), 18 de febrer

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, i fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Arnau Onrat de Malloles una casa situada a la vila de Malloles. El terratger haurà de donar a la casa del Temple 9 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, els templers reconeixen haver rebut 400 sous de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 211, acta núm. 366.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 409-410, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Guilelmus de Montegrino, preceptor domus Mansi Dei, et frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros damus et in presenti tradimus ad accapitum tibi, Arnaldo *Onrat* de Malleolis, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, I domum nostram, de celo usque in abyssum,[a] que est intus villam de Malleolis, et affrontat ab oriente in domo Arnaldi Bugarrelli, a meridie in carrerono quod transit inter dictam domum et ecclesiam de Malleolis, ab occidente et ab aquilone in via publica, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus; hoc pacto quod tu et tui, qui dictam domum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et nostris successoribus et dicte domui nostre quolibet anno de censu in festo Natalis Domini VIIII sterlinguos boni argenti et fini recipiendos, et foriscapium quandocumque vendetur et nos et nostri successores faciemus tibi et tuis dictam domum bonam habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde tibi et tuis de evictio-

ne et de sumptibus si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, obligantes inde tibi et tuis per vinculum omnia bona nostre domus presencia et futura. Et pro predicto accapito, habuimus et accepimus a te CCCC solidos barchinonensium bonorum coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate, quos denarios recognoscimus versos esse in maxima utilitate dicte domus nostre. Et ego dictus Arnaldus *Onrat*, hec omnia predicta laudo pro integre vobis, dictis fratri Guilelmo de Montegrino et fratri Petro Sutori, me solvere vobis dictum censum et omnia alia attendere et complere sicut[d] dictum est et etiam tenere dictam domum condirectam meis propriis expensis sine vestra missione, obligando inde vobis omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc XII° kalendas martii, anno Domini M° CC° LX° II°. Sig++na fratris Guilelmi de Montegrino et fratris Petri Sutoris predictorum, qui hec laudamus. Sig++na fratris Johannis de Algeria, et fratris Petri *Servent* ejusdem domus, qui hec omnia laudamus. Sig+num Arnaldi *Honrat* predicti, qui hec laudo. Sig+num fratris Berengarii de Talada predicte domus Mansi Dei, qui hec laudo. Sig+++na Petri Raymundi de Corsano, et Guilelmi Galoni et Petri *Figeres*, testium. Ego Raymundus Torrent hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti, et suprascripsi in XIII[a] linea «accapito».

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. et eorum uxoribus et domibus religionum *repetit per error després de* habissum *B*. b. paccatos *B*. c. peccunie *B*. d. sic *B*.

622

1263 (nou estil), 19 de febrer

Pere Bernat Orset, sastre, dóna a fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, i a tots els seus successors, quatre masades situades a Sant Hipòlit amb els censos, drets, senyories i ingressos que pot tenir sobre aquestes, sobre les homes que hi resideixen i sobre llurs descendents. Cedeix igualment al preceptor tots els drets i recursos que té en contra de Guillem Ramon [de Caçcastèl] i del seu germà Guillem de Sant Hipòlit, a causa d'un reemborsament que li havien promès. Reserva el cens anual

de 3 sous d'esterlins que aquests dos germans perceben sobre aquestes masades el dia de Nadal.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 21v-22, acta núm. 37.
C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 117-119, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Petrus Bernardi Orsseti, sartor, per me et per omnes meos, gratis inter vivos, cum hoc publico instrumento perpetuo valituro dono vobis, fratri Guilelmo de Montegrino, preceptori Mansi Dei, et successoribus vestris, et dicte domui vestre, et vestris, et cui volueritis, perpetuo, ad omnes vestras voluntates faciendas, illas IIII mansatas, quarum una est Guilelmi Besserii, et alia est Petri Berengarii, et alia est Raymundi de Garricis, et alia est Arnaldi Sutoris, que sunt in terminis Sancti Ypoliti, et census et jus et dominium et terremerita, et quicquid in dictis mansatis et hominibus et in pertinentiis eorumdem habeo et habere debeo aliquo modo, et quicquid juris habeo in descendentibus eorumdem, natis et nascituris, et in bonis ipsorum, jure dominii, possessionis, vel alio quocumque modo; cedendo inde vobis et vestris successoribus et dicte domui vestre, ratione hujus donationis, omnes actiones et jura, quas et que habeo et habere debeo in omnibus predictis et singulis, constituendo inde vos in rem vestram procuratores contra omnes personas. Et incontinenti pro possessione vel quasi vobis tradenda omnium predictorum, constituo me vestre nomine possessorem donec nacti fueritis corporalem possessionem omnium predictorum. Cedo etiam vobis, predicto preceptori, et successoribus vestris, omnes actiones et jura, quas et que habeo et habere debeo contra Guilelmum Raymundi et Guilelmum de Sancto Ypolito, fratres, et eorum bona, ratione evictionis mihi promisse ab eisdem, et bona eorum et expensarum, si quas in causa evictionis fierent vel alio quocumque modo. Hanc donationem vobis facio salvo jure ipsorum solidorum III sterlinorum[a] boni argenti et fini de censu quolibet anno in festo Natalis Domini, renuncians scienter legi illi que dicit donationem ex causa ingratitudinis posse revocari et omni alii legitimo auxilio. Actum est hoc XI kalendas marcii, anno Domini MCCLX secundo. Sig+num Petri Bernardi predicti, qui hec omnia laudo et confirmo. Sig+++na Petri Raymundi de Corsano, canonici ecclesie[b] Sancti Pauli Narbonensis, et Guilelmi Galoni et Petri *Figeres* de Sancto Ypolito, testium. Ego Raymundus *Torrent* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. sterlinos *B*. b. ecclesia *B*.

623

1263, 30 de març

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Pere Xatmar, habitant de Perpinyà, un terreny situat a Perpinyà, amb tot el que hi està construït. El terratger haurà de donar a la casa del Temple 3 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Guillem de Montgrí reconeix haver rebut 10 sous de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 339v-340, acta núm. 616.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 303, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Montegrino, preceptor domus Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, per me et per omnes successores meos dono et in presenti trado sive quasi trado ad accapitum tibi, Petro *Xatmar*, habitanti Perpiniani, et tuis perpetuo, I pati nostrum, cum edificamento quod ibi est, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, quod est in terminis Perpiniani, et affrontat ab oriente in nostra tenedone, a meridie in via publica, ab occidente in nostra tenedone, ab aquilone in tenedone Fabresse femine, cum ingressibus et egressibus, et cum teminis et petinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui dictum patuum habueritis et tenueritis, donetis semper michi et meis et dicte domui nostre quolibet anno de censu in festo Natalis Domini III sterlingos boni argenti et fini recipiendos, et foriscapium quandocumque venderetur. Et ego et successores mei faciemus tibi et tuis predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona; et tenebimur inde tibi et tuis de evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, obligando inde tibi et tuis per vinculum omnia bona nostre domus, presencia et futura. Et pro predicto accapito, habui et accepi a te X solidos barchinonensium bonorum coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam

marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatum[a] me teneo, renuncians inde exceptioni pecunie[b] non numerate. Et ego Petrus *Xatmar* predictus, hec omnia predicta laudo, promittens[c] tibi, dicto fratri Guilelmo de Montegrino, me solvere tibi et successoribus tuis dictum censum sicut dictum est, et omnia alia attendere et complere, obligando inde tibi et tuis et dicte domui vestre omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc III° kalendas aprilis, anno Domini M° CC° LX° III°. Sig++na fratris Guilelmi de Montegrino, et fratris Petri Sutoris, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+num Petri *Xatmar* predicti, qui hec omnia laudo. Sig+++na Bernardi Ferrarii, et Bernardi Botaloni et Bertrandi de Carito, testium. Ego Raymundus Torrent hanc[d] cartam scripsi mandato Petri Calveti. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatum *B*. b. peccunie *B*. c. promitens *B*. d. han *B*.

624

1263, 2 d'abril

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Berenguer de la Tallada, Llop de Biosca, cambrer, Pere de Cànoes, batlle [forà], Pere de Camprodon, comanador de Centernac, Bernat Ramon, capellà, Bernat de la Portella i Pere de Llupià, comanador de Corbons, dóna en acapte a Guillema, nodrissa d'Arnau Gofred de Pontellà, una borda, amb la condició que ella i el seu marit siguin home i dona propis del Temple i que facin els censos i les servituds deguts per Arnau Gofred per aquesta borda tant de temps com ell tingui llur honor de Pontellà. Per aquesta concessió, fra Guillem de Montgrí reconeix haver rebut 25 sous de moneda coronada de Barcelona. Aquesta honor, que pertanyia abans al difunt Ramon de Sant Joan, de Pontellà, home del Temple, se situa als termes de Sant Esteve de Pontellà i de Santa Maria de Vilarmilà. Aquesta borda comprèn onze possessions, quatre de les quals són tingudes per la casa del Temple.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 117r-v, acta núm. 185.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, p. 453, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 326-329, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Guilelmus de Montegrino, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, per nos et omnes successores nostros, consilio et voluntate fratris Berengarii *sa Tallada* et fratris Lupi de Biocha, camerarii, et fratris Petri de Canois, bajuli, et fratris Petri de Campo rotundo, preceptoris de *Sent Arnach*, et fratris Bernardi Raymundi, capellani, et fratris Bernardi de *sa Portela* et fratris Petri de Lupia, preceptoris de *Corbons*, damus atque in presenti tradimus ad acapitum tibi, Guilelme, nutrice Arnaldi Goffredi de Pontiliano, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, quandam bordam nostram, tali tamen pacto et conditione quod tu et vir tuus, quicumque fuerit, et omnes descendentes ex vobis, sitis homines proprii et solidi nostri et domus nostre prefate perpetuo; et prestetis census[a] et terremerita et servicia que pro dicta borda debent fieri Arnaldo Goffredi predicto quamdiu tenebit honorem nostrum de Pontiliano, et post ipsum nobis et domui nostre jamdicte perpetuo. Dictam siquidem donacionem borde prefate facimus tibi et tuis cum campis, vineis, heremis et condirectis, casis, casalibus, ortis, ortalibus, fructiferis et infructiferis et omnibus aliis hic expressis et non expressis dicte borde pertinentibus et pertinere debentibus, prout melius ad utilitatem tuam et tuorum legi, intelligi ac dici potest, salvo jure nostro et domus nostre predicte in omnibus et per omnia. Pro qua siquidem donacione accapiti recepimus a te XXV solidos barchinonensium coronatorum, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni non numerate pecunie.[c] Et est certum quod dictus honor est in terminis Sancti Stephani de Pontiliano et Beate Marie de Vilarmilano, in diversis locis, et fuit Raymundi de Sancto Johanne, hominis nostri condam de Pontiliano. In qua quidem borda sunt XI possessiones, ex quibus tenentur pro nobis et domo nostra IIII[or], videlicet unum patile, in quo consuevit esse mansus borde predicte; et ortus, qui est loco vocato ad Pratum, juxta ortum Beate Marie de Corniliano, ex una parte, et juxta terram Petri Geraudi, ex altera; et quedam terra, que est loco vocato ad Sanctum Johannem, juxta condaminam de Corniliano, ex una parte, et juxta terram Petri Goffredi, ex altera; et campus, qui est loco vocato *al Claper* Beati Johannis, juxta vias publicas, ex duabus partibus; et VII que tenentur pro aliis dominiis, videlicet area, que est juxta patile predictum; et cellarium, que est intus castrum de Pontiliano, juxta viam publicam, ex una parte, et juxta puteum, ex altera; et vinea, que est loco vocato ad Garrigam, juxta viam publicam, ex una

parte, et juxta vineam Guilelmi Vinea de Toirio, ex altera; et due terre, que sunt loco vocato *a Rotbat*; et alie due, quarum una est loco vocato Figerola, et alia est loco vocato Luga. Actum est hoc IIII° nonas aprilis, anno Christi M° CC° LX° III°. Sig+++++++++na fratris Guilelmi de Montegrino, preceptoris domus milicie Templi Mansi Dei, et fratris Berengarii *sa Tallada*, et fratris Lupi de Biocha, camerarii, et fratis Petri de Canois, bajuli, et fratris Petri de Campo rotundo, preceptoris de Sancto *Arnach*, et fratris Bernardi Raymundi, capellani, et fratris Bernardi de *sa Portela*, et fratris Petri de Lupia, preceptoris de *Corbons*, predictorum, qui omnia predicta et singula laudamus et confirmamus, salvo jure nostro et domus nostre in omnibus et per omnia. Sig+++na Aysolini, bajuli de *Anils*, et Petri Sabaterii de Arulis, et Jacobi Filastre de *Trulars*, hujus rey testium rogatorum.

Guilelmus Revullis, scriptor publicus auctoritate domini Elnensis episcopi, hanc cartam scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. scensus *B*. b. paccatos *B*. c. peccunie *B*.

625

1263, 2 d'abril

Pere Botet, batlle de Reard, ven a fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, una peça de terra, amb els arbres que hi ha, que té a la parròquia de Santa Maria de Nils, al lloc anomenat el Molí. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 12 sous i mig de moneda coronada de Barcelona. Precisa que tenia aquesta terra pels templers gravada amb la tasca, el braçatge i la cossura.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 199v-200, acta núm. 349.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, p. 416, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Petrus *Botet*, bajulus de Riardo, per me et meos presentes et futuros, vendo atque in presenti trado vobis, fratri Guilelmo de Montegrino, preceptori domus Templi Mansi Dei, et omnibus successoribus vestris perpetuo quandam petiam terre, cum arboribus que in ea sunt, quam habeo in terminis Sancte Marie de *Anils*, loco vocato ad Molendinum, et affrontat ab oriente in via publica, a meridie in domo vestra que est juxta molendinum, ab occidente in aculla, ab aquilone in

orto Arnaldi Benedicti. Sicut superius dictum est, ita vendo vobis et vestris successoribus dictam petiam de terra, cum ingressibus et egressibus suis, et cum teminis et pertinentiis suis, et cum omnibus in se habentibus et habere debentibus, cedendo actiones omnes et jura, quas et que in predicta et pro predicta pecia de terra contra omnes personas habeo et habere debeo, constituendo vos in rem vestram procuratorem. Hanc autem venditionem et cessionem vobis et vestris successoribus facio pretio XII solidorum et dimidium barchinonensium coronatorum, de quibus per pacatum[a] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[b] non numerate. Et si hec venditio plus valet dicto pretio, illud totum vobis et vestris successoribus gratis inter vivos dono et diffinio imperpetuum, renuncians legi recissorie[c] qua decepti ultra dimidiam justi pretii juvantur et omni exceptioni doli et metus actionique in factum et omni alii auxilio juris quo contra hec in aliquo venire possem. Promitto[d] etiam vobis, stipulanti, me et meos semper vobis et vestris successoribus de predicta venditione fore legitimos auctores et defensores[e] ab omni persona, et teneri sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quas in causa evictionis facere contigerit, obligans inde vobis et vestris successoribus per vinculum omnia bona mea ubique, presentia et futura, tradendo etiam vobis et vestris successoribus plenam et corporalem possessionem, tam juris quam facti, et quasi possessionem dictam petiam de terra, nullo ibi jure mihi vel meis retento. Et quod ita hec omnia predicta et singula fideliter semper observem et quod contra nunquam veniam bona fide per stipulationem vobis promitto.[d] Et est certum quod dictam petiam de terra tenebam pro vobis et domo vestra predicta et dabam inde tascham et *braciatge* et cussuram. Actum est hoc IIII° nonas aprilis, anno Christi M° CC° LX° tercio. Sig+num Petri *Botet*, bajuli de *Riart*, predicti, qui omnia predicta et singula laudo et firmo. Sig+++na Arnaldi Goffredi de Pontiliano, et Petri de *Campels* de *Riard*, et Petri Guillmi[f] de *Anils*, hujus rei testium rogatorum. Guilelmus Revullis, scriptor publicus auctoritate domini Elnensis episcopi, hanc cartam scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatum *B*. b. peccunie *B*. c. rescissorie *B*. d. promito *B*. e. defensores *B*. f. *Sic B*.

FUNDACIÓ NOGUERA

626

1263, 5 d'abril

Guillem Arista i la seva esposa Maria donen a Santa Maria del Masdéu i a fra Guillem de Montgrí, el seu comanador, una parcel·la de terra femada que tenen als aspres de Tatzó d'Avall, a la parròquia de Sant Martí.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 141v-142, acta núm. 228.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 415-416, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 330-331, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Guilelmus Arista et ego Maria, uxor ejus, nos ambo insimul, per nos et per omnes nostros, non vi conpulsi nec fraude decepti set gratis inter vivos, cum hoc publico instrumento perpetim valituro damus, amore Dei et pietatis intuitu, Deo et milicie Templi et Sancte Marie Mansi Dei et fratri Guilelmo de Montegrino, comendatori Mansi Dei, et vestris et cui volueritis imperpetuum, ad omnes vestras vestrorumque voluntates faciendas, totam quandam fematam nostram, quam habemus in asperis de Tacione Inferiori, in terminis ejusdem Sancti Martini, affrontat ab oriente in terra Johannis de Vilario, a meridie in terra Petri Sanle de Tacione, occidente in vinea Trepadovi, ab aquilone in via. Sicut in hiis dictis affrontacionibus includitur et terminatur, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum omnibus in se habentibus et habere debentibus, et sicut melius et utilius a te, dicto fratre Guilelmo, vel a tuis, dici vel intelligi potest, ad omnem vestram vestrorumque utilitatem, sic damus Deo et Sancte Marie Mansi Dei et tibi, dicto fratre Guilelmo, comendatori ejusdem, et vestris imperpetuum. Cedimus etiam vobis et vestris racione hujus donacionis omnes nostras actiones et raciones et voces et peticiones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, quas et que in predicta et pro predicta terra habemus et habere debemus contra cunctas personas; ita quod […][a] nobis vel nostris in ea retinemus, set ipsa terra nos et nostros penitus denudamus et vos et quos volueritis prorsus investimus, et de possessione tradenda[b] constituimus nos vestro nomine precario possessores donec nacti fueritis plenam possessionem, constituentes in presenti vos dominos et procuratores in rem vestram propriam. Promittimus[c] etiam vobis, dicto fratri Guilelmo, et milicie Templi, bona fide nostra, per stipulationem, quod nunquam contra hanc

donacionem veniamus vel venire faciamus, occulte vel manifeste, in judicio vel extra judicium, per nos vel per aliquam interpositam personam, renunciantes omni juri omnique legi et consuetudini et illi legi dicenti donacionem factam causa ingratitudinis posse revocari, et illi juri non racione insinuationis, ita quod racione insinuationis vel alicujus necessitatis dicta donacio non valeat a nobis vel a nostris aliquatenus retractari, set vobis et vestris remaneat firma et inconcussa. Et ita totum, ut superius continetur, nos observaturos, bona fide nostra, vobis promittimus[c] et etiam per Deum corporaliter tactis sacrosanctis IIII[or] Dei Evangeliis sponte vobis juramus. Actum est hoc nonas aprilis, anno Domini M° CC° LX° III°. Sig++na Guilelmi Ariste et Marie, uxoris ejus, qui hoc laudamus et firmamus. Sig+++na Bernardi Fabri, et Balagerii de Palacio et Berengarii de *Naneyms*, testium. Ego Jacobus de Perera, scriptor publicus, hoc scripsi vice Berengarii, sacriste de Argeleriis, auctoritate domini Elnensis episcopi.

Ego Bernardus, filius condam dicti Jacobi de Perera, post mortem ejus scriptor publicus de Argileriis constitutus, subscripsi auctoritate domini regis Majoricarum, et hoc sig-(SM)-num feci.

a. *passatge il·legible, llacuna de 15 mm B*. b. *trandenda B*. c. promitimus *B*.

627

1263, 13 d'abril

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Berenguer de la Tallada i Llop de Biosca, cambrer del Masdéu, dóna en acapte a Guillema Torrenta dos obradors situats a Perpinyà, al carrer de Sant Francesc. La terratgera haurà de donar a la casa del Temple 5 masmudines d'or i 9 esterlins de plata de cens anual, del qual pagarà una meitat per Nadal i l'altra meitat per Sant Joan Baptista de juny, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Guillem reconeix haver rebut 5 sous barcelonesos. La terratgera haurà d'assumir les despeses de manteniment d'aquests tallers.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 390v-391, acta núm. 718.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 304, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Guilelmus de Montegrino, preceptor domus Mansi Dei, consilio et laudamento fratris Petri

Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Berengarii de Talada, et fratris Lupi de Bioca, cambrerii domus Templi, per nos et per omnes successores nostros, damus et tradimus sive quasi tradimus ad accapitum tibi, Guilelme Torrente, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, dua operatoria nostra, que sunt in villa Perpiniani, in vico Sancti Francisci,[a] et affrontant ab occidente in tenedone Raymundi Rubey, a meridie in via, ab occidente et ab aquilone in nostra tenedone, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus; hoc pacto quod tu et tui, qui dicta operatoria habueritis et tenueritis, donetis semper nobis, et successoribus nostris, et dicte domui Templi, quolibet anno de censu V masmutinas *senars* boni auri et fini recipiendos et VIIII sterlingos boni argenti[b] et fini recipiendos, et foriscapium quocienscumque predicta operatoria venderentur vel inpignorarentur. De quo censu predicto solvatis nobis, et successoribus nostris, et dicte domui Templi, medietatem in festo Natalis Domini, et aliam medietatem in festo sancti Johannis Babtiste de junio, et sic semper quolibet anno eodem modo. Et promittimus[c] tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ex quibus credaris plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligamus tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Templi, presencia et futura. Et pro predicto accapito, habuimus et accepimus a te pro accapito V solidos barchinonensium, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus (per pacatos)[d] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[e] non numerate. Et quod tu, dicta Guilelma, et tui teneatis dicta operatoria condirecta vestris propriis expensis, sine nostra missione. Et ego dicta Guilelma Torrenta, hec omnia laudo, promittens[f] vobis, dicto fratri Guilelmo de Montegrino, quod ego et mei solvemus dictum censum quolibet anno vobis et vestris successoribus per terminos, ut dictum est, et tenebo ipsa operatoria condirecta, ut dictum est, obligans inde vobis et successoribus vestris per vinculum omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc idus aprilis, anno Domini M° CC° LX° tercio. Sig+++++na fratris Guilelmi de Montegrino, preceptoris domus Mansi Dei, et

fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Berengarii de Talada, et fratris Lupi de Bioca, et Guilelme Torrente predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig++++na Bernardi Hominis Dei, et Guilelmi de Ultra calmis, et Bernardi, filii ejus, et Laurencii Rotundi, testium. Ego Poncius de Foxano hanc cartam scripsi mandato Bernardi *Carles*.

Bernardus *Carles*, scriptor publicus Perpiniani auctoritate Raymundi Eymerici, scriptoris publici Perpiniani, hoc instrumentum receptum et laudatum in posse Petri Calveti quondam, tunc scriptoris publici Perpiniani, de notulis dicti Petri Calveti scribi fecit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Francici *B*. b. auri *B*. c. promitimus *B*. d. per pacatos *omès B*. e. peccunie *B*. f. promitens *B*.

628

1264 (nou estil), 3 de febrer

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Berenguer Sacabada, comanador d'Aiguaviva, i Ramon de Sant Aniol, dóna en acapte a Ramon Barrot, sastre, i al seu fill Ponç un terreny de dues monallades d'ample de la tinença del Temple, situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, perquè hi construeixin cases. Els terratgers hauran de donar a la casa del Temple 9 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Guillem de Montgrí reconeix haver rebut 25 sous de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 374v-375, acta núm. 684.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 305, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Monte Grino, preceptor Mansi Dei, consilio et laudamento fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Mansi Dei Perpiniani,[a] et fratris Berengarii *Sacabada*, preceptoris domus de Aquaviva, et fratris Raymundi de *Sent Daniol*, per me et per omnes successores meos dono ad accapitum et trado sive quasi trado vobis, Raymundo Barroti, sartori, et Poncio, filio ejus, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, II monallatas de patuo in latitudine de tenencia nostra, ad faciendum ibi domos, in (terminis)[b]

et in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, et affrontant ab oriente in vestra tenencia quam pro nobis tenetis, a meridie et ab occidente et ab aquilone in viis, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus; hoc pacto quod vos et vestri et quicumque dictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper michi et successoribus meis et dicte domui nostre de censu quolibet anno in festo Natalis Domini VIIII sterlingos boni argenti et fini recipiendos, et foriscapium quocienscumque venderetur vel inpignoraretur. Et ego et successores mei faciemus vobis et vestris totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde vobis et vestris sine fraude de evictione, obligando inde vobis omnia bona domus Mansi Dei, presencia et futura. Et pro predicta donacione, habui et accepi a vobis pro accapito XXV solidos barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatum[c] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[d] non numerate, quam pecuniam[e] recognosco versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus Mansi Dei. Actum est hoc III° nonas febroarii, anno Domini M° CC° LX° III°. Sig++++na fratris Guilelmi de Montegrino, preceptoris, et fratris Petri Sutoris, et fratris Berengarii *Sacabada*, et fratris Raymundi de *Sendaniol*, predictorum, qui hec laudamus. Sig+++na Bernardi Jordani, et Guilelmi *Exut*, et Bernardi de Berga, testium. Ego Bernardus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic B*. b. terminis omès *B*. c. paccatum *B*. d. peccunie B. e. peccuniam *B*.

629

1264 (nou estil), 7 de febrer

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, i fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, donen en acapte a Pere Palaudà de Malloles una peça de terra plantada de vinya situada a la parròquia de Santa Maria de Malloles, per a fer-hi cereals o vi. El terratger haurà de donar als templers la setena part de la verema, que portarà a càrrec seu a llur cup de Malloles, i l'agrer i el braçatge dels cereals. Per aques-

ta concessió, els templers reconeixen haver rebut 125 sous de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 237v-238, acta núm. 427.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 306, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Monte Grino, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Petus Sutor, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros damus et tradimus ad accapitum tibi, Petro Palaudani de Malleolis, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum,[a] unam petiam terre in qua est plantata vinea, in terminis et adjacentia Sancte Marie de Malleolis, que affrontat ab oriente in tenencia Guilelmi Burgesii, et a meridie in campo Raymundi Cucumeris, et ab occidente in tenencia Berengarii Adele, et ab aquilone in tua tenencia, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinentiis suis, et cum omnibus in se habentibus, pro accapitum damus tibi et tuis ad panem et a vinum, hoc pacto quod tu et tui qui dictum accapitum habebitis et tenebitis, donetis semper nobis et successoribus nostris fideliter de expleto vindemie quod Deus ibi dederit septenam apportatam[b] in tinam nostram apud Malleolas vestris propriis expensis, et de expleto bladi donetis nobis fideliter et successoribus nostris agrarium et braciaticum. Promittimus[c] etiam tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis dictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et sumptibus si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ex quibus credamini semper tuo plano verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis obligamus tibi et tuis omnia bona dicte domus Mansi Dei, presencia et futura. Et habuimus et recepimus a te CXXV solidos barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes excepcioni pecunie[e] non numerate, quos denarios recognoscimus versos esse, et redactos, in maximam utilitatem dicte domus Mansi Dei. Actum est hoc VII° idus febroarii, anno Domini M° CC° LX° III°. Sig++na fratris Guilelmi de Monte Grino et fratris Petri *Sutor* predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Petri Gasaudi de Malleolis, et Ferrarii Bolvirii ipsius ville, et Perpiniani *Maneu*, testium. Ego Raymundus Alexandri hanc cartam scripsi mandato

Petri Calveti. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. domibus et religionum *B*. b. setenam aportatam *B*. c. promitimus *B*. d. paccatos *B*. e. peccunie *B*.

630

1264 (nou estil), 10 de febrer

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, i Joan Pelegrí de Perpinyà alliberen Ramon de Ripoll, habitant de Perpinyà, del quartó que rebien sobre la collita d'una vinya que té per ells en indivís a la parròquia de Santa Maria de Malloles, al lloc anomenat Cardedis, amb la condició que els doni a canvi 3 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació, del qual la casa del Masdéu tindrà una meitat i Joan Pelegrí i els seus l'altra meitat. Per aquest afranquiment, reconeixen haver rebut 25 sous de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 210v-211, acta núm. 365.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Montegrino, preceptor domus Mansi Dei, per me et successores meos, et ego Johannes Peregrini de Perpiniano, per me et meos affranquimus tibi, Raymundo de Ripullo, habitanti Perpiniani, et tuis, et cui volueris perpetuo, totum quartum quod dicta domus Mansi Dei et ego dictus Johannes Peregrini, et mei, pro indiviso accipimus et accipere debemus de omnibus expletis cujusdam vinee tue, quam tenes pro dicta domo Mansi Dei et pro me dicto Johanne Peregrini et meis pro indiviso in terminis et adjacencia Sancte Marie de Malleolis, in loco vocato Cardedis, que vinea affrontat ab oriente in tenencia Poncii Roerii condam et in tenencia Bernardi *Ferriol*, a meridie in tenencia Petri Xatmarii de Malleolis et in tenencia Petri Amalrici, sutoris, ab occidente in tenencia Arnaldi Catalani, ab aquilone in tenencia dicti Bernardi *Ferriol* et in tenencia Arnaldi Catalani; totum, integriter ac generaliter, sicut melius dici vel intelligi potest ad utilitatem tuam et tuorum, hoc pacto quod tu et tui, qui dictam vineam habebitis et tenebitis, loco et vice dicti quarti donetis semper dicte domui Mansi Dei et mihi, dicto Johanni Peregrini, et meis, de censu quolibet anno in festo Natalis Domini tres sterlinos argenti fini recipiendos, et foriscapium si

venderetur vel inpignoraretur. De quo censu et foriscapio domus Mansi Dei predicta habeat medietatem et ego dictus Johannes Peregrini et mei habeamus aliam medietatem. Et promittimus[a] tibi quod ego dictus frater Guilelmus de Montegrino, et successores mei, et ego dictus Johannes Peregrini, et mei, faciemus tibi et tuis dictum affranquimentum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum. Et pro evictione et sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ego dictus frater Guilelmus de Montegrino, obligo tibi et tuis omnia bona dicte domus Mansi Dei, presencia et futura, et ego dictus Johannes Peregrini, obligo tibi et tuis omnia bona mea, presencia et futura. Et profitemur et recognoscimus tibi quod habuimus a te pro dicto affranquimento XXV solidos barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Actum est hoc IIII° idus februarii, anno Domini M° CC° LX° III°. Sig++na fratris Guilelmi de Montegrino et Johannis Peregrini predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Bernardi de Riardo, pellicerii, et Ferrarii Alexandri et Bernardi *Gaugs*, testium. Ego Petrus de Aldiarde hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus *B*. b. paccatos *B*. c. peccunie *B*.

631

1264 (nou estil), 24 de febrer

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment de fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, allibera Pere Palaudà de Malloles del quartó que els templers percebien sobre una obolada de vinya situada a la parròquia de Santa Maria de Malloles, amb la condició que li doni a canvi la setena part dels raïms, que portarà al cup del Temple a Malloles, i l'agrer i el braçatge dels cereals. El comanador de Perpinyà i els seus percebran el foriscapi en cas de mutació. Per aquest afranquiment, fra Pere Sabater reconeix haver rebut 10 sous de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 230v-231, acta núm. 410.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 307, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Sutor, preceptor domus milicie Templi Perpiniani, consilio et voluntate fratris Guilelmi de Montegrino, preceptoris domus Mansi Dei, per me et per omnes successores meos, cum hoc publico instrumento imperpetuum valituro affranquisco tibi, Petro Palaudani de Malleolis, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, totum illud quartum quod ego et successores mei habebamus et habere debebamus in toto illa obolata vinee cum terra in qua est plantata, que est in terminis et in adjacencia Sancte Marie de Malleolis, et affrontat ab oriente in campo Bartholomei Burgesii de Malleolis, a meridie in tua tenencia, ab occidente in tua tenencia, ab aquilone in campo Bernardi Sutoris et Petri *Gasau*, totum, integriter ac generaliter, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, hoc pacto quod loco et vice dicti quarti donetis tu et tui, qui predictam obolatam vinee habueritis et tenueritis, mihi et successoribus meis fideliter septenam racemorum apportatam[a] intus tinam nostram de Malleolis, et agrarium de blado et braciaticum. Et ego et successores mei faciemus tibi et tuis dictum affranquimentum bonum habere et tenere in pace ab omni persona, obligans inde tibi et tuis omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et si predicta obolata vinee venderetur vel inpignoraretur, habeamus ego et successores mei inde nostrum foriscapium. Et pro predicto affranquimento habui et accepi a te X solidos barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini, de quibus per pacatum[b] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[c] non numerate. Et quod contra nunquam veniamus ego vel successores mei mea bona fide et per stipulationem tibi promitto.[d] Actum est hoc VI° kalendas marcii, anno Domini M° CC° LX° tercio. Sig+na fratris Petri Sutoris predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+num fratris Guilelmi de Montegrino predicti, qui hec omnia laudo et firmo. Sig+++na Johannis Amalrici, et Ferrarii *Bolvir* et Arnaldi *Sarrier*, testium. Ego Guilelmus Vallespirii hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.[e] Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. aportatam *B*. b. paccatum *B*. c. peccunie *B*. d. promito *B*. e. Cauleti *B*.

632

1264 (nou estil), 26 de febrer

Ferrer Cellera, habitant de Perpinyà, dóna a la casa del Temple del Masdéu, a fra Guillem de Montgrí, comanador, i a fra Llop de Biosca, cambrer, un cortal. Els dóna també una cana de Montpeller en tota l'extensió del seu camp dit d'Amunt lo Molí, al llarg de l'antic canal dels templers, amb la condició que aquests no guanyin més terreny al seu camp, ja sigui per a fer un camí o fer alguna plantació, ja sigui en aquest canal; i si fessin tanmateix aquestes plantacions, ell i els seus podrien arrencar-les i destruir-les íntegrament, de la mateixa manera que podrien prohibir l'accés al camí. Fa aquesta donació per reverència a fra Llop. Aquestes possessions se situen al terme de Santa Maria de Nils.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 182v, acta núm. 312.

Notum sit cunctis quod ego Ferrarius *Celera*, habitator Perpiniani, per me et meos, gratis inter vivos cum hac presenti carta perpetuo valitura dono domino Deo et beate Marie domus Templi Mansi Dei et domino fratri Guilelmo de Montegrino, preceptori ejusdem, et fratri Lupe de Bioca, camerarii ejusdem domus, et omnibus successoribus vestris domus tamen prefate, totum quoddam ortale meum per liberum et franchum alodium. Et etiam dono vobis et successoribus vestris unam canam Montispessulani per totum campum meum qui dicitur Supra molendinum, juxta recum veterem vestrum, ita tamen quod ultra dictam canam versus campum meum predictum nichil amplius accipere valeatis vos vel vestri nec per dictum campum, vel in dicto campo vos vel vestri iter facere valeatis ad negocia vestra aliqua vel vestrorum per tractanda nec planctam[a] aliquam in dicto reco facere. Et si hoc faceretis vos vel vestri, ego vel mei valeamus dictam planctam[a] erradicare et penitus destruere, et dictum iter penitus prohibere auctoritate nostra propria et inpune. Predictas donationes facio ob graciam, reverentiam, honorem et amorem predicti fratris Lupi. Sunt autem dicte possessiones infra terminos Sancte Marie de Anilis. Et ortus prefatus affrontat ab oriente in orto Ferrarii, curaterii de Perpiniano, et in flumine aque et a meridie in dicto flumine, ab occidente et aquilone in domo vestra et in orto vestro. Et nolo teneri in aliquo de predictis de evictione. Actum est hoc IIII° kalendas martii, anno Christi M° CC° LX° tercio. Sig+num Ferrarii Celera, habitatoris Perpiniani, predicti, qui omnia predicta

et singula laudo et firmo. Sig+++na Aysolini, et Bernardi Dalmacii et Michaelis Fabri, omnium de *Anils*, hujus rey testium rogatorum.

Guilelmus Revullis, scriptor publicus auctoritate domini Elnensis episcopi, hanc cartam scripsit et hoc signum (SM) fecit.

a. *Sic B*.

633

1264, 27 d'abril

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i fra Bartomeu, d'aquesta mateixa casa, donen en acapte a Berenguer Costa un terreny d'una monallada d'ample i quatre monallades de llarg de la senyoria del Temple a Perpinyà, perquè hi construeixi una o diverses cases. El terratger haurà de donar a la casa del Temple 6 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta donació, els templers reconeixen haver rebut 12 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 406r-v, acta núm. 752.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 308, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, et ego frater Bartholomeus, ejusdem domus, per nos et per omnes fratres dicte domus et successores nostros, damus ad accapitum tibi, Berengario Coste, et tuis, et quibus volueris pepetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum patuum nostrum, de celo usque in abyssum,[a] scilicet unam monallatam in amplitudine et IIII^{or} monallatas in longitudine, ad faciendum ibi domum vel domos, in terminis Perpiniani, scilicet in seynorivo nostro, et affrontat dictum patuum ab oriente in tenencia Arnaldi Grossi, a meridie in via, ab occidente in tenencia nostra, ab aquilone in via publica, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui dictum patuum habebitis et tenebitis, donetis nobis et dicte domui nostre, et successoribus nostris, de censu quolibet anno in festo Natalis Domini VI sterlinos argenti boni et fini recipiendos, et quocienscumque vendatur vel inpignoretur, nos et dicta domus nostra habeamus inde nostrum foriscapium. Et nos et successores nostri faciemus

tibi et tuis dictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ex quibus credaris plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligamus tibi et tuis omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et habuimus et recepimus a te pro accapito XII solidos VI denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Actum est hoc V° kalendas madii, anno Domini M° CC° LX° IIII°. Sig++na fratris Petri Sutoris et fratris Bartholomei predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Guilelmi Coste, et Guilelmi *Gombaloles* et Johannis Fabri de Sala, testium. Ego Petrus de Alliarde hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. peccatos *B*. c. peccunie *B*.

634

1264, 28 d'agost. Dins el *castrum* de Sant Hipòlit

Ramon de Pompià, veguer del Rosselló, reconeix a fra Guillem de Montgrí, preceptor del Masdéu, que, en virtut de les cartes del rei i d'un manament del jurisconsult Guillem Carles, l'ha possessionat del castrum *de Sant Hipòlit, que pertangué a Pere de Caçcastèl, amb els masos de Pere Berenguer, R. de Garrius, Guillem Besset i Arnau Sabater, que depenen d'aquest* castrum. *Revoca, per tant, tot el que Ramon de Castell, el seu sotsveguer, ha fet sota l'autoritat de les cartes reials que li havien presentat Guillem Ramon de Caçcastèl i Guillem de Sant Hipòlit, fill del difunt Pere de Caçcastèl.*[158]

158. El 17 de juliol de 1264, Jaume I, rei de Catalunya-Aragó, havia, en efecte, confirmat Guillem Ramon de Caçcastèl i el seu germà Guillem de Sant Hipòlit, fill del difunt Pere de Caçcastèl i llur nebot Jausbert, en possessió del castrum de Sant Hipòlit i de tot el que en depèn, perquè el tinguessin, com llur pare abans que ells, al servei i en la fidelitat al rei, ADPO, 1B10.

A Original, pergamí, amplada 160 mm, alçada 150 mm, ADPO, Hp189.[159]
B Còpia de la segona meitat del segle XIX, ALART, *Cart. ms.*, vol. S, p. 415.
C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén,*. nouv. acq. lat. 31, ff. 120-121, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Raimundus de Pompiano, vicarius Rossilionis, profiteor et recognosco vobis, fratri Guilelmo de Montegrino, preceptori domus Mansi Dei, quod ego juxta formam literarum[a] domini regis et secundum mandatum Guilelmi Carolis, jurisperiti, ex potestate sibi data a domino rege Aragonum, induxi vos in possessione castri de Sancto Ypolito, quod fuit olim Petri de Castello, cum masis Petri Berengarii de Sancto Ypolito, R(aimundi) de Garricis, Guilelmi *Besser*, Arnaldi Sutor pertinentibus dicto castro, cum omnibus dictorum mansorum, in qua possessione eratis tempore quod degessi vos de possessione castri de Sancto Ypolito, quod fuit quondam Petri de Castello, ex mandato domini regis, revocando quicquid feceram et fieri feceram a Raimundo de Castello ante auctoritate quarumdam literarum[a] domini regis, quas mihi obtulerunt Guilelmus Raimundi de Castello et Guilelmus de Sancto Ypolito quondam filii Petri de Castello. Predicta omnia fuerunt per me facta, me existente in dicto castro, presentibus Guilelmo R(aimundi) et Guilelmo de Sancto Ypolito et Villa *Freser*, milite, et fratre Guilelmo de Castronovo,[b] et fratre Petro Sutoris, et Raimundo de Castello, subvicario, et Raimundo de Plano, et Guilelmo de Apiano et pluribus aliis. Actum est hoc[c] V kalendas septembris, anno Domini M° CCLXIIII°. Sig+num Raimundi de Pompiano predicti, qui hec laudo et firmo. Sig+++na Petri Garriga, et Guilelmi Pontii, et Bertrandi de *Tamarit*, testium. Ego Raimundus Torrent hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti, et rasi et emendavi in XI[a] linea «Castronovo».

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit [...].[d]

a. *Sic A per* litterarum. b. *La paraula* Castronovo *ha estat escrita ulteriorment sobre una raspadura A*. c. *La paraula* hoc *ha estat afegida ulteriorment pel subscriptor A*. d. *El final de la subscripció és il·legible A*.

159. El document porta al dors una anotació del segle XIV: «De Sent Ypolit», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 1378».

635

1264, 13 de setembre. Perpinyà

Jaume I, rei de Catalunya-Aragó mana al batlle de Perpinyà que assigni al comanador i als frares del Masdéu una renda de 3 sous melgoresos sobre un lloc idoni, a escollir entre els seus ingressos, en compensació de les cases d'en Paga i d'en Reïl que donarà al convent dels frares menors, prop del qual estan situades.

B Còpia inserida en una acta del 15 de juliol de 1267.[160]
C Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 250-251, acta núm. 449, segons *B*.
D Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, p. 419, segons *C*.
E Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, f. 332, segons *C*.

Jacobus, Dei gracia rex Aragonum, Majoricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli, et dominus Montispessulani, fideli suo bajulo Perpiniani, salutem et graciam. Mandamus vobis quatenus, visis presentibus, assignetis et donetis comendatori et fratribus Mansi Dei III solidos malguriensium censuales in loco competenti, tuto et ydoneo in exitibus nostris, pro emenda et restitucione illarum domorum que sunt juxta domum Fratrum Minorum, que sunt *d'en Paga* et *d'en Reyl*, et dictas domos Fratribus Minoribus sine more dispendio tradatis et deliberetis, et ad hoc dictos Templarios modis omnibus inducatis. Datum in Perpiniano, idus septembris, anno Domini M° CC° LX° quarto.

636

1264, 16 de setembre. Perpinyà

Un litigi enfrontava Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, amb Guillem Ramon de Caçcastèl a propòsit de l'homenatge feudal que aquest darrer es negava a prestar-li pel terç del castrum *de Sant Hipòlit que havia heretat del seu pare, Pere de Caçcastèl. Per aquesta raó, el comanador havia citat Guillem Ramon davant el jutge Bernat Eimeric, però, com que*

160. Vegeu més endavant l'acta núm. 674.

Guillem Ramon havia refusat presentar-se davant d'ell, el jutge l'havia condemnat en contumàcia a ésser privat del seu feu, argüint que no n'havia demanat la investidura durant l'any consecutiu a la mort del seu pare. Després, Guillem Ramon i el seu germà Guillem de Sant Hipòlit s'arribaren a Barcelona, on el rei tenia la seva cort, asseguraren al rei que el castrum *pel qual llur pare havia fet homenatge depenia de la corona i no de la comanda del Masdéu, i li prestaren homenatge. El rei ordenà aleshores al seu veguer que fes restituir el* castrum *als dos germans. En acabat, tement que aquest acord no perjudiqués el Temple, Guillem de Montgrí exposà al sobirà que el* castrum *de Sant Hipòlit pel qual Pere de Caçcastèl havia prestat homenatge al Masdéu no era tingut pel rei. Aquest darrer manà llavors al seu veguer que restituís el* castrum *als templers. Els dos senyors notificaren al rei que hi havia tres* castra *contigus que eren tots designats amb el nom de Sant Hipòlit, afirmant que dos d'ells havien pertangut a Ramon de Sant Llorenç, que els tenia pel rei, mentre que només el tercer era tingut en feu pel Masdéu. Per tal de demostrar aquesta asserció, volgueren recórrer a la declaració dels testimonis. Aquests foren rebuts en el decurs d'una enquesta diligenciada en nom del rei per Salvador, canonge de Barcelona, contra el comanador del Masdéu.*[161] *Guillem de Sala, jutge delegat pel rei, havent tingut coneixença dels testimoniatges i dels arguments de cada una de les parts constituïdes en presència seva, atès que li sembla evident, a partir de la lectura d'una còpia extreta del registre del rei, que només el* castrum *de Sant Hipòlit que tenia Ramon de Sant Llorenç*[162] *era tingut pel rei, i no aquell pel qual el pare dels dos cavallers havia fet homenatge al comanador del Masdéu, i aquests dos germans al rei, condemna per sentència definitiva Guillem Ramon de Caçcastèl a prestar homenatge al comanador del Masdéu per la seva part del* castrum *de Sant Hipòlit, a propòsit del qual pronuncia que es torni a l'estatut anterior a l'homenatge prestat al rei. El rei, que assistí a aquesta sentència, alliberà els dos germans de l'homenatge que li havien prestat a Barcelona. Per aquesta sentència, el jutge diu que el plet instruït en nom del rei per*

161. Salvador exercia llavors la funció de procurador del rei encarregat d'investigar els feus, drets i rendes del patrimoni reial dins el comtat de Rosselló.

162. Ramon de Sant Llorenç: atestat del 1162 al 1199.

Salvador contra el comanador no haurà d'ocasionar cap perjudici als altres assumptes que enfronten les dues parts, és a dir, els relatius als quatre masos de Sant Hipòlit, que els cavallers diuen que els han de pertànyer i els relatius al recinte fortificat del castrum *i a la repartició entre les dues parts de les terres i dels homes comuns a aquest* castrum*, que reclama el comanador, assumptes que són retornats a un jutge competent.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 23-24, acta núm. 41.
C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 120-128, segons *B*.

Questio mota fuit inter Guilelmum de Montegrino, comendatorem Mansi Dei, ex una parte, et Guilelmum Raymundi de Casiocastello, ex altera. Petebat namque dictus comendator, nomine Templi, dictum Guilelmum Raymundi sibi debere facere homagium[a] pro castro de Sancto Ypolito, pro quo fecerat homagium pater suus, Petrus de Casocastello quondam, comendatori tunc Mansi Dei, nomine Templi, cum fuit heres constitutus pro tercia ipsius castri Sancti Ypoliti. Qui, cum renueret respondere dicto comendatori et facere homagium,[a] super hoc fuit assignatus judex Bernardus Eymerici per prefatum comendatorem ipso Guilelmo Raymundi. Qui quidem, cum nollet coram predicto judice impendere, judex predictus, inspectis meritis cause, predictum Guilelmum Raymundi per contumaciam absentem, quia idem Guilelmus non petierat investituram post mortem patris sui infra unum annum et diem predicti feudi pro parte ad eum pertinentem, per sentenciam diffinitivam dicto feudo privare curavit. Postea, Guilelmus Raymundi (et Guilelmus)[b] de Sancto Ypolito, ambo fratres, ad dominum regem venerunt apud Barchinonam, asserentes quod feudum pro quo pater eorum fecerat homagium[a] comendatori Mansi Dei pertinebat ad ipsum dominum regem et non ad ipsum comendatorem nomine Templi. Et dominus rex, putans ad se castrum ipsum pro quo fecerat homagium[a] pater eorum comendatori Mansi Dei, ut predictum est, pertinere, recepit ab ipsis ambobus fratribus homagium,[a] salvo jure alterius, si quis ibi jus haberet. Postea, dominus rex, recepto homagio[c] ab eisdem, mandavit Ponpiano, vicario, ut dictos milites in possessionem dicti castri reduceret, non obstante contradictione aliqua a comendatore objecta. Comendator autem Mansi Dei, scilicet Guilelmus de Montegrino predictus, credens per ea que acta fuerant inter dominum regem et milites supradictos Templo prejudicium generari, domino regi exposuit quod castrum

illud de Sancto Ypolito, pro quo jam fecerat homagium[a] pater dictorum militum, pro domino rege non tenebatur. Quo intellecto, dominus rex mandavit per Pompianum, vicarium predictum, reduci comendatorem Mansi Dei in possessionem predicti castri de Sancto Ypolito, pro quo pater eorum fecerat homagium[a] Templo, et ipsi ambo fratres domino regi. Et predicti duo fratres, scilicet Guilelmus Raymundi et Guilelmus de Sancto Ypolito, proposuerunt domino regi quod cum tria castra vocata de Sancto Ypolito essent contigua et unumquodque de Sancto Ypolito vocaretur, duo ex castris ipsis, scilicet illud quod Raymundus de Sancto Laurentio tenebat pro domino rege et alterum castrum de Sancto Ypolito pro quo pater eorum fecerat homagium[a] comendatori Mansi Dei, nomine Templi, et ipsi ambo fratres domino regi tenebantur pro ipso domino rege. Et ad ipsam assertionem probandam, voluerunt uti et fuerunt usi a testatione testium, quos Salvator, canonicus Barchinone, receperat in forma inquisitionis in questione quam movebat pro domino rege contra dictum comendatorem. Predictis, igitur, ita paratus, ego Guilelmus de Sala, judex delegatus a domino rege in causa predicta, intellectis meritis predicte cause, visis atestationibus testium predictorum, quibus visi fuerunt predicti milites et rationibus et allegationibus utriusque partis, partibus in mei presentia constitutis, et facta renunciatione et conclusione ab utraque parte, quia per transcripta sumpta de instrumentis registri domini regis evidenter mihi constat prima faciei castrum illud de Sancto Ypolito, quod Raymundus de Sancto Laurentio tenebat, pro domino rege teneri, et non illud pro quo pater dictorum militum fecerat homagium[a] comendatori Mansi Dei nomine Templi, et ipsi ambo fratres predicto domino regi, ideo, predictum Guilelmum Raymundi ut faciat homagium[a] pro ea parte quam habet in dicto castro comendatori Mansi Dei nomine Templi per diffinitivam sentenciam condempno; et comendatorem antedictum pronuncio reducendum et tuendum fore nomine Templi in eum statum in quo erat antequam ambo fratres fecissent homagium[a] domino regi. Rex predictus presens fuit huic sentencie et absolvit dictos milites ab homagio[c] quod ei fecerant apud Barchinonam ne teneri possint in posterum. Et, ad instanciam et preces domini regis, dictus comendator concessit quod per processum medio tempore habitum et sentenciam latam per judicem a comendatore assignatum, nullum prejudicium predictis militibus paretur usque ad tempus hujus sentencie. Item, per hanc sentenciam dico quod

questioni quam movet Salvator nomine domini regis comendatori predicto nullum prejudicium generetur, questionibus quatuor mansorum de Sancto Ypolito, quos dicti milites dicunt ad se pertinere debere, et valli sive clausure predicti castri de Sancto Ypolito et divisionis, quam petit dictus comendator fieri inter eum et milites predictos de terris et hominibus comunibus ejusdem castri, in suo robore duraturis et per competentem[d] judicem suo loco et tempore terminandis. Lata sentencia in Perpiniano XVI kalendas octobris, anno Domini MCCLX quarto, presentibus Guilelmo de Castro novo, Guilelmo de Caneto, Gaucerando de Urgio, Simone de Villalonga et Hugone de Totzone et[e] Petro Rubei, jurisperito, testibus ad hec electis et aliis. Ego Guilelmus de Sala, notarius domini regis, subscribo.

Sig-(SM)-num Simonis de Sancto Felicio, scriptoris domini regis predicti, qui, de mandato Guilelmi de Sala predicti judicis, hec scripsit et clausit loco, die et anno prefixis et predictis interfuit.

a. omagium *B*. b. et Guilelmus *omès B*. c. omagio *B*. d. conpetentem *B*. e. e *B*.

637

1264, 21 de setembre.[163] Perpinyà

Jaume I, rei de Catalunya-Aragó, mana al seu notari, Guillem de Sala, que convoqui en presència seva el comanador del Masdéu, d'una banda, i els fills del difunt Pere de Caçcastèl, Guillem Ramon de Caçcastèl i Guillem de Sant Hipòlit, d'altra banda, a fi d'escoltar-los i estatuir sobre l'assumpte que els enfronta a propòsit del castrum *de Sant Hipòlit, pel qual Pere de Caçcastèl havia fet homenatge al comanador del Masdéu mentre que, després, els seus dos fills n'havien fet homenatge al rei a Barcelona.*

α ACA, Cancelleria Reial, reg. 13 de Jaume I, f. 224.
A Original perdut.
B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 6, acta núm. 13, segons *A*.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 419-420, segons *B*.

163. La data d'aquest mandat planteja un problema de coherència cronològica, ja que sembla ésser a l'origen de la sentència editada més amunt, que li és anterior de cinc dies.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, f. 129, segons *B*.

Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Majoricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, fideli notario suo, Guilelmo de Sala, salutem et graciam. Causam que vertitur vel verti speratur inter comendatorem Mansi Dei, nomine Templi, ex una parte, et Guilelmum Raymundi et Guilelmum de Sancto Ypolito, fratres, filios Petri de Casso castello condam, ex altera, super castro de Sancto Ypolito, pro quo dictus Petrus de Casso castello[a] fecit homagium comendatori Mansi Dei et postea dicti filii ejus fecerunt homagium inde nobis apud Barchinonam, vobis duximus committendam.[b] Mandantes vobis quod, convocatis partibus et in mea presencia constitutis, predictam causam audiatis et fine debito terminetis. Datum in Perpiniano XI kalendas octobris, anno Domini M° CC° LX° quarto.

a. condam, ex altera, super castro de Sancto Ypolito, pro quo dictus Petrus de Casso Castello *repetit per error B*. b. comitendam *B*.

638

1264, 22 de setembre. Perpinyà

Jaume I, rei de Catalunya-Aragó, confirma a fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, la sentència pronunciada a favor del Temple pel seu notari Guillem de Sala, jutge delegat, en l'assumpte que enfrontava el Temple amb els cavallers Guillem Ramon de Caçcastèl i Guillem de Sant Hipòlit a propòsit de l'homenatge degut per aquests darrers pel castrum *de Sant Hipòlit. El sobirà mana a tots els seus oficials que observin i facin respectar aquesta sentència. El rei d'Aragó reserva el seu dret sobre l'altre* castrum *de Sant Hipòlit que tenia abans el difunt Ramon de Sant Llorenç.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 6, acta núm. 14.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 421-422, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 130-131, segons *B*.

Noverint universi quod nos, Jacobus, Dei gracia rex Aragonum, Majoricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus vobis, fratri Guilelmo de Montegrino, comendatori

domus Mansi Dei, nomine Templi, sentenciam pro vobis et contra Guilelmum Raymundi de Casso castello et Guilelmum de Sancto Ypolito, fratrem ejus, milites, latam per Guilelmum de Sala, notarium nostrum, judicem delegatum a nobis in causa ipsa, que inter vos nomine Templi, ex una parte, et predictos milites, ex altera, vertebatur super castro vocato de Sancto Ypolito, pro quo Petrus de Casso castello condam, pater dictorum militum, fecit olim homagium[a] comendatori tunc Mansi Dei, nomine Templi, et postea predicti duos milites fecerunt inde homagium nobis apud Barchinonam, prout hec omnia in dicta sentencia latius continetur. Mandantes firmiter vicariis, bajulis, curiis et aliis officialibus nostris quod predicta observent et faciant observari et non contraveniant aliqua ratione. Quam quidem confirmationem vobis facimus salvo jure nostro in castro alio vocato de Sancto Ypolito, quod consuevit tenere Raymundus de Sancto Laurentio olim defunctus,[b] quod quidem jus in dicto castro asserimus[c] nos habere. Datum in Perpiniano, X° kalendas octobris, anno Domini M° CC° LX° quarto.

Sig-(SM)-num Jacobi, Dei gracia regis Aragonum, Majoricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: (*1a columna*) Petrus de *Monchada*, (*2a columna*) Gaucerandus de *Pinos*, Huguetus de Cervilione, (*3a columna*) Raymundus de Urgio, Guilelmus de Caneto.

Sig-(SM)-num Simonis de Sancto Felicio, qui, mandato domini regis predicti, hec scripsit et clausit, loco, die et anno prefixis.

a. omagium B. b. deffunctus *B*. c. aserimus *B*.

639

1264, 29 de setembre i 1 d'octubre

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment de fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, dóna en acapte a Estefania, esposa de Pere Jausbert, blanquer, un terreny de tres monallades, amb el seu complement, situat a Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles, perquè hi edifiqui una o diverses cases. La terratgera haurà de donar 9 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en

cas de mutació. Per aquesta donació, fra Pere Sabater reconeix haver rebut 25 sous de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 353v-354, acta núm. 643.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 309, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, voluntate ac laudamento domini fratris Guilelmi de Montegrino, preceptoris domus Mansi Dei, per me et successores meos dono ad accapitum tibi, Stephanie, uxori Petri Jausberti, curaterii, et tuis perpetuo, tres monallatas, cum complemento suo, patui, ad faciendum ibi domum vel domos, in terminis Perpiniani, videlicet extra portale quod dicitur de Malleolis, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum; affrontant autem dicte tres monallate ab oriente in tenencia Petri Xatmarii de Malleolis, a meridie in via publica, ab occidente in tenencia nostra, ab aquilone in tua tenencia que fuit condam Bernardo *Baixaric*; totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus; hoc pacto quod tu et tui, qui dictum accapitum habebitis et tenebitis, donetis michi et successoribus meis quolibet anno in festo Natalis Domini de censu VIIII sterlinos argenti fini recipiendos, et foriscapium quandocumque et quocienscumque vendatur. Et promitto[a] tibi quod ego et successores mei faciemus tibi et tuis dictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de evictione et sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ex quibus semper credaris plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligo tibi et tuis omnia bona dicte domus, presencia et futura. Et pro accapito, habui et recepi a te XXV solidos barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatum[b] me teneo, renuncians inde exceptioni pecunie[c] non numerate. Et ego Stephania predicta, hec omnia laudo, promittens[d] tibi, dicto fratri Petro Sutori, quod ego et mei, qui dictum accapitum habebimus et tenebimus, dabimus tibi et successoribus tuis dictum censum et foriscapium, ut dictum est, obligando inde tibi et successoribus tuis omnia bona mea, presencia et futura. Sig++na fratris Petri Sutoris et Stephanie, uxoris Petri Jausberti, predictorum, qui hec omnia laudamus III° kalendas octobris, anno Domini M° CC° LX° IIII°. Sig+++na Petri

Ferrioli, et Guilelmi Andree et Guilelmi Dalmacii, testium. Sig+num fratris Guilelmi de Montegrino, preceptoris domus Mansi Dei, qui hec omnia laudo et firmo kalendis octobris predicta Incarnacione. Sig++na Arnaldi de Alba et Petri Rasedorii, testium. Ego Petrus de Alliarde hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promito *B*. b. paccatum *B*. c. peccunie *B*. d. promitens *B*.

640

1264, 3 de novembre

Vidimus per l'escrivà públic Guillem Reüll de l'acta d'infeudació del castrum *de Sant Hipòlit als templers pel cavaller Pere de Castell del 31 de maig de 1236.*[164]

A Original, pergamí mutilat, amplada 195 mm, alçada 365 mm, ADPO, Hp189.[165]

[*Fórmula de validació després de la transcripció de l'acta del 31 de maig de 1236:*] Guilelmus Revullis, scriptor publicus auctoritate domini Elnensis episcopi, fideliter atque legaliter hoc translatum translatavit ab originali instrumento diviso per ABC puncto ad punctum, verbo ad verbum, nichil addens vel minuens, videntibus et legentibus tribus presbiteris testibus advocatis, scilicet Bernardo Sebillis, sacriste de Bagis, Petro Magistri de Palacio, et A. de Cases, qui omnes hoc translatum et originale instrumentum viderunt et legerunt et omnia bene convenire invenerunt III° nonas novembris, anno Christi M° CC° LX° quarto, et in secunda linea rasit et emendavit «co», et in XVII rasit, et in XXII suprascripsit «dicto pro nobis», et in XXV suprascripsit «Petro», et hoc sig-(SM)-num fecit.

164. Vegeu més amunt l'acta núm. 342.

165. El document porta al dors una anotació del segle XIV en català parcialment esborrada «[...] del feu de Sent Ypolit», sobre la qual una mà del segle XVII ha escrit un regest, també en part esborrat: «[...] dona la sua par del [...] de Sent Ypolit a la comanda»; dues anotacions modernes: «Sent Hipolit», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «2531».

641

1264, 12 de novembre. Barcelona, al Palau Reial

Jaume I, rei de Catalunya-Aragó, reconeix que, a petició seva, els magnats i els cavallers de Catalunya li han concedit gratuïtament un subsidi per les necessitats de la guerra que projecta fer contra els sarraïns, i que li han acordat aquesta ajuda de llur pròpia voluntat, en do gratuït, i no per raó de servitud, ús o costum. Per tant, el rei reconeix que aquesta concessió no el perjudicarà, i ordena als seus fills que no exigeixin mai res d'ells sota pretext d'aquesta ajuda, sota reserva del bovatge, que els serà donat al moment de llur adveniment. Els infants Pere i Jaume juren respectar aquests compromisos.

A Original, pergamí antigament proveït d'un segell penjant amb fils de seda escacats groc i blau, amplada 275 mm, alçada 190 mm, ADPO, 1B10.[166]
Indicat: ALART, *Privilèges et titres...*, p. 266.

Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gracia rex Aragonum, Majoricarum et Valencie, comes Barchinone et dominus Montispessulani, per nos et nostros recognoscimus et confitemur vobis richis hominibus et militibus Catalonie quod subsidium sive servicium quod nobis modo concessistis, a vobis vel a vestris hominibus dedistis et concessistis nobis gratis et spontanea voluntate et amore maximo ac puro et gratuitu dono, et ad preces nostras in auxilium guerre quam cum Sarracenis proponimus habere et non racione servitutis, subjectionis vel alicujus alterius servicii usus vel consuetudinis. Unde per nos et nostros volumus, recognoscimus et concedimus vobis et vestris quod racione dicti adjutorii nullum vobis vel hominibus vestris prejudicium generetur, immo sine vestro et vestrorum prejudicio modo et in posterum nobis predicta recognoscimus fore concessa, mandantes karissimis filiis nostris infantibus Petro et Jacobo quod jurent super sacrosanctis IIII^{or} Euvangeliis quod ipsi nec sui racione dicti auxilii nullam vobis vel vestris hominibus peticionem faciant vel demandam, nec usum aut consuetudinem vel jus intendant adquisivisse vel habere, excepto tamen bovatico quod habere debent tempore suorum regiminum. Ad hec nos infantes Petrus et Jacobus predicti, recog-

166. El document porta al dors una anotació del segle XIV en català: «no fa servici a res», un regest del segle XV: «Carta quod rex cognoscit recepisse adjutorium ab hominibus et militibus de Catalonia, et non ut jus suum. 1264», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 1991».

noscentes predictum subsidium sive adjutorium amore maximo domino regi, patri nostro predicto, fore factum, et non racione debita vel racione alicujus servitutis juris consuetudinis vel usus, juramus per Deum et ejus sacrosancta IIII^{or} Euvangelia manibus nostris corporaliter tacta, quod nullum vobis richis hominibus et militibus antedictis nec vestris nec hominibus etiam vestris peticionem racione dicti subsidii vel adjutorii faciemus, nec istud servicium non possit parare, nec facere prejudicium in posterum vobis vel vestris, per nos nec nostros in ipso casu vel simili alio, nisi de vestra fuerit voluntate, immo hoc servicium ex vestro puro dono gratuito confitemur et recognocismus recepisse. Quod fuit actum in Barchinona, in palacio domini regis, II^{e} idus novembris, anno Domini M° CC° LX° quarto, presentibus testibus A(rnaldo), episcopo Barchinone, P(etro), episcopo Gerundensis, Jauzberto de Castro novo, Jaufredo de Rochabertino, Petro de Montecateno, Raimundo de Montecateno, P(etro) de Berga, Bernardo de Sancta Eugenia, Guilelmo de Caneto, et pluribus aliis.

Sig-m-num Jacobi, Dei gracia regis Aragonum, Majoricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Sig-(SM)-num Bartholomei de Porta, qui, mandato domini regis, hec scribi fecit, et clausit loco, die et anno prefixis.

642

1265 (nou estil), 4 i 15 de gener

El cavaller Arnau de Vilademany ven a fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, i als seus successors la sisena part indivisa del delme percebut al terme de Sant Hipòlit sobre el vi, el blat, la llana i els anyells, i de tots els productes pels quals el delme ha d'ésser donat. Tenia aquesta part de delme, abans tingut en feu pel senyor Ponç del Vernet i els seus antecessors, pel comte d'Empúries. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 3.200 sous barcelonesos. Fina, muller d'Arnau, confirma aquesta venda i deixa tots els drets que posseeix sobre el delme a causa de la successió del seu pare, Raimon de Durban, o per qualsevol altra raó. Ponç Hug, comte d'Empúries, a petició dels dos esposos, aprova i confirma aquesta venda i dóna al comandor tot el dret de senyoria directa que té sobre aquesta part de delme.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 20-21, acta núm. 35.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 422-424, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 132-138, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Arnaldus de Vila de *Mayn*, miles, per me et omnes meos vendo et trado sive quasi trado vobis, Guilelmo de Montegrino, preceptori domus Mansi Dei milicie Templi, et successoribus vestris imperpetuum, ad omnes vestras vestrorumque voluntates faciendas, sextam partem pro indiviso totius decime de Sancto Ypolito et terminis ejus et adjacencie […][a] tam de vino quam blado quam de lana et agnis et aliis omnibus de quibus decima dari debet, et etiam […][b] predicte consuevit ab antiquo in feudum teneri pro domino Poncio de Verneto et antecessoribus ejusdem et nunc pro domino Poncio Uguoni, comite Ympuriarum, in feudum tenebam. Predictam vero sextam partem dicte decime pro indiviso omnium predictorum vobis, predicto preceptori, […][c] sive quasi trado pro francho et libero alodio, cum omni jure et actione, quod et quam in predictis habeo et habere debeo, precio trium milium CC solidorum barchinonensium bonorum coronatorum, valentium LX marchas argenti fini rectique pensi Perpiniani, de quibus per pacatum[d] me teneo et contentum, renuncians inde exceptioni pecunie[e] non numerate, doli et metus et infectum, cedendo etiam vobis et successoribus vestris, ratione dicte venditionis, omnes actiones et exceptiones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, quas et que in dicta et pro dicta sexta parte dicte decime omnium predictorum contra omnes personas habeo et habere aliquo modo debeo, constituendo vos et successores vestros de predictis in rem vestram procuratores. Et si dicta venditio plus valet pretio predicto, vel in futurum est valitura, illud totum plus valens gratis inter vivos dono et diffinio imperpetuum vobis et successoribus vestris, renuncians illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi pretii decepti sunt. Preterea, promitto[f] per stipulationem vobis, dicto preceptori, et successoribus vestris me effecturum et curaturum quod predictam sextam partem dicte decime pro indiviso licebit vobis et successoribus vestris habere, percipere pro alodio in pace et sine controversia et inpedimento meo et meorum et cujuslibet extranee persone. Que quidem stipulatio tosciens comitatur quotiens vobis vel successoribus vestris questio mota fuerit de predictis, licet non fuerit ad finem perducta vel etiam vobis impedimentum[g] fuerit prestitum. Obligo me etiam insuper vobis et successoribus vestris pro evictione omnium predicto-

rum et expensis, si quas in causa evictionis vos vel successores vestros facere contigerit pro predictis et pro interesse vestro et successorum vestrorum, de quibus expensis et interesse vestro et successorum vestrorum verbo simplici credaris sine testibus et juramento. Promitto[f] insuper, vobis predicto preceptori, stipulanti nomine domus Mansi Dei, et successorum vestrorum, quod si causam vel causas vobis vel successoribus vestris pro dicta sexta parte decime, vel aliqua parte ipsius, movere contigeret, ego et mei causam illam in nos suscipiemus et illam vel illas ad finem nostris propriis expensis producemus, vel, si illam vel illas malueritis defendere,[h] ego et mei vobis et successoribus vestris, expensas litis necessarias in qualibet parte ipsius litis subministrare et solvere promitto[f] ad monitionem vestram vel successorum vestrorum, de quibus expensis vestro simplici verbo et successorum vestrorum credaris absque testibus et juramento. Remitto[i] insuper vobis et successoribus vestris necessitatem denunciandi[j] mihi vel meis evictionem si vobis apparuerit, vel successoribus vestris, pro predictis vel aliquo predictorum. Et pro predictis omnibus et singulis vobis et successoribus vestris attendendis et complendis, obligo vobis et vestris successoribus per vinculum omnia bona mea, presentia et futura, ubique. Et incontinenti pro possessione vel quasi dicte sexte partis dicte decime vobis tradenda, constituo me de ipsa nomine vestro possessorem, donec corporalem vel quasi possessionem de predictis apprehenderitis,[k] quam possitis vestra auctoritate propria apprehendere quandocumque volueritis. Et quod predicta omnia et singula fideliter semper teneam, compleam et observem, et quod contra nunquam veniam, bona fide et per stipulationem vobis promitto,[f] et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Dei Evangeliis, sponte vobis juro. Per quod juramentum renuncio omni juri divino et humano et omni consuetudini, quo vel quibus contra predicta vel aliquid predictorum venire possem. Et ego domina Fina, uxor dicti Arnaldi de *Vila de Main*, hec omnia laudo et dono gratis inter vivos et diffinio vobis, dicto preceptori, et successoribus vestris, imperpetuum, predictam sextam partem dicte decime, et quicquid juris in ea habeo vel habere debeo jure proprietatis, successionis patris mei, Raymundi *Durban* condam, vel alio quocumque modo, cedendo vobis et successoribus vestris omnes actiones et jura, quas et que in dicta sexta parte decime predicte habeo vel habere debeo aliquo modo vel aliqua ratione, constituendo inde vos et successores vestros de predictis procuratores in rem vestram. Et quod predicta omnia et singula fideliter semper

teneam et observem, et quod contra nunquam veniam, bona fide et per stipulationem vobis promitto,[f] et etiam, per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Dei Evangeliis, sponte vobis juro. Per quod juramentum renuncio legi illi que dicit donationem ex causa ingratitudinis posse revocari, et omni alii legitimo auxilio, quo contra predicta vel aliquid predictorum venire possem. Et nos, Poncius Uguo, Dei gracia comes Ympuriarum, ad preces et ad instantiam dicti Arnaldi de *Vila Mayn* et domine Fine, uxoris ejus, gratis et bona voluntate, predictam venditionem laudamus, approbamus et confirmamus, dantes gratis inter vivos vobis, dicto fratri Guilelmo de Montegrino, preceptori dicte domus Mansi Dei, et successoribus vestris, imperpetuum, totum jus dominii quod habemus et habere debemus in predicta sexta parte dicte decime aliquo modo vel ratione, cedendo vobis et vestris successoribus omnes actiones et jura, quas et que in dicta sexta parte dicte decime aliquo modo vel ratione habeo vel habere debeo contra omnes personas,[l] constituendo vos et successores vestros de predictis in rem vestram procuratores, nullo jure nobis vel nostris retento in dicta sexta parte dicte decime. Actum est hoc II[e] nonas januarii,[m] anno Domini MCCLX° quarto. Sig+num Arnaldi de *Vila de Mayn* predicti, qui hec omnia laudo et firmo die et anno prefixis. Sig+num Poncii Uguonis, Dei gracia comitis Ympuriarum, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus die et anno prefixis. Sig+++++na Berengarii Caradelli, militis, et Guilelmi Caruli, et Guilelmi de Farnesio, militis, et Berengarii *Torrent* et Petri *Sisterna*, testium, in presentia[n] quorum dictus Arnaldus de *Vila de Mayn* et dictus comes laudaverunt predicta, ut superius est dictum. Sig+num domine Fine, uxoris dicti Arnaldi de *Vila de Mayn*, predicte, que hec omnia laudo et firmo XVIII° kalendas febroarii, anno predicto. Sig+++na Geraldi de Paba, militis, et Raymundi de Cardoneto, bajuli de Cassano, et Petri Ferrarii, de Sancta Columba de *Farnes*, testium, in presencia quorum dicta domina Fina predicta laudavit et firmavit, ut dictum est.

Et ego Poncius Uguo, comes Impuriarum, qui hoc firmo sig-(SM)-navi.

Arnaldus Mironi scripsit hoc vice Petri Calveti, hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

FUNDACIÓ NOGUERA

a. *Passatge il·legible, llacuna de 28 mm B.* b. *Passatge il·legible, llacuna de 45 mm B.* c. *Passatge il·legible, llacuna de 35 mm B.* d. paccatum *B.* e. peccunie *B.* f. promito *B.* g. inpedimentum *B.* h. deffendere *B.* i. remito *B.* j. nunciandi *B.* k. aprehenderitis *B.* l. possonas *B.* m. jannuarii *B.* n. presensia *B.*

643

1265 (nou estil), 16 i 25 de gener

Fra Guillem de Montgrí, comandor del Masdéu, amb el consentiment de fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Arnau Jordà de Bellpuig, habitant de Perpinyà, dues monallades de terra, és a dir, una monallada d'ample i quatre monallades de llarg, a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 6 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Haurà de construir-hi una o diverses cases en un termini de quatre anys a comptar d'aquest dia, altrament s'exposarà a una pena de 12 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona. Per aquesta donació, fra Guillem de Montgrí reconeix haver rebut 25 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 333r-v, acta núm. 604.
C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 310-311, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Montegrino, preceptor domus Mansi Dei milicie[a] Templi, consilio et assensu fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, per nos et successores nostros damus atque in presenti tradimus ad accapitum tibi, Arnaldo Jordani de Pulcro podio, habitatori Perpiniani, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, duas monallatas terre nostre, scilicet unam in latitudine et IIII[or] in longitudine, de celo usque in abyssum,[b] ad faciendum et edificandum[c] ibi domum vel domos, et sunt dicte due monallate terre in terminis Perpiniani et adjacencia Sancti Johannis ejusdem ville, et affrontant ab oriente in tenencia Berengarii Coste, a meridie in via, ab occidente in tenencia nostra, ab aquilone in via, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus, et cum terminis et pertinenciis et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui dictas duas monallatas terre, vel domos ibi construendas, habebitis et tenebitis, donetis nobis et successoribus nostris pro censu VI

sterlinos argenti fini recipiendos singulis annis in festo Natalis Domini, et foriscapium quandocumque et quocienscumque vendatur vel inpignoretur vel alienetur, et quod tu vel tui edificetis[d] ibi domum vel domos infra quatuor annos ab hac die inantea computandos, alioquin tenearis nobis dare completis dictis IIII[or] annis pro pena XII solidos VI denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani. Et nos et successores nostri faciemus tibi et tuis dictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de evictione et sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit pro predicta tenencia, ex quibus semper credaris plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligamus tibi et tuis omnia bona nostre domus Mansi Dei, presentia et futura. Et profitemur et recognoscimus tibi quod habuimus a te pro accapito XXV solidos barchinonensium coronatorum de dicto valore, de quibus per pacatos[e] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[f] non numerate, quos recognoscimus versos esse in utilitatem dicte domus Mansi Dei. Ego dictus frater Petrus Sutor hec laudo. Et ego dictus Arnaldus Jordani, hec omnia laudo, promittens[g] vobis, dictis fratri Guilelmo de Montegrino et fratri Petro Sutori, quod dictum censum solvemus ego et mei, ut dictum est, et attendemus vobis alia omnia, ut dictum est, obligando inde vobis et successoribus vestris omnia bona mea, presentia et futura. Sig+num fratris Guilelmi de Montegrino predicti, qui hec omnia laudo XVII° kalendas febroarii, anno Domini M° CC° LX° IIII°. Sig+num Arnaldi Jordani, qui hec omnia laudo die et anno predictis. Sig+++++na fratris Raymundi de Talada, et Bertrandi de *Tamarit*, et Arnaldi Castelani, et Johannis *Ros* de Paderno, testium. Sig+num fratris Petri Sutoris predicti, qui hec omnia laudo VIII° kalendas febroarii predicta Incarnatione. Sig+++na Arnaldi Vole, macellarii, et Berengarii Coste, et Arnaldi Mironi, testium. Ego Petrus de Aldiarde hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti. Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. milicie *repetit per error B*. b. habissum *B*. c. hedificandum *B*. d. hedificetis *B*. e. paccatos *B*. f. peccunie *B*. g. promitens *B*.

FUNDACIÓ NOGUERA

644

1265 (nou estil), 25 de gener

Maria, filla del cavaller Arnau Lassera i d'Estefania i vídua de Pere Jaume de Palau, ven a fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, els drets de propietat que té sobre la masada i els béns mobles i immobles que foren del seu difunt marit per raó del seu dot, de la seva viduïtat o per alguna altra raó. Com a preu d'aquesta venda, reconeix haver rebut 1.000 sous melgoresos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 99v-100, acta núm. 160.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 495-496, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 333-334, segons *B*.

In Dei nomine. Notum sit cunctis presentibus et futuris quod ego domina Maria, filia Arnaldi *Lessera* militis, et filia Stephanie, uxoris dicti Arnaldi *Lassera*, et uxor Petri Jacobi de Palacio quondam, bona fide et sine fraude, per me et per omnes successores meos, cum hac carta publica omni tempore valitura, vendo, cedo, solvo, diffinio vobis, domino Guilelmo de Montegrino, comendatori domus Mansi Dei, et successoribus vestris et cui dare, dimittere,[a] vendere sive alienare volueritis, ad omnes vestras et vestrorum voluntates perpetuo faciendas, quicquid juris proprietatis, peticionis et racionis habeo et habere debeo in tota mansata et in omnibus bonis mobilibus et inmobilibus quod quondam fuerunt dicti Petri Jacobi, mariti mei, racione dotis et sponsalicii returni sive hypothece[b] vel aliqua alia racione, nomine, voce et racione dicti Petri Jacobi, mariti mei, cedentes vobis et successoribus vestris omnes actiones reales et personales et omnia omnino jura, que et quas habeo et habere debeo in omnibus predictis bonis Petri Jacobi, predicti mariti mei, racionibus suprascriptis, promittens[c] vobis et successoribus vestris quod contra predictam vendicionem, cessionem, solucionem et diffinicionem non veniam nec venire faciam, occulte[d] vel manifeste, per me vel per aliquam interpositam personam, ab isto die presenti inantea, et de omni evictione et expensis evictionis, obligo me et meos et omnes res meas vobis et vestris successoribus imperpetuum. Pro qua vendicione, cessione, solucione et diffinicione valitura perpetua accepi a vobis M solidos malguriensium bonorum in pecunia[e] numerata, renunciantes exceptioni non numerate pecunie.[f] Et quod omnia predicta et singula compleam et attendam, et contra nunquam veniam, bona

fide mea et per firmam stipulacionem tibi promittimus,[g] et per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Evangeliis manibus meis, sponte juro omnia predicta et singula attendere et complere. Actum est hoc VIII° kalendas febroarii, anno Christi M° CC° LX° quarto. Sig+num domine Maria predicte, qui hec omnia et singula laudo et firmo et testes firmare rogo. Sig+++na domini Sabte, abbatis monasterii Sancti Genesii, Bernardi *Parage* et Petri Curvi de Palacio, omnium testium rogatorum.

Josbertus, sacrista de Palacio et scriptor publicus auctoritate domini Elnensis episcopi, scripsi et hoc signum (SM) feci.

a. dimitere *B*. b. ypotece B. c. promitens *B*. d. oculte *B*. e. peccunia *B*. f. peccunie *B*. g. promitimus *B*.

645

1265 (nou estil), 20 de març

Guillem Ramon de Castell i el seu germà Guillem de Sant Hipòlit, fills i hereus de Pere de Castell per dues parts, reconeixen tenir en feu per Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, els dos terços en indivís del castrum *de Sant Hipòlit, amb els seus habitants, la seva jurisdicció i tot el que en depèn. Aquest* castrum *pertanyia abans a llur pare, que el tenia en feu per la comanda del Masdéu. Els dos germans prometen, per la fe de l'homenatge i del jurament de fidelitat, d'ésser vassalls fidels i propis del Masdéu. Pel servei d'aquest feu, reconeixen deure, així com Ermengol, fill de llur difunt germà Pere de Castell, la prestació d'una alberga anual de dos cavallers durant el període comprès des de la festa de Nadal fins a la vigília de l'entrada a la Quaresma. Es comprometen igualment a lliurar al comanador del Masdéu el comandament del* castrum *totes les vegades que se'ls ho exigeixi. Guillem de Montgrí promet que ell i els seus successors seran bons i fidels senyors i que protegiran els qui tinguin aquest feu segons els bons costums del Temple.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 23, acta núm. 40.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 561-562, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 139-142, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, Guilelmus Raymundi de Castello et Guilelmus de Sancto Ypolito, frater ejus, filii Petri de Castello

quondam et heredes ejusdem pro duabus partibus, per nos et per omnes successores nostros, profitemur et in veritate recognoscimus vobis, domino fratri Guilelmo de Montegrino, preceptori domus Mansi Dei milicie Templi, et successoribus vestris, quod nos tenemus in feudum pro vobis et pro dicta domo Mansi Dei duas partes pro indiviso totius castri de Sancto Ypolito, cum hominibus et feminis, et jurisdictione, et omnibus aliis pertinentibus ad dictum castrum. Quod castrum, cum predictis, fuit olim dicti Petri de Castello, patris nostri quondam, et ipsum tenebat in feudum pro dicta domo Mansi Dei. Et pro dicto feudo facimus nos homines vestros et dicte domus Mansi Dei et fideles et solidos vassallos vestros et dicte domus. Et promittimus[a] vobis per fidem hominatici, quod vobis in continenti facimus, et per virtutem juramenti infra scripti prestiti a nobis, quod nos erimus semper vobis et successoribus vestris et dicte domui vestre fideles vassalli et solidi contra omnes personas, et servabimus vobis et dicte domui dictum feudum sine omni enganno et dolo et fraude, et sine aliqua diminutione dicti feudi, et omnia que fidelis vassallus tenetur servare domino suo. Item, recognoscimus vobis quod pro servicio feudi totius dicti castri specialiter debemus facere et faciemus, nos et Ermengaudus, filius Petri de Castello quondam fratris nostri, vobis et successoribus vestris albergam duobus militibus singulis annis, a festo Natalis Domini usque ad Carniprivium, in illo intermedio; et dabimus potestatem de dicto castro cum pertinentiis suis vobis, et cuilibet preceptori quocumque advenerit in Manso Dei, quandocumque et quotienscumque requisiti fuerimus a vobis vel a successoribus vestris preceptoribus Mansi Dei. Et quod predicta omnia et singula fideliter semper teneamus, compleamus et observemus, et quod contra nunquam veniamus, bona fide et per stipulationem vobis promittimus[a], et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Dei Evangeliis, sponte vobis juramus. Per quod juramentum renunciamus omni juri omnique legi et omni consuetudini, quibus contra predicta vel aliquid predictorum venire possemus. Et nos, dictus frater Guilelmus de Montegrino, preceptor dicte domus Mansi Dei milicie Templi, per nos et successores nostros, promittimus[a] vobis, dictis Guilelmo Raymundi et Guilelmo de Sancto Ypolito, fratri ejus, quod nos et successores nostri erimus vobis boni domini et fideles, et defendemus[b] vos et vestros successores in dicto feudo secundum bonas consuetudines milicie Templi. Actum est hoc XIII kalendas aprilis, anno Domini M° CCLXIIII. Sig+++na Raymundi de Castello et Guilelmi

de Sancto Ypolito, fratris ejus, et fratris Guilelmi de Montegrino, preceptoris dicte domus Mansi Dei, predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Petri Garrige, et Petri Riupulli, de Podio Cerdano, et Berengarii Rubei, militis, testium. Arnaldus Mironi scripsit hoc vice Petri Calveti et suprascripsit[c] in V[a] linea «cessoribus», et hoc sig-(SM)-num fecit.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus *B*. b. deffendemus *B*. c. supprascripsit *B*.

646

1265 (nou estil), 22 de març

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, amb el consentiment de tot el convent d'aquesta casa, dóna en acapte a Bernat Rigau de Sant Hipòlit, home del Temple, un mas, amb tot el que en depèn, situat a la vila de Sant Hipòlit. El terratger haurà de donar-los 9 esterlins de plata, és a dir, 3 sous melgoresos, de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Guillem de Montgrí reconeix haver rebut 775 sous barcelonesos. El comanador del Masdéu allibera a perpetuïtat Bernat Rigalt i els seus de les joves i talles comunes que es facin a la vila de Sant Hipòlit i que podrien ésser-los imposades per aquest mas.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 25r-v, acta núm. 43.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, p. 563, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 143-147, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Guilelmus de Montegrino, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, per nos et omnes successores nostros, consilio[a] ac laude totius conventus domus nostre predicte, videlicet fratris Lupi de Biocha, camerarii ejusdem domus, et fratris Raymundi de Sancto *Daniel*, et fratris Petri de Campo rotundo, bajuli forensis, et fratris Petri de Pala Frugello, preceptoris de Sancto Ypolito, et fratris Petri Sabaterii, preceptoris de Perpiniano, et fratris Raymundi Cavaleria, preceptoris domus Mansi de Garriga, et fratris Petri de *Canoys*, preceptoris de Orulo, et fratris Raymundi *Saquet*, preceptoris de Bagis, et fratris Johannis *Lambart*, preceptoris de Palacio, et fratris Dominici Jo-

hannis, et fratris Petri de *Lupia*, preceptoris de *Corbons*, et fratris Bernardi Raymundi, capellani, et fratris Guilelmi *Comdor*, custos cabane ovium ejusdem domus, et fratris Arnaldi Rocha, et fratris Guilelmi de Aquaviva, et fratris Raymundi de *Nidoleres*, et fratris Raymundi de Petra pertusa, et fratris Petri de *Lavanach*, et fratris Bernardi de *Bohsenich*, et fratris Guilelmi de Castilione,[b] donamus tibi, Bernardo Rigaldo, homini nostro de Sancto Ypolito, et tuis, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum et hominibus domini regis, totum quendam mansum nostrum, a celo usque in abyssum,[c] ad acapitum et tenedonem, quem habemus et habere debemus infra villam et terminos de Sancto Ypolito, cum omnibus pertinentiis et pertinere debentibus dicto manso, prout melius et plenius ad utilitatem tuam et tuorum legi, intelligi ac dici potest, tali tamen pacto et conditione quod tu et tui, aut quicumque dictum mansum tenebunt et habebunt, dent nobis et domui nostre predicte annuatim perpetuo de censu VIIII sterlinos, valentes III solidos malguriensium bonorum, in festo Natalis Domini. Cedimus etiam tibi et tuis, aut cui volueris, omnia jura, voces et actiones, que et quas habemus et habere debemus contra aliquem vel aliquos pro predicto manso. Pro qua quidem donatione accapiti predicti et cessione predicta, profitemur et recognoscimus nos habuisse et accepisse a te DCCLXXV solidorum barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi et VI denarii valent unam[d] marcham argenti fini recti pensi Perpiniani ad cambium, de quibus per pacatos[e] nos tenemus, renunciantes ex certa scientia exceptioni pecunie[f] non numerate, scienter et consulte, cum certi simus de jure nostro, et omni juri, legi et mori, quibus contra venire possemus, in toto vel in parte, de predicta donatione, et specialiter illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi pretii sunt decepti, promittentes[g] tibi, Bernardo prefato stipulanti, per firmam stipulationem et sollemnem,[h] quod totam dictam donationem faciemus tibi et tuis bonam habere et tenere in pace, sine omni inquietatione alicujus persone, salvo tamen jure nostro VIIII sterlinos videlicet prefatos, denudando penitus nos et nostros de predicto manso et omnibus pertinentibus eidem, et te et tuos et quos volueris inde investimus et in corporali possessione et quasi juris et facti vos ponimus, constituendo te inde verum procuratorem tanquam in rem tuam propriam. Item, promittimus[i] tibi et tuis quod nichil fecimus vel decetero faciemus quominus dicta donatio valeat, vel infringi possit, quod si forte fecimus vel faceremus, pro infecto habeatur, et nullus prorsus vires aliquo

tempore habeat. Insuper promittimus[i] quod si aliqua persona tibi vel tuis aliqua questio moverit in dicta donatione vel in aliqua parte ipsius, suscipiemus incontinenti, cum semel moniti fuerimus a te vel a tuis, dictam questionem, ipsamque defendemus[j] propriis nostris sumptibus et domus nostre predicte usque ad finem litis. Affrontat autem dictus mansus ex una parte in via publica, de secunda in manso Arnaldi Traverii, de tercia in patili Petri Nigri, de quarta vero parte in cellaria Petri de Clairano et in via publica, cum ingressibus et egressibus suis, et terminis et pertinentiis suis, et cum omnibus in se habentibus et habere debentibus. Verum, si dictus mansus venderetur vel alienaretur quoquomodo alicui, dabis nobis et nostris successoribus foriscapium, prout consuetum est in villa de Sancto Ypolito. Item, si aliqua opera vel tallia comunia fieret in villa de Sancto Ypolito, non tenearis tu vel tui ibi aliquid ponere pro dicto manso, set facimus vos inde liberos et inmunes perpetuo, prout melius ad utilitatem tuam et tuorum legi, intelligi ac dici potest. Actum est hoc XI° kalendas aprilis, anno Christi MCC° LX quarto. Sig++++++++++++++++++++++na fratris Guilelmi de Montegrino, preceptoris domus milicie Templi Mansi Dei, et fratris Lupi de Biocha, camerarii ejusdem domus, et fratris Raymundi de Sancto *Daniel*, et fratris Petri de Campo Rotundo, bajuli forensis, et fratris Petri de Palafrugello, preceptoris de Sancto Ypolito, et fratris Petri Sabaterii, preceptoris de Perpiniano, et fratris Raymundi Cavalleria, preceptoris domus Mansi de Garriga, et fratris Petri de *Canoys*, preceptoris de Orulo, et fratris Raymundi *Saquet*, preceptoris de Bagis, et fratris Johannis *Lambart*, preceptoris de Palacio, et fratris Dominici Johannis, et fratris Petri de *Lupia*, preceptoris de *Corbons*, et fratris Bernardi Raymundi de *Nidoleres*, et fratris Raymundi de Petra pertusa, et fratris Petri de *Lavanach*, et fratris Bernardi de *Bochsenic*, et fratris Guilelmi de Castilione, predictorum, qui omnia predicta et singula laudamus et firmamus, testes firmarique rogamus. Sig+++na Arnaldi Traverii, bajuli de Sancto Ypolito, et Johannis *Tuxa*, ejusdem ville, et Balaguerii, bajuli de Palacio, hujus rey testium.

Guilelmus Revullis, scriptor publicus auctoritate domini Elnensis episcopi, hanc cartam scripsit et hoc signum (SM) fecit.

a. concilio *B*. b. Castione *B*. c. habissum *B*. d. unum *B*. e. paccatos *B*. f. peccunie *B*. g. promitentes *B*. h. sollempnem *B*. i. promitimus *B*. j. deffendemus *B*.

647

1265, 31 de març

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Pere de Camprodon, comanador de Centernac i batlle forà, i Berenguer de Berga, dóna en acapte a Ramon Fabre de Malloles un camp situat a la parròquia de Santa Maria de Malloles. El terratger haurà de donar-los mitja aimina d'ordi, mesura rasa de Perpinyà, de cens anual el dia de la festa dels sants Pere i Fèlix, que portarà a càrrec seu a la casa del Temple a Perpinyà, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Guillem de Montgrí reconeix haver rebut 75 sous de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 211v, acta núm. 367.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, p. 565, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Guilelmus de Montegrino, preceptor domus Mansi Dei, per me et per omnes successores meos, consilio et laudamento fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Petri de Campo rotundo, preceptoris de Sancto Arnacho et bajuli forani,[a] et fratris Berengari de Berga, dono ad accapitum et trado sive quasi trado tibi, Raymundo Fabro de Malleolis, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis,[b] militibus et eorum uxoribus et domibus religionum et hominibus domini regis, quendam campum qui est in terminis et in adjacentia Sancte Marie de Malleolis, et affrontat ab oriente in faxia dominarum Sancti Salvatoris, a meridie in tenentia qui fuit Jacobi de *Agnils*, ab occidente in campis qui fuerunt *Picayn*, ab aquilone in via publica, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui et quicumque dictum campum habueritis et tenueritis donetis semper mihi et successoribus meis et dicte domui de censu quolibet anno in festo sancti Petri et Felicis mediam eiminam ordei raseriam ad mensuram rectam Perpiniani apportatam[c] intus villam Perpiniani, intus domum nostram, sine nostra missione et successorum nostrorum, et quocienscumque venderetur vel inpignoraretur, ego et successores mei habeamus inde nostrum foriscapium. Et ego et successores mei faciemus tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum;

et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ex quibus credaris plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis obligo tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus, presencia et futura. Et pro predicta donacione habui et accepi a te pro accapito LXX[a] V solidos barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi et VI denarii valent I marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatum[d] me teneo, renuncians excepcioni pecunie[e] non numerate, quam pecuniam[f] recognosco versam esse, et redactam, in maxima utilitate dicte domus. Et ego Raymundus Faber predictus, hec omnia predicta laudo et firmo, promittens tibi, dicto fratri Guilelmo de Montegrino, quod ego et mei solvemus semper et dabimus tibi et successoribus tuis dictum censum quolibet anno, ut dictum est, obligando inde tibi et successoribus tuis per vinculum omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc II[e] kalendas aprilis, anno Domini M° CC° LX° V°. Sig+++++na fratris Guilelmi de Montegrino, preceptoris, et fratris Petris Sutoris, et fratris Petri de Campo rotundo, et fratris Berengarii de Berga et Raymundi Fabri predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Arnaldi Mironi, et Ferrarii Sabte et Bernardi Caironi, testium. Ego Bernardus *Carles* hanc cartam scripsi mandato Petri Calveti.

Petrus Calvetus, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. bajulus foranus *B*. b. sanctis *afegit a la interlínia B*. c. aportatam *B*. d. paccatum *B*. e. peccunie *B*. f. peccuniam *B*. g. Catels *B*.

648

1265, 31 de març

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i Pere de Camprodon, comanador de Centernac i batlle forà del Masdéu, dóna en acapte a Bernat Cairó, sabater, habitant de Perpinyà, un taller, que té per ells en lloguer. El terratger haurà de donar-los 25 sous de moneda coronada de Barcelona de cens anual, una meitat del qual el dia de Sant Miquel i l'altra meitat el dia de Pasqua.

A[1] Original, en forma de carta partida per la dreta per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí, amplada 185/190 mm, alçada 180/185 mm, ADPO, Hp188.[167]

B Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. S, pp. 458-459, segons *A*[1].

Notum sit cunctis quod nos, frater Guilelmus de Montegrino, preceptor domus Templi Mansi Dei, consilio et laudamento fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Petri de Campo rotundo, preceptoris de Sancto Arnacho et bajuli forani dicte domus Mansi Dei, per nos et per omnes successores nostros, damus et tradimus sive quasi tradimus ad accapitum tibi, Bernardo Cayroni, sutori, habitanti Perpiniani, et tuis, unum operatorium, quem pro nobis tenes ratione logerii, quod tibi concedimus ad omnes tuas voluntates faciendas in perpetuum, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinentiis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui et quicumque dictum operatorium habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris de censu quolibet anno XXV solidos barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent I marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, quos persolvas nobis et successoribus nostris per terminos, scilicet in primo venienti festo sancti Michaelis septembri[a] medietatem, et aliam medietatem ad primum veniens festum Paschis, et sic de anno in annum eodem modo. Et promittimus tibi quod nos et successores nostris faciemus tibi et tuis totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona in perpetuum, et tenebimur inde tibi sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contingerit, ex quibus credaris plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligamus tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus, presencia et futura. Et ego Bernardus Cayroni predictus, hec omnia predicta laudo et firmo,[b] promittens vobis, dicto fratri Guilelmo de Montegrino, et successoribus vestris, solvere dictum censum, ut dictum est, obligantes inde vobis omnia bona mea, presencia et futura. Vero dictum operatorium est intus Perpinianum, et affrontat

167. El document porta al dors un regest del segle XV en català: «Carta dun hobrador den Bernat Sastre ab çens XXV s. Perpinya», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3102».

ab oriente in tenencia Berengarii Giraldi, a meridie in tenencia Johannis Fabri, quem pro nobis tenetur et tenet, ab occidente in tenencia dicti Johannis Fabri, ab aquilone in via publica. Actum est hoc II kalendas aprilis, anno Domini MCCLXV. Sig++++na fratris Guilelmi de Montegrino, preceptoris domus Templi Mansi Dei, et fratris Petri Sutoris, et fratris Petri de Campo rotundo, et Bernardi Cayroni predictorum, qui hec omnia predicta laudamus et firmamus. Sig++++na Laurencii Rotundi, et Poncii *Barrot*, et *Posset* Araganni, et Bernardi de Graa, testium. Ego Petrus Fabri hanc cartam scripsi mandato Bernardi Caruli, et rassi[c] et emendavi in XV linea «est intus Perpinianum», et suprascripsi in XIII linea «et firmo». Bernardus *Carles*, scriptor publicus Perpiniani auctoritate Raymundi Eimerici scriptoris publici Perpiniani, hoc instrumentum receptum et laudatum in posse Petri Calveti quondam, tunc scriptoris publici Perpiniani, de notulis dicti Petri Calveti scribi fecit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic A per* septembris. b. et firmo *afegit a la interlínia A*. c. *Sic A per* rasi.

649

1265, 31 de març

Fra Guillem de Montgrí, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i Pere de Camprodon, comanador de Centernac i batlle forà del Masdéu, dóna en acapte a Bernat Cairó, sabater, habitant de Perpinyà, un celler que té per ells en lloguer a Perpinyà. El terratger haurà de donar-los 25 sous de moneda coronada de Barcelona de cens anual, una meitat del qual el dia de Sant Miquel i l'altra meitat el dia de Pasqua. El comanador del Masdéu reserva el dret de la seva casa de recuperar aquest celler quan ell i els seus successors ho vulguin, amb la condició que sigui per a llur ús; i abans de recuperar-la estaran obligats a reemborsar les despeses que ell i els seus hagin fet pel manteniment d'aquest celler.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 286v-287, acta núm. 508.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 312-313, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Guilelmus de Montegrino, preceptor domus Templi Mansi Dei, consilio et laudamento fra-

tris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Petri de Campo rotundo, preceptoris de Sancto Arnacho et bajuli forani,[a] per nos et per omnes successores nostros damus et tradimus sive quasi tradimus ad accapitum tibi Bernardo Carrono, sutori, habitanti Perpiniani, et tuis et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, quoddam cellarium, quod pro nobis tenes modo ratione logerii, quod est intus Perpinianum, et affrontat ab oriente in tenencia Berengarii Girilani, a meridie in nostra tenencia, ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in tenencia que pro nobis tenetur et fuit Bernardi de Sancto Johanne, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, et quicumque dictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper (nobis)[b] et successoribus nostris de censu quolibet anno XXV solidos barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent I marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, quos solvas nobis et successoribus[c] nostris per terminos, scilicet medietatem ad festum sancti Michaelis septembris et aliam medietatem ad festum Pasche, et sic semper omni anno eodem modo. Et promittimus[d] tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contingerit, ex quibus credaris plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis (obligamus)[e] tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Templi, presencia et futura. Preterea retinemus nobis et dicte domui nostre quod quandocumque et quocienscumque nos vel successores nostri voluerimus dictum cellarium recuperare, possimus facere, ita tamen quod illud teneamus ad nostrum proprium usum ad bonum et sanum intellectum. Et antequam recuperemus dictum cellarium ad nostrum usum, ut dictum est, teneamur tibi reddere omnes expensas et opere, si quas vel quod in dicto cellario tu vel tui, vel illi qui dictum cellarium tenueritis, feceritis in condirectione et melioramento dicti cellarii, que expense sint vere. Et quod contra predicta non veniemus, bona fide et per stipulationemtibi promittimus.[d] Et ego Bernardus Carronus, hec omnia predicta laudo et firmo, promittens vobis dicto preceptori et dictis fratribus et successoribus vestris me vobis solvere dictum censum quolibet anno, ut superius dictum est, et aliam attendam

et complebam,[f] ut dictum est, obligans inde vobis et successoribus vestris omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc II[e] kalendas aprilis, anno Domini M° CC° LX° V°. Sig++++na fratris Guilelmi de Montegrino, preceptoris domus Templi Mansi Dei, et fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Petri de Campo rotundo, preceptoris de Sancto Arnacho, et Bernardi Carroni predictorum, qui hec omnia predicta laudamus. Sig++++na Laurencii Rotundi, et Poncii Barroti et *Posset Aragones* et Bernardi de Graa, testium. Ego Poncius de Foxano hanc cartam scripsi mandato Bernardi *Carles*, et suprascripsi in XIII[a] linea «et quocienscumque», et rasi et emendavi in eadem linea «cumque nos cella», et suprascripsi in IIII linea «racione». Bernardus *Carles*, scriptor publicus Perpiniani auctoritate Raymundi Eymerici, scriptoris publici Perpiniani, hoc instrumentum receptum et laudatum in posse Petri Calveti condam, tunc scriptoris publici Perpiniani, de notulis dicti Petri Calveti scribi fecit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. bajulus foranus *B*. b. nobis *omès B*. c. et successoribus *repetit per error B*. d. promtimus *B*. e. obligamus *omès B*. e. complebo *B*.

650

1265, 17 de novembre

Fra Pere de Camprodon, batlle forà del Masdéu i administrador delegat per fra Ramon Desbac, comanador, i tot el convent d'aquesta casa, dóna en acapte a Pere Fabre l'honor que pertangué al difunt Bernat Pellisser, home del Temple, que els templers tenen a la parròquia de Santa Maria de Nils, amb la condició que ell i tots els seus descendents siguin homes propis del Masdéu, que facin els censos, usos, servituds i joves consuetudinàries deguts per aquesta honor i que resideixin permanentment a la vila de Nils. Per aquesta concessió, Pere reconeix haver rebut 40 sous de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 190v-191, acta núm. 329.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, p. 564, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus de Campo rotundo, bajulus forensis domus Mansi Dei et vices gerentes domini fratris Raymundi de Bacco, preceptoris domus Mansi Dei, et tocius conventus domus Mansi Dei predicte, per nos et per omnes successores

nostros, bona fide et sine omni enganno, cum hac presenti carta imperpetuum valitura damus et laudamus firmiterque concedimus pro accapito et tenedone atque possessione totum honorem, qui olim fuit Bernardi Pelliparii condam hominis nostri, heremum et condirectum, quem habemus et habere debemus in adjacentia Sancte Marie de Agnilis, videlicet cum campis et vineis, heremis et condirectis, ortis et ortalibus, arboribus fructiferis et infructiferis, casis et casalibus et cum aliis directis et indirectis et voces et rationes, quas dictus honor habet vel habere debet ulla ratione in tota adjacentia predicta sive aliis locis, tibi, Petro Fabri, et tuis omnique tue posteritati et consanguinitati et omnibus tuis, ad omnes tuas tuorumque voluntates omni tempore faciendas, salvis juribus domus milicie Templi Mansi Dei semper in omnibus, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus suis et egressibus et cum terminis et pertinentiis, sine omni tuo tuorumque enganno, sicut melius a te vel a tuis intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, et sicut melius dictus Bernardus Pelliparii condam habuit et tenuit dictum honorem in omni vita sua. Tali pacto et conditione damus tibi, dicto Petro Fabri, dictum honorem, quod tu et tui et omnes descendentes ex te sitis homines proprii et solidi dicte domus et nostri pro predicto honore et faciatis nobis et domui predicte census et usatica, terremerita, servicia, ademprivia consueta que pro predicto honore nobis et domui predicte fieri consueverunt et faciatis continuam residentiam in villa de Anilis. Et ego Petrus Fabri predictus, suscipio dictum honorem a vobis, domino fratre Petri predicto, sub predictis conditionibus, et modo in presenti in manu et posse vestro facio me hominem proprium et solidum dicti domini preceptoris et vestri ac domus prefate imperpetuum pro predicto honore. Et pro hac donatione dicti honoris quam tibi et tuis facimus, recognoscimus nos, frater Petrus prenominatus, accepisse a te pro accapito XL solidos barchinonensium bonorum coronatorum, de quibus per paccatos nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie non numerate. Actum est hoc XV° kalendas decembris, anno Domini M° CC° LX° quinto.[a] Sig+++na Arnaldi Guoffredi, et Guilelmi Borrelli et Berengarii Marturelli, testium. Dalmacius Dominici, scriptor publicus auctoritate domini Elenensis episcopi, hoc scripsit, rogatus, et hoc signum (SM) fecit.

a. qinto *B*.

FUNDACIÓ NOGUERA

651

1265, 6 de desembre

Fra Pere de Camprodon, sotscomanador i batlle forà del Masdéu, redueix els censos i les servituds, a part de fruits i tasques, que Guillem del Vilar de la Serra solia donar-los pel mas del Vilar sota un cens anual de 25 sous melgoresos pagable el dia de Nadal.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 155r-v, acta núm. 252.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego frater Petrus de Campo rotundo, subpreceptor et bajulus domus Templi Mansi Dei, per nos et per omnes successores nostros, reducimus tibi, Guilelmo de Vilario de Serra, et tuis imperpetuo, totum censum et terremerita et taschas, quem et quas tu et tui pro manso de Vilario et honore facere consuevistis nobis et domui nostre Mansi Dei ad XXV solidos malguriensium, quos tu et tui faciatis nobis et domui dicte annuatim perpetuo in festo Natalis Domini, prout melius intelligi vel dici potest ad tuum bonum intellectum et tuorum. Promittimus[a] etiam tibi et tuis bona fide per stipulationem, per nos et successores nostros, quod contra predicta et singula nunquam veniemus, immo[b] specialiter ratum et firmum servabimus in eternum. Et ego Guilelmus de Vilario, per me et per omnes meos, bona fide, sine omni enganno, promitto[c] vobis, domino Petro subpreceptori et bajulo dicto, quod dabo vobis annuatim et domui Mansi Dei XXV solidos in festo Natalis Domini pro censu et terremeritis et taschis prefatis, quas facere vobis consueveram. Pro quibus omnibus dictis et singulis obligo vobis et domui Mansi Dei omnia mea bona mobilia et inmobilia, quecumque sint et ubicumque. Et est manifestum. Actum est hoc VIII° idus decembris, anno Chisti M° CC° LX° V°. Sig+num fratris Petri, subpreceptoris et bajuli forensis Mansi Dei dicti, qui hec omnia laudo. Sig+num Guilelmi de Vilario dicti, qui hec omnia laudo. Sig+++na Ferrarii, sacriste de Serra, et Petri *Noger* et Raymundi *Auriol*, omnium[d] de Serra testium.

Ego Guilelmus de Pulcro podio, publicus notarius auctoritate domini episcopi Elnensis, hanc scripsi die et anno (SM) quo supra.

a. promitimus *B*. b. ymo *B*. c. promito *B*. d. omnes *B*.

FUNDACIÓ NOGUERA

652

1265, 6 de desembre

Fra Pere de Camprodon, sotscomanador i batlle forà del Masdéu, redueix els censos i les servituds, a part de fruits i tasques, que Pere de Cases Sobiranes, de Sant Marçal, solia donar-los per la borda i l'honor del difunt Fanjous sota un cens anual de 3 sous melgoresos pagable el dia de Nadal.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 155v, acta núm. 253.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego frater Petrus de Campo rotundo, subpreceptor et bajulus forensis domus Templi Mansi Dei, per nos et per omnes successores nostros, reducimus tibi Petro de Casa *Subranes* de Sancto Martiali et tuis imperpetuo, omnes census et terremerita et taschas, quem et quas tu et tui pro borda Fanjovis condam et honore ejusdem facere consuevistis nobis et domui nostre Mansi Dei ad III solidos malguriensium, quos tu et tui faciatis nobis et domui dicte annuatim perpetuo in festo Natalis Domini, prout melius intelligi vel dici potest ad tuum bonum intellectum et tuorum. Promittimus[a] etiam tibi et tuis bona fide per stipulationem, per nos et successores nostros, quod contra predicta et singula nunquam veniemus, immo[b] specialiter ratum et firmum servabimus in eternum. Et ego Petrus de Casa *Subranes* dictus, per me et per omnes meos, bona fide, sine omni enganno, promitto[c] vobis, domino fratri Petro dicto, et successoribus vestris, quod dabo vobis annuatim et domui Mansi Dei III solidos in festo Natalis Domini pro censu et terremeritis et taschis prefatis, quas facere vobis consueveram. Pro quibus omnibus dictis obligo vobis et domui dicte omnia mea et meorum bona mobilia et inmobilia, ubique. Et est manifestum. Actum est hoc VIII° idus decembris, anno Christi M° CC° LX° V°. Sig+num fratris Petri, subpreceptoris et bajuli forensis Mansi Dei dicti, qui hec omnia laudo. Sig+num Petri de Casa *Subranes* dicti, qui hec omnia laudo. Sig+++na Ferrarii, sacriste de Serra, et Petri *Noger* et Raymundi *Auriol*, testium rogatorum. Guilelmus de Pulcro podio, publicus notarius auctoritate domini episcopi Elnensis, hanc scripsi die et anno (SM) quo supra.

a. promitimus *B*. b. ymo *B*. c. promito *B*.

FUNDACIÓ NOGUERA

653

1266 (nou estil), 2 de gener

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, i fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment dels frares Pere Servent, Bernat Degolaç, Pere de Palafrugell, comanador de Sant Hipòlit, i Francesc, donen en acapte a Ramon Pau, lapidari, habitant de Perpinyà, un terreny de poc més d'una monallada i mitja d'ample i de deu canes i mitja de Montpeller de llarg, de la trilla del Temple de Perpinyà, perquè hi construeixi una o diverses cases. El terratger haurà de donar als templers 19 esterlins i mig de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant dos mesos en cas d'alienació. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 100 sous de moneda coronada de Barcelona. D'aquí a la pròxima festa de Sant Joan Baptista de juny, el terratger estarà obligat a construir una paret cega de la banda de la trilla dels templers, de manera que no es pugui veure la trilla des de la seva tinença. No podrà fer una claveguera cap a la tinença dels templers, ni tenir una gotera o un escolament de les aigües cap a aquesta, però podrà cobrir la paret mitgera amb teules. Haurà d'acabar la construcció i estar en disposició de residirhi en un termini de dos anys a comptar de la propera festa de Sant Joan. Si, en el futur, els templers donessin a algú el carrer que hi ha entre llur trilla i aquest terreny, aleshores el terratger podria obrir portes i fer un ràfec del costat d'aquest carrer. El terratger promet no construir cap forn de calç dins la seva tinença.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 418v-419, acta núm. 782.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 314-315, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Raymundus de Bacco, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, consilio et voluntate ac laudamento fratris Petri *Servent*, et fratris Bernardi de *Degolats*, et fratris Petri de Palafurgello, preceptoris domus Sancti Ypoliti, et fratris Francici, per nos et per omnes successores nostros damus et concedimus ad accapitum tibi, Raymundo Paulo, piquerio, habitanti Perpiniani, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum patuum nostrum,

scilicet in latitudine unius monallate et dimidie et parum plus, et in longitudine X canarum et dimidie, ad canam Montispessulani, ad faciendum ibi domum vel domos, et si minus inveniretur, non teneamur tibi in aliquo, que sunt infra terminos Perpiniani, scilicet in trilla nostra, et affrontant ab oriente in via, a meridie in nostro patuo unius monallate, ab occidente in trilla nostra, ab aquilone in tenencia Arnaldi de Garrige, quam pro nobis tenet, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, et quicumque predicta habueritis et tenueritis, donetis semper de censu quolibet anno nobis et successoribus nostris in festo Natalis Domini XVIIII sterlinos et medium boni argenti et fini recipiendos, et foriscapium quandocumque et quocienscumque venderetur vel inpignoraretur, et si vendere volueris, primum denuncietis nobis et successoribus nostris spacio duorum mensium, infra quos habeamus licenciam et potestatem predicta retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis predicta vendere cuicumque volueritis, salvo jure nostro, ut dictum est. Et nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ex quibus credaris plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligamus tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et pro predicta donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito C solidos barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[a] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[b] non numerate, et quod tu dehinc usque ad primum veniens festum sancti Johannis Babtiste de junio tenearis ibi opus facere versus triliam nostram in modum quod sit clausum taliter quod nullus possit videre versus triliam nostram de dicta tenencia tua, et quod nullum foramen sive fenestre possint ibi fieri per quod possit videri aliquid in trilia nostra, nec possis facere *postat* nec cicina in tuo versus tenenciam nostram, nec possis ibi facere cloacam[c] versus tenenciam nostram, nec habere aliquod stillicidium sive aquaversum versus tenenciam nostram, set possis cohoperire de tegulis parietem tuum qui erit inter tenenciam tuam de tegulis tantum. Item, tenearis dictum patuum operari

de primo venienti festo sancti Johannis Babtiste de junio usque ad II annos completos in modum quod possis ibi permanere. Et si nos daremus carreriam alicui inter triliam nostram et dictum patuum, sit tibi licitum aperire portas, et envannuum facere versus dictam carreriam. Et ego Raymundus Paulus, piquerius,[d] hec omnia predicta laudo et firmo, promittendo[e] me dictum patuum operari, ut dictum est, infra dictum tempus, et dictum opus facere, ut dictum est. Pro quo opere faciendo, ut dictum est, obligo vobis et successoribus vestris omnia bona mea, presencia et futura. Et pro censu solvendo in dicto festo, ut dictum est, obligo vobis et successoribus vestris dictum patuum et melioramentum quod ibi fecero, et omnia bona mea, presencia et futura. Et si infra dictum tempus non construerem domos in dicto patuo, quod vos vel successores vestri possitis illud occupare et retinere ad vestras voluntates faciendas vestra propria auctoritate, nullo michi jure reservato in eodem, et quod non possim ibi facere causinerium, et quod contra non veniam, bona fide et per stipulacionem vobis promitto.[f] Actum est hoc IIII° nonas januarii, anno Domini M° CC° LX° V°. Sig+++++na fratris Raymundi de Bacco, preceptoris, et fratris Petri Sutoris, et fratris Bernardi de *Degolats*, et fratris Petri de Pala Furgello, et Raymundi Pauli Piquerii predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Caruli, Johannis de Sala Fabri, et Petri de Aldiarde, testium. Ego Petrus Faber hanc cartam scripsi mandato Arnaldi Mironi.

Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatum *B*. b. peccunie *B*. c. cloacham *B*. d. piquerii *B*. e. promitendo *B*. f. promito *B*.

654

1266 (nou estil), 1 de març

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, de fra Pere de Camprodon, batlle forà, i de fra Bernat de Degolaç, dóna en acapte a Ramon Fabre, blanquer, habitant de Perpinyà, una casa situada a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. El terratger haurà de donar als templers 5 masmudines d'or de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac

reconeix haver rebut 9 sous i 7 diners i 1 òbol de moneda coronada de Barcelona. El terratger haurà de gastar 62 sous i 6 diners, és a dir, un marc de plata, per a la realització d'obres i reparacions en aquesta casa abans de la pròxima festa de Sant Miquel de setembre. El comanador reserva per als templers el dret d'agafar l'aigua del canal dels molins de Pere Paüc; l'aigua travessarà aquesta casa servint-se d'una conducció subterrània sense perjudicar el terratger.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 327r-v, acta núm. 592.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 316-317, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Raymundus de Bacco, preceptor domus Mansi Dei, et ego frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, consilio et voluntate ac laudamento fratris Petri *Servent*, et fratris Bernardi de *Degolats*, et fratris Petri de Palafurgello, preceptoris domus Sancti Ypoliti, et fratris Francici, per nos et per omnes successores nostros damus et concedimus ad accapitum tibi, Raymundo Paulo, piquerio, habitanti Perpiniani, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum patuum nostrum, scilicet in latitudine unius monallate et dimidie et parum plus, et in longitudine X canarum et dimidie, ad canam Montispessulani, ad faciendum ibi domum vel domos, et si minus inveniretur, non teneamur tibi in aliquo, que sunt infra terminos Perpiniani, scilicet in trilla nostra, et affrontant ab oriente in via, a meridie in nostro patuo unius monallate, ab occidente in trilla nostra, ab aquilone in tenencia Arnaldi de Garrige, quam pro nobis tenet, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, et quicumque predicta habueritis et tenueritis, donetis semper de censu quolibet anno nobis et successoribus nostris in festo Natalis Domini XVIIII sterlinos et medium boni argenti et fini recipiendos, et foriscapium quandocumque et quocienscumque venderetur vel inpignoraretur, et si vendere volueris, primum denuncietis nobis et successoribus nostris spacio duorum mensium, infra quos habeamus licenciam et potestatem predicta retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis predicta vendere cuicumque volueritis, salvo jure nostro, ut dictum est. Et nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum;

et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ex quibus credaris plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligamus tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et pro predicta donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito C solidos barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[a] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[b] non numerate, et quod tu dehinc usque ad primum veniens festum sancti Johannis Babtiste de junio tenearis ibi opus facere versus triliam nostram in modum quod sit clausum taliter quod nullus possit videre versus triliam nostram de dicta tenencia tua, et quod nullum foramen sive fenestre possint ibi fieri per quod possit videri aliquid in trilia nostra, nec possis facere *postat* nec cicina in tuo versus tenenciam nostram, nec possis ibi facere cloacam[c] versus tenenciam nostram, nec habere aliquod stillicidium sive aquaversum versus tenenciam nostram, set possis cohoperire de tegulis parietem tuum qui erit inter tenenciam tuam de tegulis tantum. Item, tenearis dictum patuum operari de primo venienti festo sancti Johannis Babtiste de junio usque ad II annos completos in modum quod possis ibi permanere. Et si nos daremus carreriam alicui inter triliam nostram et dictum patuum, sit tibi licitum aperire portas, et envannuum facere versus dictam carreriam. Et ego Raymundus Paulus, piquerius,[d] hec omnia predicta laudo et firmo, promittendo[e] me dictum patuum operari, ut dictum est, infra dictum tempus, et dictum opus facere, ut dictum est. Pro quo opere faciendo, ut dictum est, obligo vobis et successoribus vestris omnia bona mea, presencia et futura. Et pro censu solvendo in dicto festo, ut dictum est, obligo vobis et successoribus vestris dictum patuum et melioramentum quod ibi fecero, et omnia bona mea, presencia et futura. Et si infra dictum tempus non construerem domos in dicto patuo, quod vos vel successores vestri possitis illud occupare et retinere ad vestras voluntates faciendas vestra propria auctoritate, nullo michi jure reservato in eodem, et quod non possim ibi facere causinerium, et quod contra non veniam, bona fide et per stipulacionem vobis promitto.[f] Actum est hoc IIII° nonas januarii, anno Domini M° CC° LX° V°. Sig+++++na fratris Raymundi de Bacco, preceptoris, et fratris Petri Sutoris, et fratris Bernardi de *Degolats*, et fratris Petri de Pala Furgello, et Raymundi Pauli Piquerii predictorum,

qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Guilelmi Caruli, Johannis de Sala Fabri, et Petri de Aldiarde, testium. Ego Petrus Faber hanc cartam scripsi mandato Arnaldi Mironi.

Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatum *B*. b. peccunie *B*. c. cloacham *B*. d. piquerii *B*. e. promitendo *B*. f. promito *B*.

655

1266 (nou estil), 1 de març

Fra Ramon de Bac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Pere de Camprodon, batlle forà, i Bernat de Degolaç, dóna en acapte a Guillem Ermengol i a la seva muller Ermengarda una casa situada a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà. Els terratgers hauran de donar als templers 5 masmudines d'or de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Igualment hauran de gastar 62 sous i 6 diners, és a dir, un marc de plata, per a la realització d'obres i reparacions en aquesta casa abans de la pròxima festa de Sant Miquel de setembre. El comanador reserva per als templers el dret d'agafar l'aigua del canal dels molins de Pere Paüc; l'aigua travessarà aquesta casa servint-se d'una conducció subterrània sense perjudicar els terratgers. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 9 sous i 7 diners i 1 òbol de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 337r-v, acta núm. 612.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 320, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Bacco, preceptor domus Templi Mansi Dei, consilio et laudamento fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Perpiniani Mansi Dei,[a] et fratris Petri de Campo rotundo, bajuli forensis, et fratris Bernardi de *Golaz*, per nos et per omnes successores nostros, damus ad accapitum et tradimus sive quasi tradimus vobis, Guilelmo Ermengaldo et Ermeniardi, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam domum nostram, de celo usque in abyssum,[b] que est in terminis et in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani,

et affrontat ab oriente in via, a meridie in tenencia Johannis Cerdani, quam pro nobis tenet, ab occidente in tenencia Petri Adele, quam pro nobis tenet, ab aquilone in nostra tenencia, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod vos et vestri, et quicumque dictam domum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris et dicte domui Templi quolibet anno in festo Natalis V masmutinas boni auri et fini recipiendas, et foriscapium quandocumque venderentur vel inpignorarentur. Et nos et successores nostri faciemus vobis et vestris predictam domum bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde vobis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis vos facere contigerit, ex quibus credamini plano vestro verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligamus vobis omnia bona dicte domus nostre, presentia et futura. Et quod vos et vestri mittatis[c] in opere et melioramento dicte domus dehinc usque ad festum sancti Michaelis septembris LXII solidos VI denarios barchinonensium coronatorum, valentes unum marche argenti fini recti pensi Perpiniani. Preterea sit nobis et successoribus nostris licitum recipiendi aquam de recco molendinorum Petri Pauci, cum cloaca[d] cohoperta, quam aquam possit discurrere coram dicta domo sine tamen prejudicio vestri et vestrorum. Et pro predicta donacione, habuimus et accepimus a vobis pro accapito VIIII solidos VII denarios et obolum barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[e] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[f] non numerate. Et nos, Guilelmus Ermengaldi et Ermenjardis, uxor ejus, hec omnia predicta laudamus et firmamus, promittentes[g] vobis, dicto preceptori, et dictis fratribus et successoribus tuis, quod solvemus vobis dictum censum[h] quolibet anno, ut dictum est. Pro quo censu solvendo, obligamus vobis et successoribus vestris dictam domum et melioramentum quod ibi fecerimus, et etiam mittemus[i] in opere et melioramento dicte domus dictos LXII solidos VI denarios barchinonensium de dicto valore, ut dictum est, obligando inde vobis omnia bona nostra, presentia et futura. Actum est hoc kalendis marcii, anno Domini M° CC° LX° V°. Sig++++++na fratris Raymundi de Bacco, et fratris Petri Sutoris, et fratris Petri de Campo Rotundo, et fratris Bernardi de *Degolaz*, et Guilelmi Ermengaldi, et Ermengardis, uxoris ejus,

predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Petri Curaterii, et Guilelmi Poncii, presbiter, et Bernardi Jausberti, testium. Bernardus *Carles* scripsit hoc vice Arnaldi Mironi et hoc sig-(SM)-num fecit.

Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic B.* b. habissum *B.* c. mitatis *B.* d. cloacha *B.* e. paccatos *B.* f. peccunnie *B.* g. promitentes *B.* h. censu *B.* i. mitemus *B.*

656

1266 (nou estil), 1 de març

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, i fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, amb el consentiment dels frares Pere Servent, Bernat de Degolaç, Pere de Palafrugell, comanador de la casa de Sant Hipòlit, i Francesc donen en acapte a Pere Despuig, blanquer, habitant de Perpinyà, i a la seva esposa Esclarmunda un terreny d'una monallada d'ample i quatre monallades de llarg, situat a Perpinyà, perquè hi edifiquin una o diverses cases. Els terratgers tindran el dret de recolzar llur construcció sobre la paret de la tinença de Guillem Ermengol. Hauran de donar als templers 12 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant dos mesos en cas d'alienació. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 87 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona. Els terratgers hauran de construir una paret cega al costat de la trilla del Temple abans de la propera festa de Sant Joan Baptista de juny, de manera que no es pugui veure la trilla des de llur tinença. No podran fer cap claveguera, ni tenir una gotera o un aiguavessant que s'escorri cap a la tinença del Temple, però podran cobrir amb teules llur paret, que farà de separació. Hauran d'acabar la construcció i estar en disposició de residir-hi en un termini de dos anys a comptar de la pròxima festa de Sant Joan. Si, en el futur, els templers concedissin el carrer que hi ha entre llur trilla i aquest terreny, aleshores els terratgers podrien obrir portes i fer un ràfec del costat d'aquest. Els terratgers no podran construir cap forn de calç en aquest terreny. Els templers es reserven el dret de poder fer-hi passar l'aigua que agafin al canal de Pere Paüc.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 351v-352, acta núm. 639.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 318-319, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Baccho, preceptor domus Templi Mansi Dei, et frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, consilio et voluntate et laudamento fratris Petri *Servent*, et fratris Bernardi de *Degolats*, et fratris Petri de Pala Furgello, preceptoris domus Sancti Ypoliti, et fratris Francisci, per nos et per omnes successores nostros, damus et tradimus sive quasi tradimus ad accapitum vobis, Petro de Podio, curaterio, habitanti Perpiniani, et Sclarmonde, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unum patuum nostrum, de celo usque in abyssum,[a] scilicet unam monallatam in latitudine et IIII monallatas in longitudine, ad edificandum[b] ibi domum vel domos, que sunt in terminis Perpiniani, et affrontant ab oriente in via publica, a meridie in tenencia quam pro nobis tenent[c] Raymundus Faber et Guilelmus Ermengaldi, super parietem tenencie dicti Raymundi concedimus vobis et vestris et damus licencia ponendi, tenendi et habendi honus imperpetuum, ab occidente in trillia nostra, ab aquilone in tenencia Raymundi Pauli, piquerii. totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod vos et vestri, et quicumque predicta habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris et dicte domui nostre quolibet anno in festo Natalis Domini XII sterlingos boni argenti et fini recipiendos, et foriscapium quocienscumque predicta venderentur vel inpignorarentur. Preterea retinemus nobis et successoribus nostris quod si predicta volueritis vendere, primo teneamini nobis et successoribus nostris denunciare spacio II mensium, infra quos habeamus licenciam et potestatem predicta retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si retinere noluerimus, abinde liceat tibi et tuis predicta vendere cuicumque volueritis, salvo censu et jure nostro, ut dictum est. Et nos et successores nostri faciemus vobis et vestris dictam totam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde vobis et vestris sine fraude de omni evictione, obligans inde vobis et successoribus vestris per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et pro predicta donacione, habuimus et accepimus a vobis pro accapito LXXX[a] VII solidos VI denarios barchinonensium coronatorum, de qua

moneta LXII solidi VI denarii valent I marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[e] non numerate. Et quod vos dehinc usque ad festum sancti Johannis Babtiste de junio teneamini ibi opus facere versus triliam nostram in modum quod sit clausum taliter quod nullus possit videre triliam nostram de dicta tenencia vestra, et quod nullum foramen sive fenestre possint ibi fieri per quod possit videri aliquid in trilla nostra, nec possitis facere *postat* nec cicinum in vestro versus tenenciam nostram, nec possitis ibi facere cloacam[f] versus tenenciam nostram, nec habere aliquod stillicidium sive aquaversum versus tenenciam nostram, set possitis cohoperire de tegulis parietem vestrum qui erit inter tenenciam vestram de tegulis tantum. Item teneamini dictum patuum operari de primo venienti festo sancti Johannis babtiste de junio usque ad II annos completos in modum quod possitis ibi permanere. Et si nos daremus carrariam alicui inter triliam nostram et dictum patuum, sit vobis licitum aperire portas et envannuum facere versus dictam carariam. Et si infra dictum tempus non construiritis domum seu domos in dicto patuo, quod nos vel successores nostri possimus illud occupare et retinere ad voluntates nostras faciendas nostra propria auctoritate, nullo vobis jure reservato in eodem. Et quod non possitis in dicto patuo facere causinerium. Retinemus tamen in dicto patuo quod si forte acciperemus de aqua que discurrit de reccho Petri Pauci, quod nos et nostri successores possimus dictam aquam transire per dictum patuum sive domum quam ibi feceritis sine aliquo impedimento vestri et vestrorum. Et nos, Petrus de Podio et Sclarmunda, uxor ejus, hec omnia predicta laudamus et firmamus, promittentes[g] vobis, dictis comendatoribus et successoribus vestris, nos dictum patuum operari, ut dictum est, infra dictum tempus, et dictum opus facere, ut dictum est. Pro quo opere faciendo, ut dictum est, et pro predictis omnibus et singulis, obligamus vobis et successoribus vestris omnia bona nostra, presencia et futura. Et pro censu predicto vobis et successoribus vestris solvendo in dicto festo, ut dictum est, obligamus vobis et successoribus vestris dictum patuum et melioramentum quod ibi fecerimus. Actum est hoc kalendis marcii, anno Domini M° CC° LX° V°. Sig++++++na fratris Raymundi de Bacho,[h] et fratris Petri Sutoris, et fratris Petri *Servent*, et fratris Bernardi de *Degolats*, et fratris Petri de Pala Furgello, et Petri de Podio et Sclarmonde, uxoris ejus, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Raymundi Fabri, curaterii, et Guilelmi Ermengaldi et

Guilelmi Arnaldi, testium. Bernardus *Carles* scripsit hoc vice Arnaldi Mironi, et rasi et emendavi in XX[a] linea «occupare», et hoc sig-(SM)-num fecit. Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. hedificandum *B*. c. tenet *B*. d. paccatos *B*. e. peccunnie *B*. f. cloacham *B*. g. promitentes *B*. h. Baccho *B*.

657

1266 (nou estil), 2 de març

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Bernat de Degolaç i Pere Servent, dóna en acapte a Pelegrí Bardoner, habitant de Perpinyà, un obrador en el qual aquest ara està instal·lat, a la plaça del blat de Perpinyà. El terratger haurà de donar als templers 112 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona de cens anual, la meitat del qual el dia de Sant Miquel i l'altra meitat el dia de Pasqua, i el foriscapi en cas de mutació. Igualment haurà d'assumir les despeses de manteniment del taller. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 6 sous i 3 diners.

A Original, pergamí mutilat, amplada 260, alçada conservada 155 mm, ADPO, Hp188.[168]

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 283r-v, acta núm. 501, segons *A*.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms*, vol. S, p. 459, segons *A*.

D Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 566-567, segons *B*.

E Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 321, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Bacco, preceptor domus Templi Mansi Dei, consilio et voluntate ac laudamento fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et

168. El document està estripat i falta la part superior. Porta al dors la menció «*est factum*» que indica la seva transcripció al cartulari de final del segle XIII; un regest del segle XV en català: «Carta de hun hobrador que fo den Pe [...] Bardoner, lo qual es en la Plaça del Blat [...] afronta ab l'obrador que fo d'en Albert Gasol [...] ab l'obrador que s.. per l'espital dels pobres [...] Perpinya e fa quiscun any [...]. Perpinya», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 372».

fratris Bernardi de *Degolaz* et fratris Petri *Servent*, per nos et per omnes successores nostros damus et tradimus ad accapitum sive quasi tradimus tibi, Peregrino Bardonerio, habitanti Perpiniani, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, quodam[a] operatorium nostrum, de celo usque in abyssum, in quo tu modo manes, quod habemus et habere debemus in platea bladairie[b] Perpiniani, et affrontat ab oriente in via, a meridie in operatorio quod fuit Adalberti *Gasol,*[c] ab occidente in operatorio quod tenetur pro hospitali pauperum Perpiniani, ab aquilone in platea bladairie[b] Perpiniani, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, et quicumque dictum operatorium habueritis et tenueritis, donetis semper nobis, et successoribus nostris, et dicte domui nostre, de censu quolibet anno CXII solidos VI denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valeant[d] unam[e] marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus solvas nobis medietatem in festo sancti Michaelis septembris et aliam medietatem in festo Pasche, et sic semper omni anno eodem modo. Et quandocumque et quocienscumque dictum operatorium venderetur vel inpignoraretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quod tu et tui teneatis semper dictum operatorium condirectum vestris expenssis[f] sine nostra missione, et successorum nostrorum, et domus Templi. Et nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totum predictum operatorium bonum habere et tenere ab omni persona in perpetuum;[g] et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ex quibus credaris plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligamus tibi et tuis per vinculum omnia bona domus nostre predicte, presencia et futura. Et pro predicta donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito VI solidos III denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam[e] marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per paccatos nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie non numerate. Et ego Peregrinus Bardonerii, hec omnia predicta laudo et firmo, promittendo[h] vobis, dicto domino preceptori, et successoribus vestris, et fratribus Templi, quod solvam vobis, et successoribus vestris, et dicte domui Templi, dictum censum quolibet anno per dictos terminos, ut dictum est, et tenebimur

ego et mei semper dictum operatorium condirectum nostris propriis expenssis.[f] Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligo vobis, et successoribus vestris, et dicte domui, omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc VI nonas marcii, anno Domini M° CC° LX° V°. Sig+++++na fratris Raymundi de Bacho,[i] et fratris Petri Sutoris, et fratris Bernardi de *Degolatz*,[j] et fratris Petri *Servent*, et Peregrini Bardonerii predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Arnaldi Traverii, et Bernardi de Mosseto et Bernardi Pomis, testium. Bernardus *Carles* scripsit hoc vice Arnaldi Mironi, et rasit et emendavit in XIIII[a] linea, et hoc sig-(SM)-num fecit.

Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. quoddam *B*. b. bladerie *B*. c. Gasol *B*. d. valent *B*. e. I *B*. f. expensis *B*. g. imperpetuum *B*. h. promitendo *B*. i. Bacco *B*. j. Degolaz *B*.

658

1266, 9 d'abril

Fra Ramon Desbac, comanador de la casa del Temple del Masdéu, amb el consentiment de fra Pere Sabater, comanador de la casa de Perpinyà, de fra Francesc i de fra Pere Servent, dóna en acapte a Pere Despuig, blanquer, un terreny de 2 canes i mitja quadrades de Montpeller pres dins l'hort dels templers, a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, perquè hi construeixi una o diverses cases. El terratger haurà de donar als templers 3 esterlins de plata fina de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 12 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona. El terratger podrà cobrir les parets d'aquesta casa, però no podrà fer finestres o un mirador ni tenir un aiguavessant o un ràfec per damunt de la trilla o hort dels templers, si no és la cobertura de les parets de la casa; tanmateix aquesta prohibició seria aixecada si fos habilitada una via just al costat de la seva tinença.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 306v-307, acta núm. 546.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 324, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Raymundus de Bacco, preceptor domus Templi Mansi Dei, consilio et voluntate fratris

Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Francischi, et fratris Petri *Servent*, per me et per omnes successores meos dono et in presenti trado ad accapitum tibi, Petro de Podio, curaterio, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, II canas et dimidiam terre nostre tenedonis orti nostri, qui est in terminis et in adjacentia Sancti Johannis Perpiniani, in longitudine et in amplitudine, ad canam Montispessulani, ad faciendum ibi domum vel domos, et affrontat[a] ab oriente in tua tenencia, a meridie in tenencia Petri Adele, ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in tenencia Raymundi de Verneto, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui predictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper michi et successoribus meis annuatim de censu in festo Natalis Domini III sterlingos boni argenti et fini recipiendos, et foriscapium quandocumque et quotiescumque dictum accapitum venderetur vel inpignoraretur. Et ego et successores mei faciemus tibi et tuis totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde tibi et tuis de evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, obligando inde tibi et tuis omnia bona dicte domus nostre, presentia et futura. Et pro accapito, habui et accepi a te XII solidos VI denarios barchinonensium bonorum coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatum[b] me teneo, renuncians inde exceptioni pecunie[c] non numerate. Preterea retineo quod in predicta domo sive domibus non possis facere finestras nec aliquod *mirador*, habere aqueversum nec anvanum super triliam nostram sive orti predicti, nisi tantum cooperimentum[d] in parietibus dicte domus. Et si forte deinde fieret ibi viam juxta tenedonem tuam quam tibi damus ad accapitum, possis facere finestre et *mirador* et habere aqueversum. Et ego Petrus de Podio predictus hec omnia predicta laudo, promittens[e] tibi, dicto fratri Raymundo de Bacho, preceptori, me solvere tibi et tuis successoribus dictum censum, ut dictum et expressum est, et omnia alia attendere et complere, obligando inde tibi et tuis successoribus omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc V° idus aprilis, anno Domini M° CC° LX° VI°. Sig+++++na fratris Raymundi de Bacco, et fratris Petri Sutoris, et fratris Francisci, et fratris Petri *Servent* et Petri de Podio predictorum, qui hec omnia predicta laudamus.

Sig+++na Laurencii Rotundi, et Giberti Pelliparii et Guilelmi Gavellis, testium. Ego Raymundus Torrent hanc cartam scripsi mandato Arnaldi Mironi.

Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. affronta *B*. b. paccatum *B*. c. peccunie *B*. d. coperimentum *B*. e. promitens *B*.

659

1266, 9 d'abril

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa de Perpinyà, Francesc i Pere Servent, dóna en acapte a Ramon Pau, lapidari, un terreny de dues canes i mitja de Montpeller de llarg i dues canes i mitja d'ample situat a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, a l'hort dels templers, per a construir-hi una o diverses cases. El terratger haurà de donar als templers 4 esterlins i mig de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 12 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona. El terratger podrà cobrir les parets d'aquest terreny, però no podrà fer finestres ni un mirador ni tenir un aiguavessant de la banda de l'hort dels templers; tanmateix aquesta prohibició seria aixecada si fos habilitada una via just al costat de la seva tinença.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 379v-380, acta núm. 695.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 322-323, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Bacco, preceptor domus Templi Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Francisci, et fratris Petri *Servent*, per nos et per omnes successores nostros damus et in presenti tradimus ad accapitum tibi, Raymundo *Paul*, piquerio, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, II canas et dimidiam patui, ad canam Montispessulani, in longitudine et in amplitudine, sicut tenet tua tenencia, in terminis et in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, in orto nostro, que affrontant ab oriente in tua tenencia, a meridie in tenencia Petri de Podio, ab occidente

in nostra tenencia, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui predictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et nostris successoribus singulis annis in festo Natalis Domini, IIII sterlingos et dimidium boni argenti et fini recipiendos, et foriscapium quandocumque et quocienscumque predicte II cane et dimidie venderentur vel inpignorarentur nos et nostri habeamus inde nostrum foriscapium.[a] Et nos et nostri faciemus tibi et tuis totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde tibi et tuis de evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, obligando inde tibi et tuis omnia bona nostra, presencia et futura. Et pro predicto accapito, habuimus et accepimus a te XII solidos VI denarios barchinonensium bonorum coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes excepcioni pecunie[c] non numerate. Preterea retinemus quod tu non possis facere finestras, nec habere *mirador*, nec aqueversum super orto nostro predicto. Tamen, si inde fieret via juxta tenedonem tuam predictam, possis habere et facere finestras et *mirador*, et modo habeas cooperimentum[d] in parietibus dicti patui. Quod predictum patuum tibi damus ad faciendum ibi domum vel domos. Et ego Raymundus Paul predictus, hec omnia laudo, promittens[e] vobis, dicto fratri Raymundo de Bacco, me solvere vobis predictum censum, et omnia attendere et complere, ut superius dictum est et expressum. Actum est hoc V° idus aprilis, anno Domini M° CC° LX° VI°. Sig+++++na fratris Raymundi de Bacco, preceptoris, et fratris Petri Sutoris, et fratris Francisci, et fratris Petri Serventi et Raymundi *Paul* predictorum, qui hec laudamus. Sig+++na Laurencii Rotundi, et Giberti Pelliparii et Guilelmi Gavellis, testium. Ego Raymundus *Torrent* hanc cartam scripsi mandato Arnaldi Mironi, et supra scripsi in IIII[a] linea «patui». Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Sic B*. b. paccatum *B*. c. peccunie *B*. d. cohoperimentum *B*. e. promitens *B*.

FUNDACIÓ NOGUERA

660

1266, 18 d'octubre

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Bernat de Degolaç i Francesc, dóna en acapte a Guillem de Padern una monallada d'ample i quatre monallades de llarg de la tinença que els templers tenen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles, perquè hi construeixi una o diverses cases en un termini de dos anys a comptar des de la pròxima festa de Sant Joan Baptista de juny. El terratger haurà de donar als templers 12 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 50 sous de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 352v-353, acta núm. 641.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 326, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Baccho, preceptor domus Templi Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Bernardi de *Degolaz*, et fratris Francisci, per nos et per omnes successores nostros damus ad accapitum tibi, Guilelmo de Paderno, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam monallatam tenencie nostre in latitudine et IIII^{or} monallatas in longitudine, que tenencia est in terminis et adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, extra portale de Malleolis, quam tenenciam tibi damus ad edificandum^{a} ibi domum vel domos de primo venienti festo sancti Johannis Babtiste de junio usque ad duos annos completos, que monallata dicte tenencie, quam tibi damus, affrontat ab oriente in tenencia Berengarii Adele, a meridie in tenencia Guilelmi *Gombaloles*, ab occidente in tenencia nostra, ab aquilone in via publica, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui dictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris de censu quolibet anno in festo Natalis Domini XII sterlinos boni argenti et fini recipiendos de censu; et quandocumque et quocienscumque dictum accapitum vendatur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et nos

et successores nostri faciemus tibi et tuis dictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde tibi et tuis de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit pro predictis. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligamus tibi et tuis omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et pro predicto accapito, habuimus et accepimus a te L solidos barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent una marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Et quod contra non veniemus, bona fide et per stipulationem tibi promittimus.[d] Et ego Guilelmus de Paderno, hec omnia laudo, promittens[e] vobis, dicto preceptori et fratribus predictis, me vobis et successoribus vestris solvere dictum censum quolibet anno in dicto festo, et omnia alia attendere et complere ut supradictum est, obligando inde vobis et successoribus vestris omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc XV kalendas novembris, anno Domini M° CC° LX° VI°. Sig+++++na fratris Raymundi de Bacho, preceptoris, et fratris Petri Sutoris, et fratris Bernardi de *Degolaz*, et fratris Francisci et Guilelmi de Paderno predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Berengarii de *Baynols*, et Guilelmi Poncii et Raymundi *Torrent*, testium. Ego Petrus Cotellarii hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici.

Raymundus Eymerici, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. hedificandum *B*. b. paccatos *B*. c. peccunie *B*. d. promitimus *B*. e. promitens *B*.

661

1266, 18 d'octubre

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Bernat de Degolaç i Francesc, dóna en acapte a Berenguer Adela, blanquer, dues monallades i mitja d'ample i quatre monallades de llarg de la tinença que els templers tenen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles, perquè hi construeixi una o diverses cases en un termini de dos anys a comptar des de la pròxima festa de Sant Joan Baptista de juny. El terratger haurà de donar a

la casa del Temple 2 sous i 6 diners d'esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, els templers reconeixen haver rebut 125 sous de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 404v, acta núm. 748.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 325, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Bacco, preceptor domus Templi Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Bernardi de *Degolats,* et fratris Francisci,[a] per nos et per omnes successores nostros damus et in presenti tradimus ad accapitum tibi, Berengario Adele, curaterio, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, II monallatas et dimidiam in latitudine et IIII[or] monallatas in longitudine de nostra tenencia, que est in terminis et in adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, extra portale quod dicitur de Malleolis, ad faciendum ibi domum vel domos, quas domos habeas facere de primo venienti festo sancti Johannis Babtiste usque ad duos annos completos, que predicte due monallate et dimidie dicte tenedonis nostre affrontant ab oriente in tenencia Petri de Podio, curaterii, et Raymundi de Verneto, a meridie in tenencia Petri Adele et in tenencia Calmesele femine et in tenencia Guilelmi *Gombaloles*, ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in via publica, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui predictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis nobis et successoribus nostris singulis annis in festo Natalis Domini II solidos VI denarios sterlingorum boni argenti et fini recipiendos. Et quandocumque et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et nos et nostri faciemus tibi et tuis totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona; et tenebimur inde tibi et tuis[b] de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, obligando inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et pro intrata dicti accapiti, habuimus et accepimus a te CXXV solidos barchinonensium coronatorum, valentes II marchas argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes inde omni exceptioni pecunie[d] non numerate. Et ego Berengarius

Adela, hec omnia predicta laudo, promittens[e] vobis, dicto domino preceptori, me dare et solvere vobis et vestris quolibet anno dictum censum, sicut superius dictum et expressum est, et omnia alia attendam et compleam, ut superius dictum et expressum est, obligando inde vobis omnia bona mea, presencia et futura, pro predictis omnibus et singulis vobis attendendis et complendis, ut dictum est. Actum est hoc XV° kalendas novembris, anno Domini M° CC° LX° VI°. Sig+++++na fratris Raymundi, et fratris Petri Sutoris, et fratris Bernardi de *Degolaz*, et fratris Francisci[a] et Berengarii Adele predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Berengarii de Bainollis, et Guilelmi Poncii et Guilelmi de Paderno, testium. Ego Raymundus *Torrent* hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici.

Raymundus Eymerici, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et suprascripsit in XXII linea «vobis attendendis», et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Francici *B*. b. tui *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. promitens *B*.

662

1266, 21 d'octubre

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Bernat de Degolaç, Pere de Camprodon i Guillem d'Aiguaviva, dóna en acapte a Arnau de Garrius, hortolà, un terreny situat a la trilla del Temple a Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles, perquè hi construeixi una o diverses cases en un termini de dos anys a comptar des de la pròxima festa de Nadal. El terratger haurà de donar als templers 21 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant 20 dies i 20 nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 212 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 346r-v, acta núm. 629.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 327, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Bacco, preceptor domus Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri Su-

toris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Bernardi de *Degolaz,* et fratris Petri de Campo rotundo, et fratris Guilelmi de Aquaviva, per nos et per omnes successores nostros damus et in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum tibi, Arnaldo de Garricis, ortolano, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, quoddam patuum nostrum, de celo usque in abyssum,[a] que est in trilia nostra, in terminis Perpiniani, extra portale quod dicitur de Malleolis, ad faciendum ibi domum vel domos, quod affrontat ab oriente et a meridie et ab occidente in viis publicis, ab aquilone in nostra tenencia, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto[b] quod tu et tui, qui dictum patuum seu domum vel domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris annuatim in festo Natalis Domini XXI sterlinos boni argenti et fini recipiendos de censu, et foriscapium quandocumque et quocienscumque vendatur vel inpignoretur dictum patuum seu domus. Et si vendere volueritis dictum patuum seu domum vel domos, primo teneamini tu vel tui denunciare nobis vel successoribus nostris spacio XX dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam retinendi dictum patuum seu domum vel domos sicut alia persona ibi dare voluerit; quibus completis, si retinere noluerimus, deinde liceat tibi vendere dictum patuum vel domum vel domos cuicumque volueris, salvo tamen censu nostro et foriscapio, ut dictum est. Et promittimus[c] tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totam predictam donacionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit pro predictis, obligando inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre Mansi Dei, presencia et futura. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito CCXII solidos VI denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent una marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[e] non numerate. Et ego Arnaldus de Garricis predictus, hec omnia predicta laudo, promittens[f] vobis, dicto fratri Raymundo de Bacco, preceptori domus Mansi Dei, et successoribus vestris, me et meos solvere vobis et successoribus dictum censum annuatim in dicto festo, ut dictum est, et operabor dictum patuum de primo venienti festo Natalis Domini usque

ad duos annos completos, obligando inde vobis et successoribus vestris per vinculum omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc XII° kalendas novembris, anno Domini M° CC° LX° VI°. Sig+++++na fratris Raymundi de Baccho, et fratris Petri Sutoris, et fratris Bernardi de *Degolaz*, et fratris Petri de Campo rotundo et fratris Guilelmi de Aquaviva predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+num Arnaldi de Garricis predicti, qui hec omnia laudo. Sig+++na Bernardi *Sabors*, et Petri de Arulis et Petri de Orulo, testium. Ego Petrus Amorosii hanc cartam scripsi mandato Arnaldi Mironi, et supra scripsi in VII[a] linea «foriscapium». Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit vice Raymundi Eymerici, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. pactum *B*. c. promitimus *B*. d. paccatos *B*. e. peccunie *B*. f. promitens *B*.

663

1266, 25 d'octubre

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Bernat de Degolaç, Francesc, Pere Servent i Pere de Camprodon, batlle forà del Masdéu, dóna en acapte a Guillem Forner, habitant de Perpinyà, dues monallades de la trilla que els templers tenen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, perquè hi construeixi una o diverses cases en un termini d'un any a comptar des de la pròxima festa de Sant Joan Baptista de juny. El terratger haurà de donar als templers 12 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant 25 dies i 25 nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 50 sous de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 388r-v, acta núm. 713.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 328-329, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Bacco, preceptor milicie Templi Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Perpiniani, et fratris Bernardi *Degolat*, et fratris Francisci, et fratris Petri *Servent*, et fratris Petri de Campo rotundo, bajuli forensis Mansi Dei, per nos et omnes

successores nostros damus atque in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo Fornerio, habitanti Perpiniani, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, duas monallatas de tenencia trillie nostre, ad faciendum ibi domum vel domos de festo sancti Johannis Babtiste de junio usque ad unum annum completum, que tenencia est in terminis et adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, et affrontant dicte due monallate ab oriente in tenencia Petri Jausberti de Tulugis, a meridie in tenencia nostra, ab occidente et ab aquilone in viis, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui dictas II monallatas dicte tenencie habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris de censu quolibet anno in festo Natalis Domini XII sterlinos boni argenti et fini recipiendos. Et quandocumque et quocienscumque dicte due monallate dicte tenencie vendantur vel inpignorentur, nos vel successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et si velles vendere dictas II monallatas dicte tenencie, primo tenearis nobis denunciare spacio XXV dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus potestatem retinendi ipsas sicuti alia persona ibi dare volueris; quas si retinere noluerimus, deinde liceat tibi eas vendere cuicumque volueris, salvo jure nostro predicto. Et nos et nostri faciemus tibi et tuis dictas II monallatas bonas habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde tibi et tuis de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligamus tibi et tuis omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et pro predicto accapito, habuimus et accepimus a te pro accapito L solidos barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[a] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[b] non numerate, quos denarios recognoscimus versos esse, et redactos, in maxima utilitate dicte domus nostre. Et si dictum accapitum plus valet dictis denariis, illud totum plus valens gratis inter vivos tibi et tuis damus et diffinimus imperpetuum. Et quod contra non veniemus, bona fide et per stipulacionem tibi promittimus.[c] Et ego dictus Guilelmus Fornerii, hec omnia laudo, et promitto[d] vobis, dicto comendatori, et fratribus predictis, me solvere vobis et successoribus vestris quolibet anno dictum censum in dicto festo, ut dictum est, et facere et operari dictam domum

sive domos infra dictum tempus, obligando vobis et successoribus vestris omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc VIII° kalendas novembris, anno Domini M° CC° LX° VI°. Sig+++++++na fratris Raymundi de Bacco, et fratris Petri Sutoris, et fratris Bernardi *Degolat*, et fratris Francisci, et fratris Petri *Servent*, et fratris Petri de Campo rotundo et Guilelmi Fornerii predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Johannis Cicardi, et Petri de *Pujol*, canonici Sancte Marie de Campo, et Guilelmi *Pages* de Palacio, testium. Ego Petrus Cotellarii hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici.

Raymundus Eymerici, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatos *B*. b. peccunie *B*. c. promitimus *B*. d. promito *B*.

664

1266, 25 d'octubre[169]

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Bernat de Degolaç, Francesc, Pere Servent i Pere de Camprodon, batlle forà del Masdéu, dóna en acapte a Pere Jausbert de Toluges cinc monallades de la trilla que els templers tenen a la parròquia de Sant Joan de Perpinyà, perquè hi construeixi una o diverses cases en un termini d'un any a comptar des de la pròxima festa de Sant Joan Baptista de juny. El terratger haurà de donar als templers 30 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant 30 dies i 30 nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 125 sous de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 389r-v, acta núm. 715.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 332, segons *B*.

169. La concomitància dels mateixos germans que els citats a l'acta anterior així com la de Guillem Forner entre els testimonis, fa suposar que aquestes dues actes han estat signades el mateix dia, i que és, per tant, la paraula «kalendas» en lloc de la paraula «idus» la que ha estat omesa pel copista del cartulari en la fórmula de datació i que convé restituir ací.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Bacco, preceptor domus Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Perpiniani, et fratris Bernardi *Degolat,* et fratris Francisci, et fratris Petri *Servent*, et fratris Petri de Campo rotundo, bajuli forensis domus Mansi Dei, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum tibi, Petro Jausberti de Tulugis, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, V monallatas tenencie nostre, in trillia nostra, ad faciendum ibi domum vel domos de primo venienti festo sancti Johannis Babtiste de junio usque ad unum annum completum, que V monallate sunt in terminis et adjacencia Sancti Johannis Perpiniani, et affrontant ab oriente in tenencia Arnaldi de Garricis, ortolani, a meridie in via, ab occidente in tenencia nostra, ab aquilone in via, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui dictam domum sive domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris de censu quolibet anno in festo Natalis Domini XXX sterlinos boni argenti et fini recipiendos. Et quandocumque et quocienscumque dictum accapitum vendatur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Tamen, si tu vel tui volueritis vendere dictam domum, sive domos, primo denunciatis nobis spacio XXX dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam retinendi dictam domum, seu domos, sicuti alia persona ibi dare voluerit, completis vero dictis XXX diebus cum eorum noctibus, si retinere noluerimus, habeatis licenciam vendendi dictam domum, seu domos, cuicumque vel quibuscumque volueritis. Et nos et successores nostri faciemus tibi et tuis dictam domum, vel domos, bonas habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, ex quibus credaris plano tu verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligamus tibi et tuis omnia bona dicte domus Mansi Dei, presencia et futura. Et pro predicta donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito CXXV solidos barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent I marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[a] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[b] non numerate, quos denarios recognoscimus versos esse, et redactos, in maxima

utilitate dicte domus Mansi Dei. Et si predictum accapitum plus valet dicto precio, illud totum plus valens gratis inter vivos tibi et tuis damus et diffinimus imperpetuum. Et quod contra non veniemus, bona fide et per stipulacionem tibi promittimus.[c] Et ego dictus Petrus Jausberti, hec omnia laudo, promittens[d] vobis, dictis fratri Raymundo de Bacco, preceptori, et fratribus predictis, me vobis solvere quolibet anno in dicto festo dictum censum, et omnia alia attendere et complere, ut supradictum est, obligando inde vobis et successoribus vestris omnia bona mea, presencia et futura. Et quod contra non veniam, bona fide et per stipulacionem vobis promitto.[e] Actum est hoc VIII° (kalendas)[f] novembris, anno Domini M° CC° LX VI°. Sig+++++++na fratris Raymundi de Bacco, preceptoris, et fratris Petri Sutoris, et fratris Bernardi *Degolat*, et fratris Francici, et fratris Petri *Servent*, et fratris Petri de Campo rotundo et Petri Jausberti predictorum, qui hec omnia laudamus et firmamus. Sig+++na Arnaldi Rasedorii, et Guilelmi Fornerii de Perpiniano et Raymundi de Petra alba, testium. Ego Petrus Cotellarii hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici, et suprascrisi in XIIII[a] linea «diebus». Raymundus Eymerici, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatos *B*. b. peccunie *B*. c. promitimus *B*. d. promitens *B*. e. promito B. f. kalendas *omès B*.

665

1266, 27 d'octubre

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Bernat de Degolaç, Pere de Camprodon i Guillem d'Aiguaviva, comanador d'Orla, dóna en acapte a Pere d'Orla, habitant de Perpinyà, tres monallades de la tinença que els templers tenen a Perpinyà, al defora de la Porta de Malloles, perquè hi construeixi una o diverses cases en un termini d'un any a comptar des de la propera festa de Sant Joan Baptista de juny. El terratger haurà de donar als templers 18 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant 20 dies i 20 nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 75 sous de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 373, acta núm. 680.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, p. 592, segons *B*.
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 330-331, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Bacco, preceptor domus Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Bernardi de *Degolats,* et fratris Petri de Campo rotundo, et fratris Guilelmi de Aquaviva, preceptoris de Orulo, per nos et per omnes successores nostros damus et in presenti tradimus ad accapitum tibi, Petri de Orulo, habitatori Perpiniani, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, III monallatas de tenencia nostra completas inter latitudinem et longitudinem, ad construendum ibi domum vel domos, quod est extra portale quod dicitur de Malleolis. Et affrontant dicte III monallate ab oriente in tenencia Guilelmi Mascarelli, a meridie in tenencia Guilelmi *Gombaloles*, ab occidente in tenencia nostra, ab aquilone in via, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui dictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis nobis et successoribus nostris singulis annis in festo Natalis Domini de censu XVIII sterlinos boni argenti et fini recipiendos. Et quandocumque et quocienscumque vendantur vel inpignorentur dicte III monallate dicte tenencie, vel edificium[a] ibi faciendum, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et si predicta vendere volueritis tu vel tui, primo teneamini denunciare nobis vel successoribus nostris spacio XX dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam retinendi predicta sicut alia persona ibi dare voluerit. Et si retinere noluerimus, deinde liceat tibi predicta vendere cuicumque volueris, salvo tamen censu nostro et foriscapio, ut dictum est. Et promittimus[b] tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit pro predictis, obligando inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus Mansi Dei, presencia et futura. Et pro hac donacione, habuimus et accepimus a te pro accapito LXXV solidos barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent una

marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Et ego Petrus de Orulo predictus, hec omnia laudo, promittens[e] vobis, dicto fratri Raymundo de Bacco, et successoribus vestris, me et meos solvere vobis et successoribus vestris dictum censum in dicto festo, ut dictum est, et construere dictas domos, vel domum, de primo venienti festo sancti Johannis Babtiste de junio usque ad unum annum completum, et omnia alia attendere et complere, ut dictum est, obligando inde vobis et successoribus vestris per vinculum omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc VI kalendas novembris, anno Domini M° CC° LX° VI°. Sig++++++na fratris Raymundi de Bacco, et fratris Petri Sutoris, et fratris Bernardi de *Degolaz*, et fratris Petri de Campo Rotundo, et fratris Guilelmi de Aquaviva et Petri de Orulo predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Berengarii de *Bajoles*, et Guilelmi Poncii et Petri de *Talau*, testium. Ego Guilelmus Molera hanc cartam scripsi mandato Arnaldi Mironi. Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit post mortem Raymundi Eymerici condam scriptoris publici Perpiniani hoc instrumentum in posse dicti Raymundi Eymerici condam receptum et laudatum, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. hedificium *B*. b. promitimus *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. promitens *B*.

666

1266, 4 de novembre

Ermengol de les Fonts cedeix a fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, i a fra Pere de Palafrugell, comanador de Sant Hipòlit, tot el que recaptava, per raó de les collites o altrament, sobre les masades que havia comprat als frares Guillem Ramon de Castell i al seu germà Polit, aixi com a Pere, fill del difunt Pere de Castell, al terme de Sant Hipòlit. Per aquesta concessió, Ermengol de les Fonts reconeix haver rebut la quantitat de 25 sous de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 22v, acta núm. 39.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 592-593, segons *B*.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 31, ff. 148-149, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego Ermengaudus de Fontibus, per me et per omnes meos, solvo et diffinio tibi, fratri Raymundo de Bacho, preceptori domus Mansi Dei, et successoribus vestris, et tibi, fratri Petro de Palafurgello, preceptori domus Templi Sancti Ypoliti, totum quicquid petebam vel petere poteram ratione fructuum, vel alio modo, in omnibus illis mansatis, quas emisti a Guilelmo Raymundo de Castello et a *Polit*, fratre ejus, et Petro, filio Petri de Castello condam, in terminis Sancti Ypoliti, sicut in instrumento venditionis inde facto plenius continetur, cedendo inde vobis et successoribus vestris omnes actiones et jura, quas et que in omnibus predictis et singulis habeo et habere debeo aliquo modo, constituendo inde vos in rem vestram procuratores contra omnes personas. Et promitto[a] vobis quod nichil feci nec decetero faciam quominus predicta tibi vel tuis valeant vel infringi possint. Et pro predictis solutione et diffinitione habui et accepi a vobis XXV solidos barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent I marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatum[a] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[b] non numerate, et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi pretii decepti sunt similiter renuncio. Et si hec solutio plus valet dictos XXV solidos barchinonensium, illud totum plus valens gratis inter vivos vobis et successoribus vestris dono et diffinio imperpetuum, nullo jure in predictis mansatis mihi neque meis retento. Et incontinenti constituo me de jure quod in dictis mansatis habeo vestro nomine possessorem vel quasi. Et quod contra predicta non veniam bona fide et per stipulationem vobis promitto.[c] Actum est hoc II[e] nonas novembris, anno Domini M° CCLX° VI°. Sig+num Ermengaldi de Fontibus predicti, qui hec omnia laudo. Sig+++na Raymundi Alexandri, et Petri de Ferralibus et Bernardi *Carles*, testium. Ego Bernardus Jausberti hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici. Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit, post mortem Raymundi Eymerici condam scriptoris publici Perpiniani, hoc instrumentum in posse dicti Raymundi Eymerici condam receptum et laudatum, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatum *B*. b. peccunie *B*. c. promito *B*.

FUNDACIÓ NOGUERA

667

1267 (nou estil), 4 de gener

Berenguer Comte de Nils dóna als frares del Masdéu, a les mans i en poder de fra Arnau Roca, cambrer d'aquesta casa, un hort que té a la parròquia de Santa Maria de Nils, prop del bosc de la casa del Masdéu i del condomini de Guillem Borrell. Per aquesta concessió, reconeix haver rebut 19 sous de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 195r-v, acta núm. 341.

Notum sit cunctis quod ego Berengarius Comitis de Agnilis, filius B(erengarii) Comitis, per me et per omnes meos, non inductus dolo neque vi, set gratis ac spontanea voluntate, cum hac presenti cartta perpetuo valitura dono, solvo et diffinio Deo et beate Marie domus Mansi Dei et fratribus ejusdem in manu et posse vestri, fratris Arnaldi Rocha, camerarii dicte domus, quendam ortum meum, quem habeo et habere debeo in terminis et adjacentia Sancte Marie de Agnilis, juxta nemus dicte domus Mansi Dei et juxta condamina Guilelmi Borrellis. Sicut superius dictum est, sic dono, solvo et diffinio Deo et beate Marie domus Mansi Dei et fratribus ejusdem, presentibus et futuris, in manu et posse vestri, Arnaldi Rocha, camerarii predicti, totum predictum ortum, cum omnibus arboribus fructiferis et infructiferis que ibi sunt et erunt; totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis et cum terminis et pertinentiis et cum omnibus in se habentibus et habere debentibus, prout melius et plenius dici vel intelligi potest ad utilitatem vestram et successorum vestrorum. Cedo etiam et dono vobis et successoribus vestris omnes actiones et exceptiones, tam reales quam personales, et omnia omnino jura, quas et que in predicto et pro predicto orto contra omnes personas habeo vel habere aliquo modo debeo, constituendo inde vos et successores vestros in rem vestram procuratores. Promitto[a] etiam vobis quod nichil feci nec faciam quominus hec solutio vobis vel successoribus vestris valeat, quod si forte feci vel facerem, pro infecto habeatur et nullas prorsus vires aliquo tempore habeat. Nam in presenti de predicto orto toto me et meos semper denudo et vos et vestros et quos volueritis prorsus investio et in corporalem possessionem et quasi possessionem juris et facti vos mitto[b] ad omnes vestras successorumque vestrorum voluntates semper faciendas, profitens quod pro solutione et diffinitione predicta habui et recepi a vobis XVIIII solidos barchinonensium coronatorum, de quibus bene per

pacatum[c] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[d] non numerate, de qua moneta LX et II solidi et VI denarii valent unam marcham argenti fini ad rectum pensum Perpiniani. Et si predictus ortus quem vobis diffinio modo plus valet vel valebit predictis XVIIII solidis quos a vobis recepi, illud totum vobis et successoribus vestris gratis inter vivos dono et diffinio imperpetuum, renuncians illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam justi[e] pretii decepti sunt, et omni exceptioni doli et metus actionique in factum, et omni alii auxilio juris etiam hic non expresso. Et quod ita hec omnia predicta et singula fideliter semper observem et quod contra numquam veniam, per me vel per aliquam interpositam personam, occulte vel manifeste, bona fide et per stipulationem vobis promitto.[a] Actum est hoc II[e] nonas januarii, anno Domini M° CC° LX° VI°. Sig+num Berengarii Comitis predicti, qui hec omnia et singula laudo et firmo. Sig+++na Petri de Bario de Agueto, Perpiniani de Serralonga, habitatoris de Anilis, Stephani de Trullarii, hujus rey testium.

Raymundus Adalberti, scriptor publicus de Trulariis auctoritate domini Berengarii, Dei gracia Elnensis episcopi, hanc cartam scripsit et hoc signum (SM) fecit.

a. promito *B*. b. mito *B*. c. paccatum *B*. d. peccunie *B*. e. jussti *B*.

668

1267 (nou estil), 9 de gener

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Guillem d'Aiguaviva, Girald i Bartomeu, dóna en acapte a Pere Tort de Castell-rosselló, habitant de Perpinyà, una peça de terra situada a la parròquia de Santa Maria de Malloles, perquè hi faci una vinya. El terratger haurà de donar als templers la setena somada de la collita, que haurà de portar-los al Mas de la Garriga, i el foriscapi en cas de mutació. El terratger podrà arrencar aquesta vinya per a fer-hi cereals, cas en el qual donarà als templers la setena somada de la collita i dues mesures de bajulivum*, que els portarà al Mas de la Garriga. Quan vulgui arrencar aquesta vinya, primer haurà de donar-los 6 sous i 3 diners de moneda coronada de Barcelona. I si hi plantés oliveres, hauria de donar-los, la setena mesura. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 15 sous i 7 diners i 1 òbol.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 210r-v, acta núm. 364.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, p. 593, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Bacco, preceptor domus Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri Sabaterii, preceptoris domus milicie Templi Perpiniani, et fratris Guilelmi de Aquaviva, et fratris Giraudi et fratris Bartholomei, per nos et successores nostros damus et tradimus ad accapitum tibi, Petro Torti de Castro Rossilionis, habitanti Perpiniani, et tuis et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum et clericis, quandam petiam terre ad faciendum ibi vineam, que est in terminis Sancte Marie de Malleolis, et affrontat ab oriente in tenencia Bernardi Johannis, a meridie in tenencia Guilelmi de Puteo, ab occidente in tenencia Johannis de Arulis, ab aquilone in tenencia Palere, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis et cum terminis et pertinenciis suis et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui qui dictam vineam habueritis et tenueritis donetis nobis et successoribus vestris de expletis ejusdem fideliter VII saumatam, apportatam[a] in nostro posse intus domum Mansi de Garriga. Et quandocumque et quocienscumque dicta vinea vendatur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et promittimus[b] tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis dictam petiam terre bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et sumptibus si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit pro predictis. Pro quibus omnibus supradictis et singulis obligamus tibi et tuis omnia bona dicte domus Mansi Dei, presencia et futura. Preterea damus tibi et tuis licenciam et potestatem quod possitis dictam vineam evellere et facere ibi bladum, et de illo donetis nobis et successoribus nostris fideliter VII mensuram et duas mensuras bajulivi cum qua mons mensurabitur, apportatas[c] in nostro posse intus dictam domum Mansi de Garriga. Et quandocumque volueritis evellere dictam vineam, primo teneamini nobis dare VI solidos et III denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi et VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani. Et si olivarios[d] ibi plantaretis, de fructibus eorum donetis nobis et successoribus nostris fideliter VII mensuram. Et pro hac donatione habuimus et accepimus a te pro accapito XV solidos VII denarios et obolum barchinonensium coronatorum de

dicto valore, de quibus per pacatos[e] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[f] non numerate. Et ego dictus Petrus Torti, hec omnia predicta laudo. Et promitto[g] vobis, dicto fratri Raymundo de Baccho, quod ego et mei semper dabimus vobis vel successoribus vestris dictam septenam de fructibus dicte vinee et olivario, ut dictum est, et solvemus vobis vel successoribus vestris, si evelleremus ego vel mei dictam vineam, dictos VI solidos et III denarios, et alia predicta et singula attendemus et complebimus ego et mei, ut superius dictum est. Pro quibus predictis VI solidis et III denariis solvendis, obligo vobis et successoribus vestris dictam petiam terre. Actum est hoc V° idus januarii, anno Domini M° CC° LX VI°. Sig++++++na fratris Raymundi de Bacco, et fratris Petri Sabaterii, et fratris Guilelmi de Aquaviva, et fratris Giraudi, et fratris Bartholomei et Petri Torti predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Arnaldi Felicis, et Petri Asine et Petri Sutoris, testium. Ego Petrus Amorosii hanc cartam scripsi mandato Arnaldi Mironi.

Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit vice Raymundi Eymerici et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. aportatam *B*. b. promitimus *B*. c. aportatas *B*. d. oliveros *B*. e. paccatos *B*. f. peccunie *B*. g. promito *B*.

669

1267 (nou estil), 10 de gener

Un contenciós enfrontava el comanador del Masdéu, d'una banda, i Pere Paüc, d'altra banda, a propòsit d'una resclosa que aquest darrer feia edificar a la Bassa de Perpinyà per alimentar els molins que acabava de construir prop de la Porta d'Albenca, obres que el comanador havia denunciat públicament. Per tal de resoldre aquest litigi, les dues parts s'han posat d'acord, en presència i amb el consentiment del batlle de Perpinyà, sobre el fet que el comanador autoritza Pere Paüc a construir la resclosa i a fer-ne ús durant un mes a comptar del dia d'aquesta transacció; passat aquest termini, a requeriment del comanador, Pere Paüc estarà obligat a destruir una cana d'aquesta resclosa, al lloc que el comanador li designi, i això sense que aquesta resclosa ocasioni danys als molins del Temple situats aigua amunt, ni provoqui una estagnació d'aigua. Tanmateix, si Pere Paüc es negués a obeir, aleshores el comanador recorreria al

batlle de Perpinyà, que podria procedir a la destrucció de la resclosa sense que Pere Paüc pogués recórrer davant la justícia, cosa que Guillem de Vila-rasa, batlle de Perpinyà, prometé fer obligant-se personalment envers el comanador. Pere Paüc ha promès al comanador no posar traves a la destrucció de la resclosa, sota pena de 1.000 sous de multa, per la qual Ramon Eimeric s'ha fet garant de Pere Paüc davant el comanador del Masdéu.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 268r-v, acta núm. 472.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 594-595, segons *B*.
D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 333-336, segons *B*.

Noverint universi quod cum contencio esset inter preceptorem Mansi Dei, ex una parte, et Petrum Pauci, ex altera, super quadam resclausa quam dictus Petrus Pauci faciebat in Vassa Perpiniani, ad illa molendina que de novo construit[a] juxta portalem[b] *d'en Albencha*. Super quaquidem[c] resclausa sive opere quod in dicta resclausa dictus Petrus Pauci faciebat, dictus preceptor denunciaverat per precorem novum opus. Et cum de hoc contenderetur inter eos amicis intervenientibus, fuit facta talis convencio inter eos in presencia bajuli Perpiniani, et eo consenciente, quod dictus preceptor permittat[d] dictum Petrum Pauci construere dictam resclausam et uti ea a die presenti usque ad unum mensem, ita quod, completo mense predicto, teneatur dictus Petrus Pauci destruere incontinenti de dicta resclausa, ad requisicionem dicti preceptoris, unam canam in quocumque loco dictus preceptor elegerit, et hoc sine dampnum daret dicta resclauda molendinis Templi superioribus sine etiam nullum dampnum daret nec etiam aliquam restagnacionem aqua faceret. Si vero dictus Petrus Pauci dictam resclausam, ut supradictum est, nollet incontinenti destruere per unam canam in loco electo per dictum preceptorem, ut dictum est, statim possit bajulus Perpiniani ad requisitionem dicti comendatoris destruere de dicta resclausa per unam canam in loco ubi dictus preceptor elegerit, sine aliqua cognicio cause et non obstante si dictus Petrus Pauci vellet facere justicie complementum et offerret se juri. Ad quod faciendum, Guilelmus de Villa rasa, bajulus Perpiniani, de voluntate dicti Petri Pauci et requirente dicto preceptore, se obligavit dicto preceptori. Si autem dictus bajulus incontinenti ad requisitionem dicti preceptoris nollet destruere de dicta resclausa per canam, ut dictum est, convenerunt dictus Petrus Pauci et preceptor predictus

quod dictus preceptor possit destruere et facere destrui de dicta resclausa usque ad canam in quocumque loco voluerit, ut dictum est, et quod dictus Petrus Pauci nullum prestet[e] sibi impedimentum nec prestari faciat ab aliqua persona. Insuper dictus Petrus Pauci promisit dicto preceptori, sub pena M solidorum, quod super predictis vel aliquo predictorum nullum impedimentum prestabit vel prestari faciet. Ad quam penam solvendam, dictus Petrus Pauci se et bona sua dicto preceptori, si comitteretur[f] ab eo, obligavit. Item, fuit conventum inter predictis quod si hanc requisicionem dictus preceptor Mansi Dei non faceret incontinenti mense completo, quod possit eandem facere quandocumque voluerit postea. Et dictus Petrus Pauci et bajulus, ad ejus requisicionem, teneantur predicta complere ut superius dictum est, etiam post dictum terminum et dicto preceptori idem quod superius dictum est, scilicet de destruenda dicta resclausa per canam facere liceat post dictum terminum. Item, fuit dictum et conventum quod si interim dampnum daretur dicto preceptori in molendinis superioribus Templi, quod illud dampnum dictus Petrus Pauci eidem restituere teneatur. Predicta omnia fuerunt conventa inter predictos salvo jure utriusque partis, videlicet quod per constructionem dicte resclause non adquiratur dicto Petro Pauci plus juris in possessione nec in proprietate quam nunc habet, nec etiam dicto preceptori et domui Templi plus juris acquiratur per destructionem que tunc fiet de dicta resclausa usque ad canam predictam nec in possessione nec in proprietate, set jus utriusque partis sit in eo statu in quo nunc est tempore istarum convenienciarum. Et pro predicta pena solvenda, si comitteretur,[f] obligavit se Raymundus Eimerici et bona sua pro dicto Petro Pauci nomine fidejussorio dicto comendatori. Acta et laudata fuerunt hec omnia per dictum comendatorem et per dictum Petrum Pauci et Guilelmum de Villa rasa, bajulum Perpiniani, IIII° idus januarii, anno Domini M° CC° LX° sexto, in presencia et testimonio Guilelmi de Castro novo, et Guilelmi Caroli, et Petri Rubey, et Raymundi de Pompiano, et Arnaldi de *Godor*, et Guilelmi Brandini, et Bernardi *Ferriol*, et Guilelmi Carboni, et Bertrandi de Montebaulono, et Bernardi Flequerii, et Petri Garrigue, et Petri Ferrarii, et plurium aliorum, et mei Guilelmi Ferrarii, scriptoris publici curie Perpiniani et vicarie Rossillionis pro illustri domino rege Aragonum, qui de voluntate et mandato predictorum preceptoris et Petri Pauci et Guilelmi de Villa rasa hoc scripsi et hoc sig-(SM)-num feci.

a. costruit *B*. b. portale *B*. c. qua *afegit a la interlínia B*. d. permitat *B*. e. presstet *B*. f. comiteretur *B*.

670

1267 (nou estil), 23 de gener

Fra Pere de Camprodon, batlle forà del Masdéu i administrador suplint fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, concedeix a Miquel Ferrer de Sant Joan de Pladecorts la possessió vitalícia de la masada que aquesta ja té i que fou de Bernat de Puig Tuc, amb la condició que doni a la casa del Temple els censos, usos i serveis consuetudinaris deguts per aquesta masada i que hi estableixi en vida seva un home que sigui home propi dels templers. Si no ho fes, els templers podrien apoderar-se d'aquesta masada immediatament després del seu decés, i podrien disposar-ne a llur voluntat fins que els hereus de Bernat els proporcionessin un home propi.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 143v-144, acta núm. 231.
C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 335-337, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus de Campo rotundo, bajulus forensis domus Mansi Dei, et vicem gerens fratris Raymundi de Bacco, preceptoris domus predicte, per nos et nostros cum hoc publico instrumento concedimus tibi, Michaeli Ferrarii de Sancto Johanne de Plano Curiarum, quod tu teneas et possideas in omni vita tua illam mansatam cum pertinentiis suis que tu jam tenes, qua quidem mansata fuit Bernardi de Podio Tuco Sancti Johannis de Plano Curiarum, tali pacto et conditione quod tu des legaliter nobis et domui nostre predicte census, usatica, servicia, que pro dicta mansata nobis et domui nostre fuerint et fieri debent et fieri consueverunt; et constituas in dicta mansata, te vivente, hominem qui sit noster et domus nostre predicte proprius et solidus pro dicta mansata. Hanc siquidem concessionem predictam facimus tibi, Michaeli prefato, prout melius et plenius ad utilitatem tuam et tuorum dici potest, salvo tamen jure nostro et domus nostre sepius[a] nominate in omnibus et per omnia. Unde si tu, Michael prefatus, dictum hominem non constitueris in dicta mansata, ut dictum est, te vivente, nos possimus post mortem tuam incontinenti emparare et tenere dictam mansatam propria nostra auctoritate tantum[b] et tamdiu quousque heres

tuus nobis et domui nostre hominem sufficientem dederit, qui sit proprius et solidus nostri et domus nostre sepius nominate. Ego Michael prenominatus, dictam mansatam recipio sub predictis conditionibus, promittens[c] bona fide per sollemnem[d] stipulationem vobis, domino fratri Petro prenominato, stipulanti pro dicta domo, omnia predicta et singula fideliter attendere et complere, prout melius ad utilitatem vestram et domus Mansi Dei predicte legi, intelligi ac dici potest. Actum est hoc X° kalendas februarii, anno Domini M° CC° LX° VI°. Sig+num fratris Petri de Campo rotundo predicti, qui hec omnia predicta laudamus et firmamus. Sig+num Michaelis Ferrarii predicti, qui hec omnia predicta laudo et firmo. Sig+++na Petri, clerici de Insuli, et Johannis, clerici de Maurelanis, et Petri Sancii de Cereto, testium.

Bernardus *Savina*, scriptor publicus de Cereto auctoritate domini Berengarii, Elnensis episcopi, scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. pepius *B*. b. tamtum *B*. c. promitens *B*. d. sollempnem *B*.

671

1267 (nou estil), 7 de febrer

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, i Pere Servent, dóna en acapte a Joan Fabre de Sala unes cases situades a la vila de Perpinyà. El terratger haurà de donar als templers 13 masmudines d'or de cens anual, una meitat del qual el dia de Sant Joan Baptista de juny i l'altra meitat per Nadal. Els templers autoritzen Joan Fabre a obrir una o diverses portes a la paret d'aquestes cases, de la banda del mas del Temple, a fi que puguin tenir accés al carrer. Fra Ramon Desbac reconeix que el terratger li ha pagat el dret d'entrada d'aquest acapte.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 272v-273, acta núm. 480.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 337-338, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Raymundus de Bacco, preceptor domus Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Petri Serventi, per me et per omnes successores meos dono et in presenti trado ad accapitum tibi, Johanni Fabri de Sala, et tuis, et cui

volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, quasdam domos nostras, que sunt in villa Perpiniani, et affrontant ab oriente in operatorio Bernardi Caironi, quod tenet pro domo nostra predicta, et in tenedone Berengarii Giraldi et in tenedone Raymunde de Maloboxono, a meridie in tenedone Petri Caironi, ab occidente in introitu mansi nostri qui se tenet cum predictis domibus, ab aquilone in via, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui predictas domos habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris de censu singulis annis XIII masmutinas *senars* boni auri et fini recipiendas, quas solvas nobis per terminos, scilicet medietatem in festo sancti Johannis Babtiste de junio et aliam[a] medietatem in festo Natalis Domini, et sic quolibet anno eodem modo imperpetuum. Et quandocumque et quocienscumque predicte domus vendentur vel inpignorarentur, ego et mei successores habeamus inde nostrum foriscapium. Et ego et successores mei faciemus tibi et tuis totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona; et tenebimur inde tibi et tuis de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit, obligando inde tibi et tuis omnia bona nostre domus presencia et futura, profitens et recognoscens tibi quod de intrata dicti accapiti satisfecisti michi plenarie ad meam voluntatem, de qua satisfactione per pacatum[b] me teneo, renuncians inde omni excepcioni. Item, damus tibi licenciam et potestatem quod possis tenere et facere portam et portas in pariete predictarum domorum qui est versus predictum mansum nostrum, et per viam ipsius mansi possis habere introitum et exitum ad predictas domos quas tibi damus ad accapitum. Et ego dictus Johannes Faber de Sala, hec omnia predicta laudo, promittens[c] tibi, dicto preceptori, me solvere tibi et tuis successoribus dictum censum et alia attendere et complere, ut dictum est, obligando inde tibi omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc VII° idus febroarii, anno Domini M° CC° LXVI°. Sig++++na fratris Raymundi de Bacco, et fratris Petri Sutoris,[d] et fratris Petri Serventi, et Johannis Fabri de Sala, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Poncii Barroti, et Petri de Orulo et Jacobi Augusti, testium. Ego Raymundus Torrent hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eimerici. Raymundus Eymerici, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. alia *B*. b. paccatum *B*. c. promitens *B*. d. Petri de Campo rotundo *B*.

672

1267, 12 d'abril

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Bernat de Degolaç, Pere de Camprodon i Francesc, dóna en acapte a Bernat Barrera un terreny d'una monallada d'ample i dues monallades de llarg, situat a llur tinença, al Puig de Perpinyà, perquè hi construeixi una o diverses cases. El terratger haurà de donar als templers 3 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 22 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 388v-389, acta núm. 714.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 339, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Bacco, preceptor Mansi Dei, consilio fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Bernardi de *Degolats,* et fratris Petri de Campo rotundo, et fratris Francisci, per nos et per omnes successores nostros damus et in presenti tradimus ad accapitum tibi, Bernardo Barrere,[a] et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum et clericis, unum patuum unius monallate in latitudine et duarum monallatarum in longitudine, quod est in Podio Perpiniani, in tenedone nostra, ad edificandum[b] ibi domum vel domos, et affrontat ab oriente in via, a meridie in tenencia Raymundi de Arriano, ab occidente in tenencia nostra, ab aquilone in via, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui predictas domos habueritis et tenueritis, donetis nobis et successoribus nostris de censu quolibet anno in festo Natalis Domini III sterlingos boni argenti et fini recipiendos. Et quandocumque et quocienscumque dicte domus venderentur vel inpignorarentur, nos et nostri successores habeamus inde nostrum foriscapium. Et nos et nostri faciemus tibi et tuis predictas domos bonas habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde tibi et tuis de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit. Preterea promittimus[c] quod si aliqua questio tibi vel tuis moveretur pro predicto accapito, nos et nostros successores defendemus[d] inde te

et omnia bona tua nostris propriis sumptibus et expensis, obligando inde tibi et tuis, pro predictis omnibus et singulis tibi et tuis attendendis et complendis, omnia bona nostra, presencia et futura. Et pro predicto accapito, habuimus et accepimus a te XXII solidos VI denarios barchinonensium bonorum coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[e] nos tenemus, renunciantes inde omni exceptioni pecunie[f] non numerate. Et ego dictus Bernardus Barrera[g] hec omnia laudo, promittens[h] vobis, dicto domino preceptori, me solvere vobis et vestris successoribus dictum censum, ut dictum est, et omnia alia attendere et complere, ut superius dictum et expressum est, obligando inde vobis omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc II[e] idus aprilis, anno Domini M° CC° LX° VII°. Sig++++++na fratris Raymundi de Bacco, et fratris Petri Sutoris, et fratris Bernardi de *Degolats*, et fratris Petri de Campo rotundo, et fratris Francisci, et Bernardi Barrere predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Arnaldi Nogere, et Bernardi Gerra et Johannis Aimerici, testium. Ego Raymundus Torrent hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici. Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit vice Raymundi predicti, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Borrere *B*. b. hedificandum *B*. c. promitimus *B*. d. deffendemus *B*. e. paccatos *B*. f. peccunie *B*. g. Borrera *B*. h. promitens *B*.

673

1267, 1 de maig

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà i lloctinent de fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Bernat de Degolaç, Arnau de Celrà i Pere Servent, dóna en acapte a Pere Feliu, habitant de Perpinyà, una monallada d'ample i quatre monallades de llarg, i una mica més, de la trilla del Temple a Perpinyà, perquè hi construeixi una o diverses cases en un termini de dos anys a comptar des de la pròxima festa de Sant Joan Baptista de juny. El terratger haurà de donar als templers 5 sous i 1 diner de moneda coronada de Barcelona de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Pere Sabater reconeix haver rebut 50 sous.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 343r-v, acta núm. 623.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 340, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, tenens locum fratris Raymundi de Bacco, preceptoris Mansi Dei, in bajulia Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Bernardi de *Degolats*, et fratris Arnaldi de Solrano et fratris Petri *Servent*, per nos et omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum tibi, Petro Felici, habitanti Perpiniani, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam monallatam in latitudine et IIII in longitudine de trilia nostra, quam habemus in terminis Perpiniani, et aliquantulum plus, ad faciendum ibi domum vel domos, et affrontat ab oriente in tenencia Petri de Orulo, a meridie in tenencia Guilelmi *Gombaloles*, ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in via, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui predictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini de censu V solidos I denarium barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani. Et quandocumque et quocienscumque vendatur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et tenearis ibi construere domum vel domos de primo venienti festo sancti Johannis Babtiste de junio usque ad duos annos completos. Et promittimus[a] tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit pro predictis. Pro quibus omnibus predictis et singulis, obligamus tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et pro predicta donacione et concessione, habuimus et accepimus a te pro accapito L solidos barchinonensium coronatorum, de dicto valore, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Et ego dictus Petrus *Feliu*, hec omnia laudo, promittens[d] vobis, fratri Petro Sutori predicto, quod ego et mei solvemus semper vobis et successoribus vestris quolibet anno totum predictum censum in dicto festo, et omnia alia attendemus

et complebimus, ut superius dictum est et expressum, obligando inde vobis et successoribus vestris per vinculum omnia bona mea, presentia et futura. Actum est hoc kalendis madii, anno Domini M° CC° LX° VII°. Sig+++++na fratris Petri Sutoris, et fratris Bernardi de *Degolats*, et fratris Arnaldi de Solrano, et fratris Petri *Servent* et Petri Felicis predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Petri de Podio, curaterii, et Petri de Riupullo et Petri Sutoris, testium. Ego Guilelmus Roerius hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici. Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, hoc instrumentum in posse Raymundi Eymerici condam scriptoris publici Perpiniani receptum et laudatum, subscripsit post mortem dicti Raymundi Eymerici, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus *B*. b. paccatos *B*. c. peccunie *B*. d. promitens *B*.

674

1267, 15 de juliol

Fra Ramon Desbac, comanador de la casa del Temple del Masdéu, fra Pere de Camprodon, batlle forà, i fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, canvien amb Guillem de Vila-rasa, batlle de Perpinyà pel rei d'Aragó, un cens de 12 diners melgoresos i tots llurs drets sobre la casa que Arnau del Soler, adober, té per ells a Perpinyà, prop del convent dels frares menors, pel cens de 12 diners i els drets que el rei té sobre la casa que Berenguer Adela, blanquer, té per ell a Perpinyà, prop de la Porta de Malloles. L'acta conté una còpia del mandat datat a Perpinyà el 13 de setembre de 1264, pel qual el rei d'Aragó Jaume I ordenava al seu batlle assignar al comanador i als frares del Masdéu 3 sous melgoresos de cens sobre els ingressos reials en compensació de les cases d'en Paga i d'en Reïl donades al convent dels frares menors, prop del qual estaven situades.[170] *Guillem de Vila-rasa, batlle de Perpinyà, i Jaume, infant de Mallorca, aproven aquesta transacció el 17 de juliol de 1267.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 250-251, acta núm. 449.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 635-637, segons *B*.

170. Vegeu més amunt l'acta núm. 635.

D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 341-344, segons *B*.

Noverint universi quod nos, frater Raymundus de Bacho, preceptor domus Templi Mansi Dei, consilio et assensu fratris Petri de Campo rotundo, bajuli forensis dicte domus, et fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi de Perpiniano, per nos et per omnes successores nostros permutamus et racione permutacionis tradimus sive quasi tradimus vobis, Guilelmo de Villa rasa, bajulo Perpiniani pro domino rege Aragonum, nomine ejusdem domini regis imperpetuum, totum illum censum XII denariorum malguriensium et jus et dominium et foriscapium et quicquid juris habemus et habere debemus et percipimus et percipere debemus racione dominii vel alio quocumque modo in quadam domo, quam pro nobis et dicta domo nostra tenet Arnaldus de Solerio, aluderius, que est infra terminos Perpiniani, juxta domum Fratrum Minorum Perpiniani, integriter ac generaliter, sicut melius et plenius ad utilitatem vestram et successorum vestrorum et dicti domini regis dici vel intelligi potest, cedentes vobis, dicto bajulo pro dicto domino rege, racione hujus permutationis, omnes actiones reales et personales et omnia omnino jura, quas et que dicta domus et nos nomine ejusdem habemus et habere debemus in omnibus predictis et singulis aliquo modo, constituendo inde vos nomine dicti domini regis procuratorem in rem propriam dicti domini regis contra omnes personas. Et racione dicte permutationis, loco et vice predicti census dicte domus et aliorum jurium que habemus in dicta domo, recepimus a vobis, predicto bajulo, racione dicti domini regis et mandato ipsius, totum illum censum XII denariorum et jus et dominium et foriscapium, quem et que dictus dominus rex habet et habere et recipere debet in quadam domo quam pro dicto domino rege tenet Berengarius *Adela*, curaterius, que est infra terminos ville Perpiniani, juxta portalem quod dicitur de Malleolis. De quibus omnibus per pacatos[a] nos (tenemus),[b] renunciantes inde omni excepcioni. Et nos et successores nostri faciemus semper vobis et successoribus vestris, nomine dicti domini regis, totam predictam venditionem bonam habere et tenere in pace ab omni persona; et tenebimur inde vobis et vestris, bajulis Perpiniani pro domino rege, et eidem domino regi, sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis vos vel successores vestros, nomine dicti domini regis, facere contigerit pro predictis. Pro quibus omnibus supradictis obligamus vobis et

successoribus vestris et dicto domino regi omnia bona dicte domus Mansi Dei. Et incontinenti constituimus nos omnia predicta et singula nomine vestro et dicti domini regis possidere vel quasi donec inde vos vel successores vestri, nomine dicti domini regis, apprehenderitis plenam et corporalem possessionem vel quasi, quam possitis apprehendere vestra auctoritate propria quandocumque vobis placuerit, et etiam retinere ad omnes vestras voluntates, et successorum vestrorum bajulorum Perpiniani nomine dicti domini regis, perpetuo faciendas. Et nos, Guilelmus de Villa rasa, bajulus Perpiniani pro dicto domino rege Aragonum, per eundem dominum regem et suos, habito mandato ab eodem domino rege de permutacione infrascripta, permutacionem predictam laudamus et approbamus, et racione permutacionis predicte damus et tradimus seu quasi tradimus vobis, dicto fratri Raymundo de Bacco, preceptori predicto, et successoribus vestris imperpetuum, totum censum XII denariorum et jus, dominium et foriscapium et quicquid juris dictus dominus rex habet et percipit et habere et percipere debet in dicta domo quam tenet Berengarius *Adela* pro dicto domino rege, totum, integriter ac generaliter, sicut melius et plenius dici vel intelligi potest ad vestram utilitatem et successorum vestrorum, cedendo vobis et successoribus vestris, racione hujus permutacionis, omnes actiones et jura, quas et que dictus dominus rex habet et habere debet, et nos nomine ipsius habemus et habere debemus, in omnibus predictis et singulis aliquo modo, constituendo inde vos procuratores in rem vestram propriam, nomine dicte domus, contra omnes personas. Et racione predicte permutacionis et loco et vice predicti census dicte domus et aliorum jurium que habet dominus rex in dicta domo, recepimus a vobis, dicto preceptore, totum predictum censum XII denariorum malguriensium et jus et dominium et foriscapium et quicquid juris habetis et dicta domus Mansi Dei habet racione dominii vel alio quocumque modo in dicta domo, quam pro vobis et dicta domo Mansi Dei tenet dictus Arnaldus de Solerio. Et de dicta permutacione per paccatos[a] nos tenemus nomine dicti domini regis, renunciantes inde omni exceptioni. Et promittimus[c] vobis quod dictus dominus rex et sui facient vobis et successoribus vestris totum predictum censum et jus et dominium et foriscapium dicte domus quam tenet dictus Berengarius *Adela* bonum habere et tenere in pace ab omni persona. Et pro evictione omnium predictorum et singulorum et sumptibus, si quos in causa evictionis vos vel successores vestros

facere contigerit pro predictis, obligamus vobis et successoribus vestris omnia bona dicti domini regis. Et incontinenti, pro domino rege, constituimus nos omnia predicta et singula vestro nomine possidere vel quasi donec de predictis apprehenderitis[d] plenam et corporalem possessionem vel quasi, quam possitis apprehendere[e] vestra auctoritate propria quandocumque vobis placuerit, et etiam retinere ad omnes vestras voluntates et successorum vestrorum in dicta domo omni tempore faciendas. Affrontat autem dicta domus quam tenet dictus Arnaldus de Solerio ex tribus partibus in viis et ex alia in tenencia Bernardi Pagani, fusterii. Et dicta domus quam tenet dictus Berengarius *Adela* affrontat ab oriente in domo Arsendis, uxoris condam Johannis *Mauran*, et filiorum ejus, a meridie in via, ab occidente in alia domo dicti Berengarii *Adela*, ab aquilone in via. Forma vero dicti mandati facti a domino rege dicto bajulo de predictis talis est: [*Segueix la transcripció del mandat de Jaume I datat del 13 de setembre de 1264*]. Sig+++na fratris Raymundi de Bacco, et fratris Petri de Campo rotundo et fratris Petri Sutoris predictorum, qui hec omnia laudamus et concedimus idibus[f] julii, anno Domini M° CC° LX° VII°. Sig+++na Guilelmi Gili, rasedorii, et Berengarii de *Baynols* et Bernardi Cayroni, testium. Sig+num Guilelmi de Villa rasa, bajuli Perpiniani, predicti, qui hec omnia laudamus XVI° kalendas augusti, anno quo supra. Sig+++na Guilelmi Brandini, ganterii, et Guilelmi Bernardi et Johannis Vole, testium. Sig+num Infantis Jacobi, illustris regis Aragonum filii, heredis Majoricarum, Montispessulani et Rossillionis, Ceritanie et Confluentis, qui hec omnia predicta laudamus, concedimus et approbamus[g] XVI kalendas augusti, anno quo supra. Sig++++na Guilelmi Caroli, et Berengarii Conilli, sacerdotis de Insula, et Guilelmi Draperii et Guilelmi Balistarii, testium. Ego Petrus Geraldi hanc cartam scripsi mandato Arnaldi Mironi. Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit post mortem Raymundi Eymerici condam scriptoris publici Perpiniani hoc instrumentum in posse dicti Raymundi Eymerici condam receptum et laudatum, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatos *B*. b. tenemus *omès B*. c. promitimus *B*. d. aprehenderitis *B*. e. aprehendere *B*. f. idus *B*. g. aprobamus *B*.

FUNDACIÓ NOGUERA

675

1267, 2 de setembre

Fra Pere de Camprodon, batlle forà i procurador de la casa del Temple del Masdéu, autoritza Guillem Bertran de Cubrí a plantar vinya en dues terres que té per la casa del Masdéu, sota una jova de quatre homes per a cavar. En lloc de l'agrer, el terratger haurà de pagar d'ara endavant un cens de 15 diners melgoresos el dia de Sant Miquel de setembre. Per aquesta concessió, fra Pere de Camprodon reconeix haver rebut 5 sous de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 149r-v, acta núm. 244.
C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 629-630, segons *B*.
D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 338-340, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus de Campo rotundo, bajulus forensis et procurator domus Mansi Dei, per me et per omnes bajulos futuros, cum hac presenti carta imperpetuum valitura dono et concedo tibi, Guilelmo Bertrandi de Querubio, et tuis, licentiam et potestatem plantandi vinearum in duabus terris tuis, quas pro dicta domo tenes et tenere debes […][a] opera IIII[or] hominum ad fodiendum, salvis juribus domus Mansi Dei [...][b] [dabis tu et tui XV denarios] malgurienses quolibet anno in festo sancti Michaelis septembris, loco et vice agrarium que [consueveritis] tu et tui dare [dicte domui] de predictis terris. Quarum una predictarum terrarum est loco vocato ad *Peralba*, et affrontat ex una parte in vinea Petri Gerolfi, de II[a] in campo Raymundi Durandi, de III[a] in terra Petri de [Gerolfi], de IIII[a] in campo Petri Berengarii. Alia terra est loco vocato ad *Quercorb*, et affrontat ex una parte in quedam via que exit de Querubio de II[ac] in femata Petri *Gerolf*, de III[a] atque de IIII[a] in campo Arnaldi *Gerolf*. Sicut superius dictum est, sic ego frater Petrus de Campo rotundo, bajulus predictus, per me et per omnes successores meos dono et concedo licentiam et potestatem tibi, Guilelmo Bertrandi jamdicto, et tuis, plantandi vinearum in predictis terris, sicut melius a te vel a tuis intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum. Et profiteor quod pro hac donatione et concessione quam tibi et tuis in presenti facio, habui et accepi a te V solidos barchinonensium coronatorum, de quibus per pacatum[d] me teneo, renuncians exceptioni pecunie[e] non numerate. Et ego Guilelmus Bertrandi predictus, promitto[f] vobis, fratri Petro de Campo rotundo, bajulo

predicto, et successoribus vestris, quod ego et mei qui predictas terras tenebimus, dabimus vobis et successoribus vestris imperpetuum predictos XV denarios de quolibet anno, ut supradictum est, pro predictis terris, unde obligo vobis et successoribus vestris omnia bona mea, presentia et futura. Actum est hoc IIII° nonas septembris, anno Christi M° CC° LX° septimo. Sig++na fratris Petri, bajuli et procuratoris, et Guilelmi Bertrandi predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Petri Bertrandi, et Petri *Gerolf* et Arnaldi Durandi de Querubio testium.

Guilelmus de Aspirano, scriptor publicus Toyrii, hoc scripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *Passatge il·legible, llacuna de 70 mm B.* b. *Passatge il·legible, llacuna 30 mm B.* c. III[a] *B.* d. pacatum *B.* e. peccunie *B.* f. promito *B.*

676

1267, 19 d'octubre

Un contenciós havia enfrontat fra Arnau de Castellnou, mestre de l'orde del Temple a Aragó i Catalunya, i els frares del Masdéu, d'una banda, i els quatre cònsols de Perpinyà, d'altra banda, ja que aquests darrers pretenien que, pel dret de fornatge, els templers només havien de rebre dels flequers de Perpinyà quatre diners melgoresos i un pa anomenat flixol (tou) per aimina de forment cuita dins els forns del Temple situats al terme d'aquesta vila. Però com que els forners rebien més dels flequers, els cònsols exigien que els templers s'atinguessin a la prestació habitual. Per a demostrar llur bon dret, els cònsols havien presentat el llibre dels costums de Perpinyà. Per llur part, els templers afirmaven que solien percebre des de feia molt de temps, a més dels quatre diners, una servitud indexada sobre el valor de l'aimina. Pretenien igualment que no es podia donar fe als escrits contiguts en el costumari, ja que aquest no tenia valor d'acta pública, i que, fins i tot si era el cas, feia molt de temps que ja no era costum rebre només quatre diners i un pa flixol per aimina de forment. Aquest litigi ha estat resolt amigablement de la manera següent: fra Arnau de Castellnou, amb el consentiment dels comanadors del Masdéu i de la casa del Temple de Perpinyà, del batlle forà i dels altres frares de l'orde, promet als cònsols que d'ara endavant, pel dret de fornatge, els templers només rebran dels flequers sis diners

melgoresos per aimina de forment pel pa blanc destinat a la venda, i un pa de cada vint pel pa flixol, el pa ros i qualsevol altre tipus de pa que els flequers no destinen a la venda. Tanmateix, si l'aimina de forment es vengués a quinze lliures o més, llavors la servitud pel pa blanc comercialitzat passaria a set diners. A més a més, cada flequer de pa blanc hauria de pagar cada any al Temple una taxa de dos diners els dies de Nadal, Pasqua i Pentecosta. No es permetrà cap altre augment. Aquestes condicions són aprovades i confirmades pels cònsols, amb el consentiment del batlle de Perpinyà, del jutge ordinari i de set notables de la vila.

B. Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 253v-254v, acta núm. 452.

C Còpia figurada del final del segle XIII, *Livre vert mineur*, ACP, AA3, ff. 46v-48.[171]

D Còpia del primer decenni del segle XIV, *Liber diversorum privilegiorum, ordinationum et statutum oppidi Perpiniani,* BMP, ms 83, ff. 46v-48, segons *C*[1].

E Còpia del segle XIV, BNF, Latin 9995, ff. 45v-46v.

F Còpia del darrer decenni del segle XIV, *Livre vert majeur*, ACP, AA1, ff. 71v-73, versemblantment segons *C*.[172]

G Vidimus del 17 de juliol de 1511, pergamí antigament conservat a l'arxiu de l'església Santa Maria del Temple de Perpinyà, perdut, segons *B*.[173]

171. La transcripció està precedida per una rúbrica amb tinta vermella: «Instrumentum fratris Arnaldi de Castro Novo magistri ordinis milicie Templi.»

172. La transcripció està precedida per un regest en català amb tinta vermella: «Translatio feta entrel maestre del orde del Temple els consols de Perpenya quels forners no prenguen dels flaquers de la vila per fornage o coure lo pa si no sis diners de malgureses de quasern ço es de pan blanch fet a vendre de una aymina de froment, e de fluxol o pa ros lo vinte pan per coure, e lo vinte pa de tot altre pa quels flaquers faran a lur us propri e couran en los dits forns. Empero que si l'aymina de forment se venia en Perpenya XV sols o mes avant, la donchs los forners haguessen dels flaquers per coure I[a] aymina de pan blanch fet per vendre VII diners de malgureses e lo dit vinte pan de aquell que couran a lur us propri e del dit fluxol o pan ros, e que cascuna flaquera don al maestre del Temple ultra les coses damont dites cascun ayn II diners a la festa de Nadal, e altres II diners a la festa de Penthecosta, e que posat que los flaquers o altres pagassen maior dret de coure lo pan que nos puxa introduir en costuma ne ..lla a la universitat o singulars de aquella.»

173. «Hoc est translatum bene et fideliter sumptum a quodam instrumento scripto et continuato in quodam libro pergameneo postibus et pelle nigra cohoperto in archivo ecclesiae Beatae Marie de Templo villae Perpinyani recondito, quod est hujusmodi thenoris: [Segueix la transcripció del compromís del 19 d'octubre de 1267]. Sig+num mey Joannis Mas de Perpinyano auctoritate regia nottarii publici testis. Sig+num mei Guillermi Coma de Perpinyano regia auctoritate nottarii publici testis. Sig+num mei Joannis Romaguere auctoritate regia nottarii publici villae Perpinyani, qui predictum translatum a quodam libro recondito in archivo ecclesiae Beatae Mariae de Templo villae Perpinyani abstraxi et cum eodem libro unacum prenominatis connottariis pro

H Còpia autèntica del segle XVII, *Privilèges de l'ordre de Saint Jean de Jérusalem*, ADPO, Hp 182, ff. 52-53v, segons *G.*[174]
I Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 603-608, segons *B*.
J[1] Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 345-349, segons *B*.
J[2] Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, f. 341, segons *B*.
a MASSOT-REYNIER, Joseph, *Les coutumes de Perpignan*, Montpeller, 1848, Afegiments als privilegis, B. c., pp. 71-73.
b ALART, *Privilèges et titres…*, pp. 289-290.
c VINAS, Robert, *L'ordre du Temple en Roussillon*, doc. 3, pp. 187-189.
Text establert segons *B*, *C*, *D* i *E*.

Notum sit cunctis quod cum contentio[a] fuisset inter dominum fratrem Arnaldum de Castro novo, magistrum ordinis milicie Templi in Aragonia et Catalonia,[b] et fratres Mansi Dei milicie Templi, ex una parte, et Guilelmum Camerata[c] et Johannem Frenerii et Guilelmum Saqueti et Bernardum Martini, consules seu rectores ville Perpiniani, nomine universitatis et hominum dicte ville, ex altera, super hoc videlicet quod predicti consules seu rectores nomine dicte universitatis et hominum dicte ville asserebant quod predicti magister et fratres Templi debebant recipere pro fornatico a flaqueriis[d] dicte ville pro unaquaque eimina[e] frumenti coquenda in furnis Templi constructis infra villam Perpiniani[f] et extra villam, in ejus tamen terminis, IIII[org] denarios malgurienses et I *flixol*[h] tantum et non amplius. Et quia fornerii[i] dictorum furnorum recipiebant amplius a predictis flequariis,[j] petebant[k] et requirebant dicti consules seu rectores a dicto magistro et fratribus predictis quod non reciperent decetero ultra IIII[org] denarios[l] et I *flixol*[h] pro unaquaque eimina[m]

testibus bene et fideliter correxi et comprobavi et concordare inveniens clausi Perpinyani die decima septima mensis julii, anno a Nattivitate Domini millessimo quingentessimo undecimo.»

174. «Hoc est exemplum sive transumptum bene et fideliter in villa Perpinyani Elnensis diocesis sumptum a quodam alio transumpto in pergameneo scripto intus archivum ecclesie Beate Marie de Templo dicte ville Perpinyani de membris et pertinentiis comande magitralis Mansi Dei ordinis et religionis sacre domus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolimitanensis ubi omnia privilegia et aliae scripturae tam dictae comandae quam aliarum comandarum in comittatu Rossilionis exhistentium reponuntur et custodiuntur recondito et custodito, non viciato, non cancellato nech in aliqua sui parte suspecto, sed omni prorsus vitio et suspicione carente, cujus quidem transumpti thenor de verbo ad verbum sequitur in hunc modum: [Segueix la transcripció del vidimus del 17 de juliol de 1511].»

frumenti coquenda in predictis furnis a flequariis[j] predictis. Et ad hoc probandum, produxerunt quendam librum quem dicebant esse consuetudinum dicte ville. Ex adverso vero dictus magister cum fratribus predictis asserebant quod recipiebant et recipere consueverant longissimo tempore, ultra predictos IIII[org] denarios, magis et minus secundum valorem eimine[n] frumenti. Et dicebant non esse habendam fidem scripture predicti libri, cum non esset carta publica, et etiam, si publica scriptura esset, longissimum tempus erat elapsum quo non fuit usum recipere tantum IIII[or] denarios et I *flixol*[h] pro eimina[e] frumenti a dictis flequariis.[j] De qua contentione fuit facta compositio amicabilis sub hac forma: Quod nos, predictus frater Arnaldus de Castro novo, magister predictus, habita plena deliberatione et consilio, et inspecta utilitate Templi, animo transigendi et componendi super predictis, cum consensu fratris Raymundi de Bacco,[o] preceptoris Mansi Dei, et fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Petri de Minorisa,[p] et fratris Francisci,[q] et fratris Petri *Gruyn*, et fratris Bartholomei,[r] et fratris Gerardi, et fratris Petri de Campo rotundo,[s] bajuli forensis Mansi Dei, promittimus[t] per nos et successores nostros in perpetuum,[u] nostra bona fide, vobis predictis consulibus seu rectoribus ville Perpiniani, nomine universitatis ejusdem ville,[v] et etiam tibi, tabellioni infrascripto recipienti nomine dicte universitatis[w] et omnium hominum singulorum dicte ville, presentium et futurorum, quod deinceps recipiemus a predictis flequariis[j] dicte ville, presentibus et futuris, pro fornatico uniuscujusque eimine[x] frumenti coquende in predictis furnis nostris VI denarios malgurienses monete caterni tantum, scilicet de pane albo facto ad vendendum de dicta eimina,[e] et de fluxello[y] et pane rosso vicesimum panem, et vicesimum panem de omni alio pane quem predicte flequerie[z] ad opus sui sive usum proprium dequoquent[aa] in predictis furnis, sub hac tamen forma quod si eimina[e] frumenti communiter[ab] vendetur in predicta villa XV[ac] solidos vel ultra, quantumcumque tunc habeamus et recipiamus de predictis flequeriis[j] pro qualibet eimina[e] de pane albo dequoquenda[ad] in predictis furnis ad vendendum VII[ae] denarios malgurienses monete caterni[af] tantum, et predictum vicesimum panem de illo quem decoquent ad usum suum, et de dicto fluxello[y] et pane rosso, et non ultra, et quod quelibet[ag] flequaria[ah] de pane albo dicte ville det nobis et successoribus nostris, ultra predictos VI vel VII[ai] denarios et ultra dictum vicesimum panem de fluxello[y] et pane rosso, singulis annis in festo Natalis[aj] Domini, II[ak] denarios malgurienses, et similiter in festo Pasche[al] tantumdem

singulis annis,[am] et similiter in festo Pentecostes[an] tantumdem, quos quidem II[ak] denarios recipere consuevimus ab eis in dictis festis singulis annis. Et nos predicti consules seu rectores dicte ville, nomine universitatis ejusdem ville, de consilio et assensu Guilelmi de Villa rasa, bajuli Perpiniani, et Petri Rubey,[ao] judicis ordinarii dicte ville, et proborum hominum dicte ville, scilicet Petri Pauci, Gombaldi Sinfredi,[ap] Bernardi *Sabors*, Petri Grimaldi, Ermengaldi de Furchis, et Petri Garrige,[aq] et Bernardi *Tasquer*, predicta omnia laudamus et aprobamus,[ar] et etiam servare promittimus[t] per nostram bonam fidem[as] per nos et omnes successores nostros in perpetuum.[u] Et si contingeret quod, preter predicta, fornerii vel fratres qui custodiunt furnos, et pro tempore custodient, aliquid reciperent a predictis flequariis,[at] quod illud non possit induci in usum vel consuetudinem ad utilitatem Templi, nec in prejudicium dicte universitatis vel singulorum hominum dicte ville, ymmo,[au] ad monitionem bajuli dicte ville vel proborum hominum ejusdem ville, preceptor Mansi Dei, vel ille qui locum suum tenebit in villa Perpiniani, teneatur illud revocare, corrigere et castigare, de illo vero quod ultra predictam taxationem fuerit illicite receptum a forneriis[av] vel fratribus custodientibus furnos[aw] nostros, non teneatur domus Templi ad aliquam restitucionem faciendam. Actum est hoc XIIII° kalendas novembris, anno Domini M° CC° LX° septimo.[ax] Sig++++++++na fratris Arnaldi de Castro novo, magistri ordinis milicie Templi in Catalonia[ay] et Aragonia, et fratris Raymundi de Bacco[o], preceptoris Mansi Dei, et fratris Petri Sutoris,[az] preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Petri de Minorisa,[p] et fratris Francisci, et fratris Petri *Gruyn*, et fratris Bartholomei,[r] et fratris Gerardi, et fratris Petri de Campo rotundo, bajuli[ba] forensis Mansi Dei, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig++++++++++++na Guilelmi Camerate,[bb] et Johannis Frenerii, et Guilelmi[bc] Saqueti, et Bernardi Martini, et Guilelmi[bc] de Villa rasa, bajuli Perpiniani, et Petri Rubey,[bd] judicis ordinarii dicte ville, et Petri Pauci, et Gombaldi Sinfredi, et Bernardi *Sabors*, et Petri Grimaldi, et Ermengaldi de Furchis, et Petri Garrige, et Bernardi Tasquerii, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig++++++na Dalmacii de Castro novo, et Bernardi de *Vivers*, et Arnaldi Rubey[bd] de Monte Ferrario,[be] et Guilelmi[bc] Ginoerii,[bf] fusterii, et Bernardi *Gaugs*,[bg] et Berengarii Cornelerii,[bh] macellarii, testium. Ego Petrus Amorosii hanc cartam scripsi mandato Arnaldi Mironi.

Arnaldus Mironi,[bi] scriptor publicus Perpiniani, subscripsit post mortem Raymundi Eymerici condam scriptoris publici Perpiniani

hoc instrumentum in posse dicti Raymundi Eymerici condam receptum et laudatum, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. contencio *B*. b. in Cathalonia et Aragonia *CDE*. c. Camata *B*. d. flequariis *CD* , flaquariis *E*. e. eymina *CDE*. f. Perpyniani *E*. g. quatuor *E*. h. fluxol *E*. i. furnerii *E*. j. flaquariis *E*. k. peciebant *B*, pettebant *D*. l. magl. *esborrat C*. m. eymina *E*. n. eymine *CDE*. o. Bacho *CDE*. p. Minorissa *E*. q. Fracisci *D*. r. Bartolomei *CD*. s. Rotudo *D*. t. promitimus *B*. u. imperpetuum *B*. v. ville *omès B*. w. *Les lletres* -ta- *de* universitatis *afegides a la interlínia B*. x. eiminee *B*. y. fluxollo *CDE*. z. flaquarie *E*. aa. decoquent *E*. ab. comuniter *CDE*. ac. quindecim *E*. ad. decoquenda *E*. ae. septem *E*. af. quaterni *D*. ag. qualibet *B*. ah. flaquaria *E*. ai. sex vel septem *E*. aj. Nathalis *C*. ak. duos *E*. al. Pasce *B*. am. annis *omès B*. an. Penthecostes *E*. ao. Rubei *DE*. ap. Simfredi *E*. aq. Garrigue *E*. ar. approbamus *E*. as. fide *B*. at. flequeriis *CD*, flaqueriis *E*. au. ymo *CD*. av. fornerii *D*. aw. furno *B*. ax. M° CC° LX° VII° *D*, millesimo ducentesimo sexagesimo septimo *E*. ay. Cathalonia *CDE*. az. Sutore *D*. ba. bayuli *E*. bb. Camarate *B*. bc. Guillermi *E*. bd. Rubei *CDE*. be. Monte Serrato *B*. bf. Gincerii *D*, Ginterii *E*. bg. Gauge *D*. bh. Corneylerii *CDE*. bi. Arnaldus Mironi *afegit a la interlínia E*.

677

1267 (nou estil), 12 de novembre

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Ricsenda, filla de Jaume Coscurere*, un terreny d'una monallada d'ample i quatre monallades de llarg de la tinença del Temple situada al defora de la Porta de Malloles, perquè hi construeixi una o diverses cases en un termini de dos anys. La terratgera haurà de donar als templers 12 esterlins de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 50 sous de moneda coronada de Barcelona.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 308r-v, acta núm. 549.

C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 350, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Bacco, preceptor domus Mansi Dei, consilio et assensu fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros damus et in presenti tradimus ad accapitum tibi, Ricsendi, filie *Jacme* Coscurere, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam monallatam patui de tenencia nostra, que est extra portale quod dicitur de Malleolis, scilicet unam monallatam in amplitudine et IIII monallatas in longitudine, ad faciendum ibi

domum vel domos, et affrontat ab oriente in tenencia Fornerii, a meridie in via, ab occidente in tenencia nostra, ab aquilone in via, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui predictam monallatam patui sive domum que ibi edificabitur[a] habueritis et tenueritis,[b] donetis nobis et successoribus nostris singulis annis in festo Natalis Domini de censu XII sterlingos boni argenti et fini recipiendos, et quandocumque et quociescumque vendatur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium, et teneamini tu vel tui operari dictam monallatam patui infra duos annos, ita quod tu vel aliquis alius possit ibi stare sive habitare. Et promittimus[c] tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit pro predictis. Pro quibus omnibus predictis et singulis, obligamus tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre Mansi Dei, presencia et futura. Et profitemur et recognoscimus quod habuimus et accepimus a te pro accapito L solidos barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[e] non numerate. Et ego dicta Ricsendis, hec omnia predicta laudo, promittens[f] vobis, domino fratri Raymundo de Bacho predicto, et successoribus vestris, (me solvere)[g] dictum censum quolibet anno in dicto festo, ut dictum est, et operari dictum patuum infra duos annos, et omnia alia attendere et complere, ut dictum est, obligando inde vobis et successoribus vestris per vinculum omnia bona mea, presentia et futura, et si dictum patuum, quod michi ad accapitum donatis, non erat operatum infra dictum tempus duorum annorum, possitis accipere illud vestra auctoritate propria, et dare alii ad accapitum ut vestrum. Actum est hoc II[e] idus novembris, anno (Domini)[h] M° CC° LX° VII°. Sig++na fratris Raymundi de Bacco et fratris Petri Sutoris predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+num Ricsendi predicte, que hec omnia laudo. Sig+++na Berengarii de *Baniols*, et Petri Gozberti de Orulo et Bernardi Fornerii, testium. Ego Guilelmus Roerius hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici.

Raymundus Eymerici, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. hedificabitur *B*. b. tenueri *B*. c. promitimus *B*. d. paccatos *B*. e. peccunie *B*. f. promitens *B*. g. me solvere *omès B*. h. Domini *omès B*.

678

1267, 12 de novembre

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere de Camprodon i Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, dóna en acapte a Pere Feliu, habitant de Perpinyà, una monallada de la tinença del Temple situada al defora de la Porta de Malloles, perquè hi construeixi una o diverses cases en un termini de dos anys. El terratger haurà de donar als templers 6 esterlins de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. I si el terreny resultés ser més extens en llargada, el terratger podria disposar d'aquesta extensió, per la qual els donaria un quart d'esterlí de cens.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 329v-330, acta núm. 597.
C Còpia parcial del començament del segle XIII, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 351, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Bacco, preceptor domus Templi Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri de Campo rotundo et fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus sive quasi tradimus tibi, Petro *Feliu*, habitanti Perpiniani, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam monallatam completam de tenencia nostra, quam habemus extra portale quod dicitur de Malleolis, et si plus augmenti[a] ibi est in longitudine, illud sit tuum sub pacto inferius apposito, et affrontat[b] ab oriente in tenencia tua, a meridie in tenencia Guilelmi *Gombaloles*, ab occidente in tenencia nostra, ab aquilone in via, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, et qui dictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini de censu pro dicta monallata completa dicte tenencie VI sterlingos boni argenti et fini recipiendos, et pro dicto augmento quartam partem unius sterlini, et quandocumque et quocienscumque predicta vendantur vel inpignorentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium, et tenearis

similiter tu et tui operari ibi domum vel domos infra duos annos; et si non faceres tu vel tui, possimus illud accipere, et dare alii ad accapitum sine contradictione tui et tuorum. Et promittimus[c] tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totum omnia predicta et singula bona habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit pro predictis, obligando inde tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et ego dictus Petrus *Feliu*, hec omnia predicta laudo, promittens[d] vobis, dicto fratri Raymundo de Bacco, et successoribus vestris, quod ego et mei solvemus semper vobis et successoribus vestris totum predictum censum in dicto festo, et omnia alia supradicta attendemus et complebimus, ut superius dictum est et expressum, obligando inde vobis et successoribus vestris omnia bona mea, presentia et futura. Actum est hoc II[e] idus novembris, anno Domini M° CC° LX° VII°. Sig+++na fratris Raymundi de Bacco, et fratris Petris de Campo rotundo et fratris Petri Sutoris, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+num Petri *Feliu* predicti, qui hec omnia laudo. Sig+++na Petri Textoris de Orulo, et Arnaldi de Garricis et Jacobi Capelerii, testium.[e] Ego Guilelmus Roerius hanc cartam scripsi mandato Arnaldi Mironi. Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, hoc instrumentum in posse Raymundi Eymerici condam scriptoris publici Perpiniani receptum et laudatum subscripsit post mortem dicti Raymundi Eymerici et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. aucmenti *B*. b. affronta *B*. c. promitimus *B*. d. promitens *B*. e. testium *repetit per error B*.

679

1267, 10 de desembre

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, de fra Pere Servent, de fra Francesc i de fra Ramon de Perapertusa, dóna en acapte a Arnau Daví de Tellet, habitant de Perpinyà, un terreny de tres monallades, és a dir, d'una monallada i mitja d'ample, de la tinença del Temple situada al defora de la Porta de Malloles, perquè hi construeixi una o diverses cases en un termini de dos anys. El terratger haurà de donar als templers 18 esterlins de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el

dret de fadiga durant 15 dies i 15 nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 75 sous de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 322v-323, acta núm. 583.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 352, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Bacco, preceptor domus Mansi Dei milicie Templi, consilio et laudamento fratris Petri Sutoris, preceptoris[a] domus milicie Templi Perpiniani, et fratris Petri *Servent*, et fratris Francisci et fratris Raymundi de Petra pertusa, per nos et per omnes successores nostros damus et tradimus sive quasi tradimus ad accapitum tibi, Arnaldo Davi de *Telet*, habitanti Perpiniani, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, tres monallatas patui de tenedone milicie Templi, scilicet unam monallatam et mediam in amplitudine, que sunt extra portale quod dicitur de Malleolis, ad faciendum ibi domum vel domos, et affrontat ab oriente in tenencia Ricsendis, filie Jacme Coscurere, a meridie in via, ab occidente in via, ab aquilone in via, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui dictas III monallatas, et domos que ibi edificabuntur,[b] habebitis et tenebitis, donetis nobis et successoribus nostris de censu quolibet anno in festo Natalis Domini XVIII sterlingos boni argenti et fini recipiendos; et quandocumque et quocienscumque dicte III monallate, seu domus ibi edificande,[c] vendantur vel inpignorentur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et si tu vel tui volueritis vendere dictas III monallatas, seu domos ibi edificandas,[d] primo denuncietis nobis vel successoribus nostris spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos nos et successores nostri habeamus licentiam et potestatem retinendi eas pro tanto precio quantum alia persona ibi dare voluerit, quibus completis, si forte retinere noluerimus, deinde liceat tibi eas vendere cuicumque volueris, salvo jure nostro predicto. Preterea volumus quod tu vel tui faciatis in dictis III monallatis patui domum vel domos in quibus possitis habitare dehinc usque ad duos annos. Et promittimus[e] tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis dictas III monallatas patui bonas habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos

facere contigerit pro predictis. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligamus tibi et tuis omnia bona milicie Templi, presencia et futura. Et pro hac donatione, habuimus et accepimus a te pro accapito LXXV solidos barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[f] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[g] non numerate. Et ego dictus Arnaldus Davi, hec omnia predicta laudo, et promitto[h] vobis, dicto fratri Raymundo de Baccho, quod ego et mei solvemus semper vobis et successoribus vestris dictos XVIII sterlingos quolibet anno in dicto festo, ut dictum est, obligando inde vobis et successoribus vestris per dictas III monallatas cum omni melioramento quod ibi fecero. Et si infra dictos[i] II annos ego vel mei non operati fuerimus dictas III monallatas patui, quod vos et successores vestri possitis illas accipere et occupare sicut rem propriam vestra propria auctoritate, et dare cuicumque volueritis. Actum est hoc IIII° idus decembris, anno Domini M° CC° LX° VII°. Sig++++++na fratris Raymundi de Baccho, et fratris Petri Sutoris, et fratris Petri *Servent*, et fratris Francisci, et fratris Raymundi de Petra pertusa et Arnaldi Davi predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Petri de *Monso,* et Berengarii de *Baynoles*, testium, et mei Bernardi Jausberti, qui hanc cartam scripsi mandato Arnaldi Mironi. Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit post mortem Raymundi Eymerici condam scriptoris Publici Perpiniani hoc instrumentum in posse dicti Raymundi Eymerici condam receptum et laudatum, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. preceptori *B*. b. hedificabuntur *B*. c. hedificande *B*. d. hedificandas *B*. e. promitimus *B*. f. paccatos *B*. g. peccunie *B*. h. promito *B*. i. infras dictas *B*.

680

1267, 30 de desembre

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, dóna en acapte a Arnau Noguer de Cotlliure una peça de terra situada a Cotlliure, al lloc anomenat Pelfora, que aquest ha comprat a Pere Drac. El terratger podrà disposar d'aquesta terra a la seva conveniència i donarà als templers 9 diners, o una gallina i mitja, de cens anual.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 121v, acta núm. 194.
C Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 342-343, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Bacco, preceptor domus Mansi Dei milicie Templi, per nos et successores nostros, damus et tradimus seu quasi tradimus ad acapitum tibi, Arnaldo *Noger* de Cauco Libero, et tuis, et cui volueris imperpetuum, totam illam petiam terre quam emisti a Petro *Drach*, que est in terminis Cauquiliberi, in loco vocato *Pelfora*, ad faciendum quicquid magis tibi vel tuis placuerit, totum, integriter ac generaliter, sicut melius et plenius intelligi vel dici potest ad utilitatem tuam et tuorum, de qua in corporalem possessionem tam juris quam facti et quasi possessionem tocius dicte pecie terre inde te mittimus,[a] constituendo inde te in rem tuam procuratorem. Et etiam promittimus[b] tibi quod nos et successores nostri faciemus semper tibi et tuis totam predictam petiam terre bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, salvo semper jure milicie Templi in omnibus, cui dabis annuatim de censu in festo Natalis Domini IX denarios vel I gallinam et mediam. Et quod contra predicta vel aliquid de predictis nunquam veniamus nos nec successores nostri bona fide et per stipulationem promittimus.[b] Et ego dictus Arnaldus *Noger*, recipiens predictum accapitum, promitto[c] vobis, domino Raymundo de Bacco predicto, quod ego et mei persolvemus semper totum predictum censum annuatim in termino supradicto, ut superius dictum est, obligans inde vobis et vestris successoribus per vinculum omnia bona mea, presencia et futura. Actum est hoc III° kalendas januarii, anno Domini M° CC° LX° VII°. Sig++na fratris Raymundi de Bacco et Arnaldi *Noger* predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig++na Petri de Vallisbona et Petri de Salrano, testium. Berengarius de *Baxars* hoc scripsit vice Petri Sansa, et rasit et emendavit in XV[a] linea «signa». Petrus Sansa, scriptor publicus Cauquiliberi, scripsit (et)[d] hoc sig-(SM)-num fecit.

a. mitimus *B*. b. promitimus *B*. c. promito *B*. d. et *omès B*.

681

1268 (nou estil), [13] de gener

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere de Camprodon, batlle forà, Ramon Cavallera,

comanador del Mas de la Garriga, i Ramon de Vilanova, dóna en acapte a Prunet de Candell, home del Temple, una borda situada a la parròquia de Sant Ponç de Candell. Aquesta borda comprèn vint peces de terra a les quals s'afegeixen les que ja tenia pels templers per raó d'una altra borda a la qual aquesta estarà d'ara endavant unida. I els terratgers d'aquestes bordes seran homes propis i abordats de la milícia del Temple, i hauran de donar als templers 10 esterlins de plata i mig i set mitjos quartons de civada de cens anual per Nadal, la cinquena part per les vinyes, la tasca de les altres terres i tots els altres serveis consuetudinaris. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 62 sous i 6 diners barcelonesos.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 150v-151v, acta núm. 247.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 631-634, segons *B*.

D Còpia del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 27, ff. 344-349, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Baco, preceptor domus milicie Templi Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri de Campo rotundo, bajulo forensis, et fratris Raymundi Cavaleria, preceptoris domus Templi de Garriga, et fratris Raymundi de Villa nova, per nos et omnes successores nostros, donamus atque in presenti tradimus ad accapitum tibi, *Prunet de Candel*, homini nostro, et tuis et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum et hominibus domini regis et ejus infantibus, totam unam bordam nostram que fuit *d'en Mas* condam hominis nostri. Que dicta borda est in terminis Sancti Poncii de *Candel* vel etiam in aliis locis ad dictam bordam pertinentibus. Et sunt de dicta borda XXII pecie terrarum cum illis aliis que jam tu tenebas pro nobis et domo nostra predicta in alia borda. De quibus peciis terrarum una est juxta mansum de borda tua quam jam tu tenebas et pro nobis, ut dictum est, et affrontat de prima parte in via publica, de alia in possessione tui ipsius; alia est in *Tor de la Puja*, et[a] affrontat de prima parte in aqua que discurit versus *Ministrol*, de alia parte in possessione Petri de Mata; alia est juxta ortum Sancti Poncii, que affrontat de prima parte in orto predicto, de alia parte in devesa tui ipsius; alia est in *Tor de Mila*, et affrontat de prima parte in via publica de *Valesela*, de alia parte in possessione de Vallespirii *dels Cerers*; alia est in *Tor del Cabanil*, et est inter possessionem Petri de *Candel* et possessionem dicti Vallispirii; alia est in dicto loco, et affrontat

eodem modo; alia est *als Apres*, et est inter *correg* quod est ante royredam Petri de *Candel* et possessionem Petri *Boquer*; alia est *als Plas* ecclesie de *Candel*, et est inter possessiones dicti Vallispirii *dels Cerers*; alia est *als Cortex dels Aspres* inter possessiones dicti Vallispirii predicti; alia est prope istam, et affrontat de duabus partibus in possessione Petri de *Candel,* et dictus Petrus habet in ista medietatem; alia est in descencione podii ecclesie predicte, et est inter possessionem Sancti Poncii de *Candel* et possessionem Vallispiii predicti; alia est prope fontem, que est vinea, et est inter vineam Petri *Boquer* et possessionem Petri de *Candel*; alia est in *Tor* de Podiolo, et est inter possessionem Petri de *Candel* et possessionem tui ipsius; alia vinea in *Tor de les Vines*, et est inter combam *de la Palomera* et inter possessionem tui ipsius; alia est prope istam, et affrontat de prima parte in vinea predicta, de alia in vinea Petri *Candel*; alia est ad Furnum, que affrontat de prima parte in possessione Petri de *Candel*, et de alia in possessione tui ipsius; alia est in *Plana de la Palomera*, que est inter possessionem Petri de *Candel* et possessionem Petri de *Mata*; alia est in Plano *de la Auçina*, que est inter possessionem *d'en Nogeres de Bula* et possessionem Berengarii de *Mata*; alia est in Bagono ortis Sancti Poncii, que est inter possessionem Petri *Boquer* et possessionem tui ipsius; alia est [*a les Antes*], que est inter possessionem Vallispirii predicti et possessionem Petri de *Candel* et possessionem Berengarii de *Mata*. Sicut superius dictum est, ita damus tibi et tuis et cui volueris, qui inde sint homines nostri proprii et abordati, totam predictam bordam, cum ingressibus et egressibus suis et terminis et pertinentiis, et etiam omnibus in se habentibus et habere debentibus, et quod ista borda sit semper unita et conjuncta alteri borde tue, prout melius ad utilitatem tuam et tuorum legi, intelligi ac dici potest; et quod tu et tui descedentes sitis homines nostri proprii et solidi et domus nostre predicte; et faciatis nobis pro dictis duobus bordis semper singulis annis in festo Natalis Domini de censu decem sterlinos et dimidium boni argenti et fini et VII medios quartos de civata; et de vineis, quintum; et de aliis terris, tascham et omnes alias servitutes que inde nobis fieri debent. Et nos et nostri successores faciemus tibi et tuis omnia predicta bona habere et tenere in pace ab omni persona, et teneremur tibi et tuis de omni evictioni. Et obligamus inde omnia bona nostra et domus nostre predicte tibi et tuis [...][b] inde a te de accapito LXII solidos VI denarios barchinonensium bonorum, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Et

ego *Prunet* predictus, omnia predicta et singula laudo per me et omnes meos […][e] predicta et singula per me et meos attendere fideliter et complere ad vestrum bonum intellectum […].[f] Actum est hoc idus januarii, anno Christi M° CC° LX° VII°. Sig++++na fratris Raymundi de Baco, preceptoris domus Mansi Dei, et fratris Petri de Campo rotundo, bajuli forensis, et fratris Raymundi Cavaleria, preceptoris domus de Garriga, et fratris Raymundi de Villa nova, predictorum, qui omnia predicta et singula laudamus et firmamus. Sig+num *Prunet de Candel* predicti, qui omnia predicta et singula laudo et firmo. Sig+++na Guilelmi Johannis de *Caxas*, et Petri […][g] et Pruneti de *Prunet*, hujus rey testium rogatorum. Guilelmus Revullis, scriptor publicus auctoritate domini Elnensis episcopi, hanc cartam scripsit, et in VIII[a] linea suprascripsit «de prima parte in via publica de alia in possessione tui ipsius alia est in *Tor de la Puja* et affrontat», et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. et *repetit al canvi de full B.* b. *Passatge il·legible, llacuna de 40 mm B.* c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. *Passatge il·legible, llacuna de 40 mm B.* f. *Passatge il·legible, llacuna de 40 mm B.* g. *Paraula il·legible B*.

682

1268 (nou estil), 8 de febrer

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà i lloctinent del comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere de Camprodon, batlle forà del Masdéu, Arnau de Celrà i Pere Servent, dóna en acapte a Ramon Sabater de Perpinyà i a la seva esposa Maria una monallada d'ample i dues monallades de llarg de la tinença dels templers a Perpinyà, perquè hi construeixin una o diverses cases en un termini de dos anys. Els terratgers hauran de donar als templers 6 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Pere Sabater reconeix haver rebut 18 sous i 9 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 362v-363, acta núm. 660.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 353, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, tenens locum fratris Raymundi de Bacco, preceptoris domus Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri de Campo rotundo, bajuli forensis domus Mansi Dei, et fratris

Arnaldi de Solrano et fratris Petri *Servent*, per nos et successores nostros damus et tradimus sive quasi tradimus ad accapitum vobis, Raymundo Sutori de Perpiniano et Marie, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam monallatam de tenencia nostra, scilicet unam monallatam de latitudine et II in longitudine, quam habemus in terminis Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Guilelmi Andree et Alaydis, uxoris ejus, a meridie et ab occidente in tenencia nostra, ab aquilone in via, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus; hoc pacto quod vos et vestri, qui dictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis nobis et successoribus nostris de censu quolibet anno in festo Natalis Domini VI sterlingos boni argenti et fini recipiendos. Et quandocumque et quocienscumque dictum accapitum vendatur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quod teneamini construcxisse ibi domum vel domos dehinc usque ad II annos completos, quod nisi feceritis, nos et successores nostri habeamus licenciam accipiendi dictum accapitum nostra propria auctoritate, et dandi alii si voluerimus. Et si dictum accapitum velletis vendere, primo denuncietis nobis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam et potestatem illud retinendi sicut alia persona ibi dare voluerit; et si retinere noluerimus, deinde liceat vobis et vestris illud vendere cuicumque volueritis, salvo jure nostro. Et promittimus[a] vobis quod nos et successores nostri faciemus vobis et vestris dictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde vobis et vestris sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis vos vel vestros facere contigerit, ex quibus credamini plano vestro verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligamus vobis et vestris omnia bona dicte domus Mansi Dei, presencia et futura. Et pro predicto accapito, habuimus et recepimus a vobis XVIII solidos VIIII denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Et nos, dicti Raymundi Sutoris et Maria, uxor ejus, hec omnia predicta laudamus et firmamus, promittentes[d] vobis, dicto preceptori, et fratribus supradictis solvere dictum censum quolibet anno in dicto festo, et omnia alia attendere

et complere, ut dictum est, obligantes inde vobis et successoribus vestris totum dictum accapitum, cum omni melioramento quod ibi fecerimus. Actum est hoc VI° idus febroarii, anno Domini M° CC° LX° VII°. Sig+++++++na fratris Petri Sutoris, et fratris Petri de Campo rotundo, et fratris Arnaldi de Solrano, et fratris Petri *Servent*, et Raymundi Sutoris et Marie, uxoris ejus, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Guilelmi Reulli, sacerdotis, et Besauduni *Berart de Sent Arnach*, testium. Ego Bernardus Tolosani hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici, et suprascripsi in prima linea «preceptor».

Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit vice Raymundi Eymerici predicti et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus *B*. b. paccatos *B*. c. peccunie *B*. d. promitentes *B*.

683

1268 (nou estil), 8 de febrer

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà i lloctinent del comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere de Camprodon, batlle forà del Masdéu, Pere Servent i Ramon de Perapertusa, dóna en acapte a Guillem Andreu i a la seva esposa Adelaida, habitants de Perpinyà, una monallada en amplada i dues monallades en llargada de la tinença dels templers a Perpinyà, perquè hi construeixin cases en un termini de dos anys. Els terratgers hauran de donar als templers 3 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Pere Sabater reconeix haver rebut 4 sous i 4 diners i 1 òbol de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 441v-442, acta núm. 837.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 354, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, tenens locum fratris Raymundi de Bacco, preceptoris domus Mansi Dei, consilio et[a] laudamento fratris Petri de Campo rotundo, bajuli forensis, et fratris Petri Serventi et fratris Raymundi de Petra pertusa, per nos et per omnes nostros successores damus et in presenti tradimus ad accapitum vobis, Guilelmo Andree et Aladaidi, ejus uxori, habitantibus Perpiniani,

et vestris, et cui volueritis perpetuo, I monallatam in amplitudine et II monallatas in longitudine de tenencia domus nostre predicte, que tenencia est infra villam Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Stephanie Ministralis, a meridie in via, ab occidente in via, ab aquilone in tenencia vestra, quam pro nobis tenetis, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod vos et vestri, qui predictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et nostris successoribus singulis annis de censu in festo Natalis Domini III sterlingos boni argenti et fini recipiendos, et foriscapium quandocumque et quocienscumque dictum accapitum venderetur vel inpignoraretur; et quod vos teneamini ibi construcxisse domos dehinc usque ad duos annos completos, quod nisi feceritis, nos habeamus illud acapitum licenciam accipiendi nostra auctoritate et dare alii si voluerimus. Et nos et nostri faciemus vobis et vestris totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde vobis et vestris de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis vos vel vestros facere contigerit, obligando inde vobis omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et pro intrata dicti accapiti, habuimus a vobis IIII solidos IIII denarios et obolum barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent I marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Et nos, predicti Guilelmi Andree et Aladaidis, ejus uxor, hec omnia predicta laudamus, promittentes[d] vobis, dicto preceptori, nos solvere vobis et successoribus vestris dictum censum, et omnia alia attendere et complere, ut superius dictum et expressum est, obligando inde vobis et successoribus vestris et dicte domui predictum accapitum, cum omni melioramento quod ibi fecerimus. Actum est hoc VI° idus febroarii, anno Domini M° CC° LX° VII°. Sig++++++na fratris Petri Sutoris, et fratris Petri de Campo rotundo, et fratris Petri Serventi, et fratris Raymundi de Petra pertusa, et Guilelmi Andree et Aladaidis, uxoris ejus, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Guilelmi Reulli, presbiteri, et Petri de Riupullo et Guilelmi Ermengaldi, curaterii, testium. Ego Raymundus *Torrent* hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici.

Raymundus Eymerici, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. et *afegit a la interlínia B*. b. paccatos *B*. c. peccunie *B*. d. promitentes *B*.

684

1268 (nou estil), 11 de febrer

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà i lloctinent del comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere de Camprodon, batlle forà del Masdéu, Pere Servent i Bartomeu, dóna en acapte a Guillem Andreu i a la seva esposa Adelaida, habitants de Perpinyà, dues monallades en amplada i quatre monallades en llargada de la tinença del Temple a Perpinyà, perquè hi construeixin una o diverses cases en un termini de dos anys. Els terratgers hauran de donar als templers 12 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Els templers es reserven el dret de fadiga durant 10 dies i 10 nits en cas d'alienació. Per aquesta concessió, fra Pere Sabater reconeix haver rebut 37 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 373v-374, acta núm. 682.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 355, segons *B*.

Notum sit cunctis quod ego frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, tenens locum fratris Raymundi de Bacco, preceptoris domus Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri de Campo rotundo, bajuli forensis domus Mansi Dei, et fratris Petri *Servent* et fratris Bartholomei, per nos et per omnes nostros successores damus ad accapitum vobis, Guilelmo Andree et Aladaidi, uxori ejus, habitantibus Perpiniani, et vestris, et cui volueritis perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, duas monallatas in amplitudine et IIII in longitudine de tenencia nostra, quam habemus in terminis Perpiniani, et affrontant ab oriente in via, a meridie in tenencia nostra, ab occidente in tenencia Raymundi Sutoris, ab aquilone in via publica, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus suis, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod vos et vestri, qui dictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris de censu quolibet anno in festo Natalis Domini XII sterlingos boni argenti et fini recipiendos; et quandocumque et quocienscumque dictum accapitum vendatur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et quod vos teneamini ibi construere domum vel domos de isto die usque ad duos annos completos, quod nisi feceritis, nos habeamus licenciam et potes-

tatem nostra propria auctoritate[a] illud recipere et habere et alii dare ad nostram voluntatem. Tamen, si velletis vendere dictum accapitum, primo denuncietis nobis spacio X dierum cum eorum noctibus, infra quos habeamus licenciam retinendi illud sicut alia persona ibi dare voluerit, et si retinere noluerimus, deinde liceat vobis illud vendere cuicumque volueritis, salvo jure nostro, ut dictum est. Preterea promittimus[b] vobis quod dictum accapitum faciemus nos et successores nostri vobis et vestris bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde vobis et vestris de evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis vos vel vestros facere contigerit pro predictis, ex quibus credamini plano vestro verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligamus vobis et vestris omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et pro predicto accapito, habuimus et accepimus a vobis XXXVII solidos VI denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate, quos denarios recognoscimus versos esse, et redactos, in maximam utilitatem dicte domus nostre. Et quod contra non veniemus, bona fide et per stipulacionem vobis promittimus.[b] Et nos, Guilelmus Andree et Aladaidis, uxor ejus, hec omnia predicta laudamus, promittentes[e] vobis dicto preceptori, et fratribus supradictis, nos vobis et successoribus vestris solvere dictum censum quolibet anno in dicto festo, et omnia alia attendere et complere, ut supradictum est, obligantes inde vobis et successoribus vestris dictum accapitum, et melioramentum quod ibi fecerimus. Actum est hoc III idus febroarii, anno Domini M° CC° LX° VII°. Sig+++++++na fratris Petri Sutoris, et fratris Petri de Campo rotundo, et fratris Petri *Servent*, et fratris Bartholomei, et Guilelmi Andree et Aladaidis, uxoris ejus, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Guilelmi Reulli, sacerdotis, et Guilelmi Ermengaldi, curaterii, et Bartholomei *Burges*, testium. Ego Petrus Cotellarii hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici.

Arnaldus Mironi, scriptor publicus, subscripsit vice Raymundi Eymerici predicti et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. autoritate *B*. b. promitimus *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. promitentes *B*.

FUNDACIÓ NOGUERA

685

1268 (nou estil), 25 de febrer

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Bartomeu, Pere Servent i Ramon de Perapertusa, dóna en acapte a Nadal Forner i a Joana, la seva muller, una monallada en amplada i dues monallades en llargada de la tinença del Temple a Perpinyà, perquè hi construeixin una casa en un termini de dos anys. Els terratgers hauran de donar als templers 3 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 6 sous i 3 diners de moneda coronada de Barcelona.

A^{1} Original, en forma de carta partida per la part inferior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí, amplada 165/170 mm, alçada 160 mm, ADPO, Hp188.[175]

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 360, acta núm. 655, segons *A*^{1}.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. S, p. 459, segons *A*^{1}.

D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 357, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raimundus[a] de Bacco,[b] preceptor domus Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Bartolomei,[c] et fratris Petri Serventi,[d] et fratris Raimundi[e] de Petra pertusa, omnes fratres dicte domus nostre, per nos et per omnes successores[f] nostros damus et in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum vobis, Natalis Fornerio et Johanne, ejus uxori,[g] et vestris, et cui volueritis perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam[h] monallatam in latitudine et duas monallatas in longitudine de tenencia nostra, que est in terminis Perpiniani, ad faciendum ibi domum, et affrontat ab oriente in tenencia Petri Bertrandi, a meridie et ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in via, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod vos et vestri,[i] et qui predictum accapitum

175. El document porta al dors la menció «est factum», que indica la seva transcripció al cartulari al final del segle XIII, i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3127».

habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et nostris successoribus de censu singulis annis in festo Natalis Domini III sterlingos boni argenti et fini recipiendos, et foriscapium quandocumque et quocienscumque predictum accapitum venderetur vel inpignoraretur, et etiam quod vos construatis in predicto accapito domum dehinc usque ad II[j] annos completos, quod nisi feceritis, nos et nostri successores habeamus licenciam accipiendi et emparandi predictum accapitum et dare alii cuicumque voluerimus. Et nos et nostri successores faciemus vobis et vestris totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona,[k] et tenebimur inde vobis et vestris de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis vos vel vestros facere contigerit, obligando inde vobis et vestris omnia bona predicte domus nostre, presencia et futura. Et pro predicto accapito, habuimus et accepimus a vobis VI solidos III denarios barchinonensium bonorum coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent I marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per paccatos nos tenemus, renunciantes inde omni exceptioni peccunie non numerate. Et nos, predicti Natalis Fornerii[l] et Johana,[m] ejus uxor, hec omnia predicta laudamus, promittentes[n] vobis, dicto preceptori Mansi Dei, nos solvere vobis et successoribus vestris quolibet anno dictum censum, ut superius dictum est, et construemus predictam domum, sicut dictum est, et omnia alia atendemus[o] et complebimus, sicut superius dictum et expressum est superius,[p] obligando inde vobis totum predictum accapitum, cum omni melioramento quod ibi fecerimus. Actum est hoc V° kalendas marcii, anno Domini M° CC° LX° VII°. Sig+++++++na fratris Raymundi de Baco,[b] et fratris Petri Sutoris, et fratris Bartolomei,[c] et fratris Petri Serventi, et fratris Raymundi de Petra pertusa, et Natalis et Johanne, ejus uxoris, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Raimundi[e] de Bardiolo, et Petri de Orulo et Guilelmi *Fanger*, testium. Ego Raimundus[a] *Torrent* hanc cartam scripsi mandato Raimundi[e] Eimerici,[q] et rasi et emendavi in II[a] linea «successores».[r]

Raimundus[a] Eymerici, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Raymundus *B*. b. Bacco *B*. c. Bartholomei *B*. d. Servent *B*. e. Raymundi *B*. f. *la paraula* successores *ha estat escrita ulteriorment després d'una raspadura A*. g. uxori ejus *B*. h. I *B*. i. *les paraules* vos et vestri *han estat escrites ulteriorment després d'una raspadura A*. j. duos *B*. k. persona imperpetuum *B*. l. Fornerius *B*. m. Johanna *B*. n. promitentes *B*. o. attendemus *B*. p. superius *omès B*. q. Eymerici *B*. r. et rasi et emendavi in II[a] linea successores *repetit per error AB*.

686

1268 (nou estil), 25 de febrer

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Bartomeu, Ramon de Peyrepertusa i Pere Servent, dóna en acapte a Pere Bertran Fanger i a la seva muller Ramona una monallada en amplada i quatre monallades en llargada de la tinença dels templers a Perpinyà, perquè hi construeixin cases en un termini de dos anys. Els terratgers hauran de donar als templers 6 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 12 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 395r-v, acta núm. 728.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 356, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Bacco, preceptor domus Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Bartholomei, et fratris Raymundi de Petra pertusa et fratris Petri *Servent*, fratrum predicte domus, per nos et per omnes nostros successores damus et in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum vobis, Petro Bertrandi Fangerio, et Raymunde, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam monallatam in latitudine et IIII^{or} monallatas in longitudine de nostra tenencia, que est in terminis Perpiniani, ad faciendum ibi domos, et affrontant ab oriente et a meridie et ab aquilone in viis, ab occidente in nostra tenencia, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod vos et vestri, qui predictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et nostris successoribus, et dicte domui nostre, de censu singulis annis VI sterlingos boni argenti et fini recipiendos in festo Natalis Domini, et foriscapium quandocumque et quocienscumque predictum accapitum venderetur vel inpignoraretur; et quod vos construatis in predicto accapito domos dehinc usque ad duos annos completos, quod nisi feceritis, nos et successores nostri possimus predictum accapitum accipere et emparare nostra propria auctoritate, et dare alii, si voluerimus. Et nos et nostri faciemus vobis et vestris predictum accapitum

bonum habere et tenere in pace ab omni persona, et tenebimur inde vobis et vestris de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis vos vel vestros facere contigerit, obligando inde vobis et vestris omnia bona predicte domus nostre, presencia et futura. Et pro predicto accapito, habuimus et accepimus a vobis XII solidos VI denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent I marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[a] nos tenemus, renunciantes omni exceptioni pecunie[b] non numerate. Et nos predicti Petrus Bertrandi et Raymunda, ejus uxor, hec omnia predicta laudamus, promittentes[c] vobis, dicto preceptori, nos solvere vobis predictum censum, et faciemus operari predictas domos, sicut superius dictum est, et omnia alia attendere et complere, sicut dictum et superius, obligando inde vobis et successoribus vestris predictum accapitum, cum omni melioramento quod ibi fecerimus. Actum est hoc V° kalendas martii, anno Domini M° CC° LX° VII°. Sig++++++na fratris Raymundi de Bacco, et fratris Petri Sutoris, et fratris Raymundi de Petra pertusa, et fratris Petri Serventi, et Petri Bertrandi, et Raymunde, ejus uxoris, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Raymundi de Bardiolo, et Petri de Orulo et Guilelmi *Fanger*, testium. Ego Raymundus *Torrent* hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici.

Raymundus Eymerici, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatos *B*. b. peccunie *B*. c. promitentes *B*.

687

1268 (nou estil), 10 de març

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Pere Grony i Ramon de Perapertusa, dóna en acapte a Pere de Tuïr i a la seva mare Beatriu una monallada en amplada i quatre monallades en llargada de la tinença dels templers situada a Perpinyà, perquè hi construeixin una o diverses cases en un termini de dos anys. Els terratgers hauran de donar als templers 6 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 12 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 329r-v, acta núm. 596.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 358, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Bacco, preceptor domus Templi Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Petri *Gran*, et fratris Raymundi de Petra pertusa, per nos et omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum vobis, Petro de Toyrio et Beatrici, matri ejus, et vestris, et cui volueritis perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam monallatam de tenencia nostra, que est in terminis Sancti Johannis Perpiniani, scilicet unam monallatam in latitudine et IIII[or] in longitudine, ad faciendum ibi domum vel domos, de celo usque in abyssum,[a] et affrontat ab oriente in tenencia Raymundi *Sutor* et Marie, uxoris ejus, a meridie in nostra tenencia, ab occidente similiter, ab aquilone in via, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod vos et vestri, et qui predictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini de censu VI sterlingos boni argenti et fini recipiendos, et quocienscumque vendatur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium, et teneamini ibi facere domum vel domos de[b] hinc usque ad duos annos completos, quod nisi feceritis, possimus nos et successores nostri illud accipere, nostra auctoritate propria, et dare alii ad accapitum. Et promittimus[c] vobis quod nos et successores nostri faciemus vobis et vestris totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde vobis et vestris sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis vos vel vestros facere contigerit pro predictis, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia[d] bona dicte domus nostre Mansi Dei, presencia et futura. Et pro predicta donacione, habuimus et accepimus a vobis pro accapito XII solidos VI denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[e] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[f] non numerate. Et ego dictus Pëtrus de Toyrio, per me et per Beatricem, matrem meam, hec omnia laudo, promittens[g] vobis, dicto fratri Raymundo de Bacco, quod ego et dicta mater mea solvemus semper vobis et successoribus

vestris quolibet anno in dicto festo totum predictum censum, et omnia alia attendemus et complebimus, ut superius dictum est et expressum, obligando inde vobis et successoribus vestris per vinculum totum predictum accapitum, cum omni melioramento quod ibi fecerimus. Actum est hoc VI idus martii, anno Domini M° CC° LX° VII°. Sig+++++na fratris Raymundi de Bacco, et fratris Petri Sutoris, et fratris Petri *Gran*, et fratris Raymundi de Petra pertusa et Petri de Toyrio predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Guilelmi Reulli, presbiteri, et Raymundi *Paul*, piquerii, et Bernardi *Redon*, testium. Ego Guilelmus Roerius hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici.

Raymundus Eymerici, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. habissum *B*. b. de *afegit a la interlínia B*. c. promitimus *B*. d. omnia *repetit per error B*. e. paccatos *B*. f. peccunie *B*. g. promitens *B*.

688

1268 (nou estil), 13 de març

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Pere de Camprodon i Bernat de Degolaç, dóna en acapte a Guillem Mercer de Perpinyà una monallada en amplada i dues monallades en llargada de la tinença del Temple a Perpinyà, perquè hi construeixin una o diverses cases en un termini de dos anys. El terratger haurà de donar als templers 3 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 6 sous i 3 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 416r-v, acta núm. 776.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 359, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Bacco, preceptor domus Templi Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Petri de Campo rotundo, et fratris Bernardi de *Degolats*, per nos et omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum tibi, Guilelmo Mercerio de Perpinia-

no, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam monallatam in latitudine de tenencia nostra et II in longitudine, ad faciendum ibi domum vel domos, et affrontat ab oriente in via et in tenencia Bernardi Codomine, a meridie et ab occidente et ab aquilone in nostra tenencia, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, et qui predictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini III denarios sterlingorum boni argenti et fini recipiendos. Et quandocumque et quocienscumque vendatur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et teneamini ibi operari domum vel domos dehinc usque ad II annos completos, quod nisi feceris, liceat nobis et successoribus nostris illud accipere nostra auctoritate propria, et dare alii ad accapitum. Et promittimus[a] tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit pro predictis. Pro quibus omnibus predictis et singulis, obligamus tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre Mansi Dei, presencia et futura. Et pro predicta donacione et concessione, habuimus et accepimus a te pro accapito VI solidos III denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Et ego dictus Guilelmus Mercerius, hec omnia laudo, promittens[d] vobis, fratri Raymundo de Bacco predicto, quod ego et mei solvemus tibi et successoribus tuis quolibet anno totum predictum censum in dicto festo, et omnia alia attendemus et complebimus, ut superius dictum est et expressum, obligando inde vobis et successoribus vestris per vinculum totum predictum accapitum, cum omni melioramento quod ibi fecerimus ego et mei. Actum est hoc III° idus marcii, anno Domini M° CC° LX° VII°. Sig+++++na fratris Raymundi de Bacco, et fratris Petri Sutoris, et fratris Petri de Campo rotundo, et fratris Bernardi de *Degolats*, et Guilelmi Mercerii predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig++na Guilelmi Reulli, presbiteri, et Berengarii Clerici, tinturerii, testium. Ego Guilelmus Roerius hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici.

Raymundus Eymerici, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus *B*. b. paccatos *B*. c. peccunie *B*. d. promitens *B*.

689

1268 (nou estil) 13 de març

Fra Ramon Desbac, comanador de la casa del Temple del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de Perpinyà, Pere de Camprodon, batlle forà, i Bartomeu, dóna en acapte a Mir Aulen*, de Sant Hipòlit, una masada amb totes les seves dependències i les seves tinences. Aquesta masada, que se situa al terme de Sant Hipòlit, pertanyia abans a Beatriu* Pedasse*. Depenia del feu tingut pel Temple pels cavallers Guillem Ramon de Castell, el seu nebot Ermengol i Guillem de Sant Hipòlit, que l'havien alienat a favor de Mir* Aulen *sense l'acord del comanador del Masdéu i havien retingut per ells un cens de 6 diners i el foriscapi sobre dues feixes de terra situades a la riba de l'Aglí, als llocs anomenats les Condomines i el Pas de Juegues, així com el primer foriscapi sobre les altres terres d'aquesta masada. La masada havia estat atribuïda després per sentència als frares de la casa del Temple del Masdéu, que la cedeixen en acapte a Mir* Aulen *sota un cens anual de 12 diners, dels quals aquest podrà deduir els 6 diners que s'havien reservat els cavallers. El terratger donarà igualment al Temple les servituds percebudes sobre dues feixes i les joves i els serveis habituals. Després de mort, els qui el succeeixin en la possessió de la masada hauran d'establir-hi homes propis i afocats, que seran homes propis del Masdéu. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 212 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona. Fra Pere Sabater aprova i subscriu aquesta transacció el 15 de gener de 1270.*

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 37r-v, acta núm 62.

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. X, pp. 637-640, segons *B*.

D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén,*. nouv. acq. lat. 31, ff. 150-154, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Bacho, preceptor domus Templi Mansi Dei, consilio et voluntate fratris

Petri Sutoris, comendator Perpiniani, et fratris Petri de Campo rotundo, bajuli forensis, et fratris Bartholomei, per nos et successores nostros, damus et tradimus sive quasi tradimus ad acapitum tibi, *Mir Aulen* de Sancto Ypolito, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, quandam mansatam, que olim fuit Beatricis Pedasse, cum pertinentiis suis et tenedonibus, que est in terminis et adjacentia Sancti Ypoliti, que quidem mansata nobis fuit adjudicata pro eo cum esset de feudo domus Templi Mansi Dei, quod quidem feudum Guilelmus Raymundi de Castello et Ermengaudus, nepos ipsius, et Guilelmus de Sancto Ypolito pro dicta domo nostra tenebant ad feudum, quam quidem mansatam de feudo predicto dicti milites alienaverant, preceptore dicte domus irrequisito, in te, retentis tantum VI denariis censualibus, pro quibus dicti milites retinuerunt sibi obligacionem in quibusdam faxiis terre, quarum una est in loco vocato Comdaminis, que affrontat ex una parte in flumine Aiglini, et ex alia in tenencia Bernardi Fabri condam, et ex alia in tenencia Bernardi de Monte Lauro condam; alia vero faxia terre est in loco vocato Passus de Judaicis, et affrontat ex una parte in flumine Aiglini, et ex alia in tenencia Johannis Guitardi; et salvo etiam foriscapio dictis militibus in predictis duabus faxiis terre quandocumque predicte faxie terre vendentur vel inpignorabuntur, et salvo etiam quod de aliis terris dicte mansate omnibus dicti milites habeant primum foriscapium tantum. Unde predictam mansatam, sic comissam per sentenciam nobis et dicte domui Templi Mansi Dei, tibi et tuis tradimus ad acapitum, exceptis predictis que dicti milites sibi retinuerunt in predictis, sub tali forma et pacto quod tu et tui tenearis predictam mansatam pro nobis et successoribus nostris et faciatis nobis et successoribus nostris, quolibet anno, censum XII denarios, de quibus possitis retinere VI denarios, quos dicti Guilelmus Raymundi de Castello et Ermengaudus, nepos ejus, et Guilelmus de Sancto Ypolito sibi retinuerunt tempore alienacionis et affranquimenti dicte mansate; et faciatis nobis et successoribus nostris terremerita et quartos in duabus faxiis terre predictis superius confrontatis, et jovas et opera et alia servicia consueta; et quod teneatis ibi homines proprios et affocatos, qui sint proprii et solidi dicte domus. Tamen, tu non tenearis in dicta mansata tenere hominem qui sit homo noster in vita sua, set, post mortem tuam, heredes tui vel qui dictam mansatam tenebunt, teneant ibi homines proprios et solidos dicte domus racione dicte mansate. Quam mansatam, cum pertinentiis

suis, faciemus tibi et tuis nos et successores nostri bonam habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligamus tibi et tuis omnia bona dicte domus Mansi Dei, presencia et futura. Et pro predicta donacione, profitemur et recognoscimus nos habuisse et recepisse a te, pro acapito, CCXII solidos VI denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi et VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[a] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[b] non numerate. Et ego *Mir Aulen* predictus, recipio dictam mansatam condicionibus predictis, hec omnia laudo, et promitto[c] vobis, dictis fratri Petro de Campo rotundo et fratri Bartholomeo, omnia predicta et singula attendere et complere, ut superius sunt expressa, pro quibus obligo vobis et successoribus vestris omnia (bona)[d] mea presentia et futura. Sig++++na fratris Raymundi de Baco, et fratris Petri de Campo rotundo, et fratris Bartholomei et *Mir Aulen* predictorum, qui hec omnia supradicta laudamus. Sig+++na Bernardi de Monte ferrario, et Petri Clerici de Palacio et Bernardi de Sancto *Arnac*, testium, in presencia quorum predicti frater Raymundus de Baco et frater Petrus de Campo rotundo et frater Bartholomeus et *Mir Aulen* predicta laudaverunt III° idus marcii, anno Domini M° CC° LXVII°. Sig+num fratris Petri Sutoris, comendatoris Perpiniani predicti, qui hec omnia laudo XVIII° kalendas febroarii, anno Domini M° CC° LXVIIII°. Sig++na Petri *Coteler* et Guilelmi Teulis, testium. Ego Petrus Geraldi hanc cartam scripsi, mandato Arnaldi Mironi, et suprascripsi in V[a] linea «de fevo».

Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit vice Raymundi Eymerici et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. paccatos *B*. b. peccunie *B*. c. promito *B*. d. bona *omès B*.

690

1268, 25 de març

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà i lloctinent del comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Arnau de Celrà, Pere Servent i Ramon de Perapertusa, dóna en acapte a Berenguer de Celrà, habitant de Perpinyà, dues monallades en amplada i quatre monallades en llargada de la

tinença que els templers tenen a Perpinyà, perquè hi construeixi una o diverses cases en un termini de dos anys. El terratger haurà de donar als templers 6 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Pere Sabater reconeix haver rebut 12 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona.

A[1] Original, en forma de carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí, amplada 175/215 mm, alçada 135/140 mm, ADPO, Hp188.[176]

B Còpia figurada del final del segle XIII, *Cart.*, ff. 314v-315, acta núm. 564, segons *A*[1].

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XX per ALART, *Cart. ms.*, vol. S, p. 426, segons *A*[1].

D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 360, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, tenens locum fratris Raymundi de Bacco,[a] preceptoris domus Templi Mansi Dei, ad dandum tenenciam nostram quod[b] habemus in terminis Perpiniani ad accapitum, cum[c] consilio et voluntate fratris Arnaldo[d] de Salrano,[e] et fratris Petro[f] *Servent*, et fratris Raymundi de Petrapertusa, damus atque in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum tibi, Berengario de Salrano,[e] habitanti Perpiniani, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, II monallatas in ampliandium[g] et IIII monallatas in longitudine de tenencia nostra, que est in terminis Perpiniani, ad faciendum ibi domum vel domos, et affrontat ex una parte in tenencia Arnaldi de Riupullo, et ex alia in via, et ex alia in tenencia nostra, et ex alia in via, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, et qui predictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini de censu VI sterlingos boni argenti et fini recipiendos; et quandocumque et quocienscumque[h] vendatur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium; et tenearis ibi operari domum vel domos de hinc usque ad II annos completos, quod nisi feceris, liceat nobis et successoribus nostris

176. El pergamí està estripat per la part lateral dreta, cara de carn, i en alguns indrets la tinta s'ha diluït sota l'acció d'un solvent. El document porta al dors la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 3124».

illud accipere et dare alii ad accapitum. Et promittimus[i] tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona in perpetuum;[j] et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit pro predictis. Pro quibus omnibus predictis et singulis, obligamus tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et pro predicta donatione et concessione, habuimus et accepimus a te pro accapito XII solidos VI denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per paccatos nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie non numerate. Et ego dictus Berengarius de Salrano,[e] hec omnia laudo, promittens vobis, fratri Petro Sutori predicto, quod ego et mei solvemus semper vobis et successoribus vestris quolibet anno totum predictum censum in dicto festo, et alia attendemus et complebimus, ut superius dictum est et expressum, obligando inde vobis et successoribus vestris per vinculum totum predictum accapitum, cum omni melioramento quod ibi fecerimus ego et mei. Actum est hoc VIII kalendas aprilis, anno Domini MCCLXVIII. Sig+++++na fratris Petri Sutoris, et fratris Arnaldi de Salrano,[e] et fratris Petri *Servent*, et fratris Raymundi de Petrapertusa et Berengarii de Salrano,[e] predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Johannis Fabri de Sala, et Guilelmi Reulli, sacerdotis, et Bernardi Pagani, fusterii, testium. Ego Guilelmus Roerius hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eimerici.[k]

Raymundus Eimerici,[j] scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Bacho *B*. b. quam *B*. c. cum *omès B*. d. Arnaldi *B*. e. Solrano *B*. f. Petri *B*. g. amplitudine *B*. h. quociescumque *B*. i. promitimus *B*. j. imperpetuum *B*. k. Eymerici *B*.

691

1268, 25 de març

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà i lloctinent del comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Bartomeu i per manament de fra Ramon Desbac, dóna en acapte a Martí Carabasser, habitant de Perpinyà, una monallada en amplada i quatre monallades en llargada de la tinença dels templers a Perpinyà,

perquè hi construeixi una o diverses cases en un termini de dos anys. El terratger haurà de donar als templers 6 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Pere Sabater reconeix haver rebut 16 sous i 3 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 321v-322, acta núm. 581.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, ff. 361-362, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, tenens locum fratris Raymundi de Bacco, preceptoris domus Templi Mansi Dei, ad dandum tenenciam nostram ad accapitum, consilio et voluntate fratris Bartholomei, per nos et omnes successores nostros, damus atque in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum, de mandato dicti fratris Raymundi de Bacco, tibi, Martino Carabascerio, habitanti Perpiniani, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam monallatam in amplitudine de tenencia nostra, et IIII in longitudine, que sunt in terminis Perpiniani, et affrontant ex una parte in tenencia Petri de Toyrio et Beatricis, matris ejus, et ex alia in via, et ex alia in via, et ex alia in tenencia nostra, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, et qui dictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini de censu VI sterlingos boni argenti et fini recipiendos. Et quandocumque et quocienscumque vendatur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et teneamini tu vel tui operari ibi domum vel domos dehinc usque ad duos annos completos, quod nisi feceritis, nos et successores nostri possimus illud accipere, et dare alii ad accapitum. Et promittimus[a] tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit pro predictis, ex quibus semper credaris plano tuo verbo absque testibus et juramento. Pro quibus omnibus predictis et singulis, obligamus tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et pro predicta donatione et concessione, habuimus et accepimus a te pro accapito XVI solidos III denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII

solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Et ego dictus Martinus Carabacerius, hec omnia laudo, promittens[d] vobis, fratri Petro Sutori predicto, quod ego et mei solvemus semper vobis et successoribus vestris quolibet anno totum predictum censum in dicto festo, et omnia alia attendemus et complebimus, ut superius dictum est et expressum, obligando inde vobis et successoribus vestris totum predictum accapitum, cum omni melioramento quod ibi fecerimus ego et mei. Actum est hoc VIII° kalendas aprilis, anno Domini M° CC° LX° VIII°. Sig+++na fratris Petri Sutoris, et fratris Bartholomei et Martini Carabacerii, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Bernardi[e] Pagani, fusterii, et Guilelmi Reulli, sacerdotis, et Johannis Fabri de Sala, testium. Ego Guilelmus Roerius hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici.

Raymundus Eymerici, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus *B*. b. paccatos *B*. c. peccunie *B*. d. promitens *B*. e. Raymundi *B*.

692

1268, 25 de març

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà i lloctinent de Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Bartomeu, dóna en acapte a Bernat de la Roca, habitant de Perpinyà, una monallada en amplada i dues monallades en llargada de la tinença dels templers a Perpinyà, perquè hi construeixi una o diverses cases en un termini de dos anys. El terratger haurà de donar als templers 3 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Pere Sabater reconeix haver rebut 6 sous i 3 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 326v-327, acta núm. 591.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, tenens locum fratris Raymundi de Bacco, preceptoris Mansi Dei, ad dandum tenenciam nostram quam habemus in terminis Perpiniani ad accapitum, consilio et voluntate fratris Bartholomei, per nos et per omnes successores

nostros damus atque in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum tibi, Bernardo de Rupe, habitanti Perpiniani, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam monallatam de tenencia nostra in amplitudine, et duas in longitudine, et affrontat ex duabus partibus in tenencia nostra, et ex alia in tenencia Petri *Taper*, et ex alia in via, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, et qui dictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini de censu III denarios sterlingorum boni argenti et fini recipiendos. Et quandocumque et quocienscumque vendatur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et teneamini tu vel tui operari ibi domum vel domos dehinc usque ad duos annos completos, quod nisi feceritis, liceat nobis et successoribus nostris illud accipere, et dare alii ad accapitum. Et promittimus[a] tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit pro predictis. Pro quibus omnibus predictis et singulis, obligamus tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et pro predicta donatione et concessione, habuimus et accepimus a te pro accapito VI solidos III denarios barchinonensium, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Et ego dictus Bernardus de Rupe, hec omnia laudo, promittens[d] vobis, fratri Petro Sutori predicto, quod ego et mei solvemus semper vobis et successoribus vestris quolibet anno totum predictum censum in dicto festo, et omnia alia attendemus et complebimus, ut superius dictum est et expressum, obligando inde vobis et successoribus vestris per vinculum totum predictum accapitum, cum omni melioramento quod ibi fecerimus ego et mei. Actum est hoc VIII kalendas aprilis, anno Domini M° CC° LX° VIII. Sig+++na fratris Petri Sutoris, et fratris Bartholomei et Bernardi de Rupe predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Bernardi Pagani, fusterii, et Guilelmi Reulli, sacerdotis, et Johannis Fabri de Sala, testium. Ego Guilelmus Roerius hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici.

Raymundus Eymerici, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus *B*. b. paccatos *B*. c. peccunie *B*. d. promitens *B*.

693

1268, 25 de març

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà i lloctinent de Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Bartomeu, dóna en acapte a Arnau Sadol, habitant de Perpinyà, una monallada en amplada i dues monallades en llargada, i una mica més, de la tinença dels templers a Perpinyà, perquè hi construeixi una o diverses cases en un termini de dos anys. El terratger haurà de donar als templers 3 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Pere Sabater reconeix haver rebut 6 sous i 3 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 334v-335, acta núm. 607.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 366, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, tenens locum fratris Raymundi de Bacho, preceptoris Mansi Dei, ad dandum tenenciam nostram quam habemus in villa Perpiniani ad accapitum, consilio et voluntate fratris Bartholomei, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus ad accapitum tibi, Arnaldo *Sadol*, habitanti Perpiniani, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam monallatam in amplitudine de tenencia nostra, et duas in longitudine et aliquantulum plus, que est in terminis Perpiniani, et affrontat ex una parte in tenencia Guilelmi Mercerii, et ex alia in tenencia C(astilioni) de Manso, et ex alia in tenencia Berengarii Maurini, paratoris, et ex alia in via, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, et qui predictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini de censu III sterlinos boni argenti et fini recipiendos.

Et quandocumque et quocienscumque vendatur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et tenearis ibi operari domum vel domos dehinc usque ad duos annos completos, quod nisi feceris, liceat nobis et successoribus nostris illud accipere nostra auctoritate propria, et dare alii ad accapitum. Et promittimus[a] tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit pro predictis. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligamus tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et pro predicta donatione, habuimus et accepimus a te pro accapito VI solidos III denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Et ego dictus Arnaldus *Sadol*, hec omnia laudo, promittens[d] vobis, fratri Petro Sutori predicto, quod ego et mei solvemus semper vobis et successoribus vestris quolibet anno totum predictum censum in dicto festo, et omnia alia attendemus et complebimus, ut superius dictum est et expressum, obligando inde vobis et successoribus vestris per vinculum totum predictum accapitum, cum omni melioramento quod ibi fecerimus ego et mei. Actum est hoc VIII° kalendas aprilis, anno Domini M° CC° LX VIII. Sig+++na fratris Petri Sutoris, et fratris Bartholomei et Arnaldi *Sadol* predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Castilioni de Manso, et Paloui Fornerii et Petri Caironi, testium. Ego Guilelmus Roerius hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici. Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit vice Raymundi Eymerici, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus *B*. b. paccatos *B*. c. peccunie *B*. d. promitens *B*.

694

1268, 25 de març

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Pere de Camprodon, batlle forà, i Pere Servent, dóna en acapte a Guillem Bes i a la seva muller Lluciana una monallada en

amplada i dues monallades en llargada de la tinença dels templers a Perpinyà, perquè hi construeixin una o diverses cases en un termini de dos anys. Els terratgers hauran de donar als templers 3 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, Ramon Desbac reconeix haver rebut 6 sous i 3 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 355r-v, acta núm. 646.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 364, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Bacco, preceptor domus Templi Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Petri de Campo rotundo, bajuli forensis domus (Templi Mansi Dei),[a] et fratris Petri *Servent*, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum vobis, Guilelmo *Bes* et Luciane, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis perpetuo, unam monallatam de tenencia nostra in latitudine, et duas monallatas in longitudine, ad faciendum ibi domum vel domos, que tenencia est in terminis Sancti Johannis Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Bernardi Fornerii et in via, a meridie in via, ab aquilone in tenencia Poncii Stephani, sutoris, et Jacobi Fabri, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, qui predictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini de censu III sterlingos boni argenti et fini recipiendos. Et quandocumque et quocienscumque vendatur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et teneamini ibi operari domum vel domos dehinc usque ad duos annos completos, quod nisi feceritis, liceat nobis vel successoribus nostris illud accipere nostra auctoritate propria, et dare alii ad accapitum. Et nos et successores nostri faciemus vobis et vestris totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde vobis et vestris sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis vos vel vestros facere contigerit pro predictis, obligando inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus nostre Mansi Dei, presencia et futura. Et pro predicta donacione, habuimus et accepimus a vobis pro accapito VI solidos III denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII

solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Et ego dictus Guilelmus *Bes,* per me et dictam Lucianam, uxorem meam, hec omnia predicta laudo, promittens[d] vobis, dicto fratri Raymundo de Bacco, quod ego et dicta uxor mea solvemus vobis et successoribus vestris totum predictum censum in dicto festo, et omnia alia attendemus et complebimus, ut superius dictum est et expressum, obligando inde vobis et successoribus vestris per vinculum totum predictum accapitum, cum omni melioramento quod ibi fecerimus. Actum est hoc VIII° kalendas aprilis, anno Domini M° CC° LX° VIII°. Sig+++++na fratris Raymundi de Bacco, et fratris Petri Sutoris, et fratris Petri de Campo rotundo, et fratris Petri *Servent* et Guilelmi *Bes* predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Petri Amalrici, et Petri Malleolis et Raymundi *Torrent*, testium. Ego Guilelmus Roerius hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici.

Raymundus Eymerici, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Templi Mansi Dei *omès B.* b. paccatos *B.* c. peccunie *B.* d. promitens *B.*

695

1268, 25 de març

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà i lloctinent del comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Arnau de Celrà, Pere Servent i Ramon de Perapertusa, dóna en acapte a Nadal Forner una monallada en amplada i dues monallades en llargada de la tinença dels templers a Perpinyà, perquè hi construeixi una o diverses cases en un termini de dos anys. El terratger haurà de donar als templers 3 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Pere Sabater reconeix haver rebut 6 sous i 3 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 385v, acta núm. 707.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 367, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, tenens locum fratris Raymundi de Bacco, preceptoris domus Templi Mansi Dei, ad dandum tenenciam nos-

tram quam habemus in terminis Perpiniani ad accapitum, consilio et voluntate fratris Arnaldi de Salrano, et fratris Petri *Servent*, et fratris Raymundi de Petrapertusa, per nos et omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum tibi, Natali Fornerio, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam monallatam in amplitudine et II in longitudine de tenencia nostra, quam habemus in terminis Perpiniani, et affrontat ex una parte in tenencia Bertrandi Faugerii, et ex alia in via, et ex alia in tenencia tua, quam pro nobis tenes, et ex alia in via, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, et qui dictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini III denarios sterlingorum boni argenti et fini recipiendos. Et quandocumque et quocienscumque vendatur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et teneamini tu vel tui fecisse ibi domum vel domos dehinc usque ad duos annos completos, quod nisi feceritis, liceat nobis et successoribus nostris illud accipere nostra auctoritate propria, et dare alii ad accapitum. Et promittimus[a] tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit pro predictis. Pro quibus omnibus predictis et singulis, obligamus tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et pro predicta donacione et concessione, habuimus et accepimus a te pro accapito VI solidos III denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Et ego dictus Natalis Fornerius, hec omnia laudo, promittens[d] vobis, fratri Petro Sutori predicto, quod ego et mei solvemus semper vobis et successoribus vestris quolibet anno totum predictum censum in dicto festo, et omnia alia attendemus et complebimus, ut superius dictum est et expressum, obligando inde vobis et successoribus vestris per vinculum totum predictum accapitum, cum omni melioramento quod ibi fecerimus ego et mei. Actum est hoc VIII° kalendas aprilis, anno Domini M° CC° LX° VIII. Sig+++++na fratris Petri Sutoris, et fratris Arnaldi

de Salrano, et fratris Petri *Servent*, et fratris Raymundi de Petra pertusa et Natalis Fornerii predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Johannis Fabri de Sala, et Guilelmi Reulli, sacerdotis, et Bernardi Pagani, fusterii, testium. Ego Guilelmus Roerius hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici.

Raymundus Eymerici, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus *B*. b. paccatos *B*. c. peccunie *B*. d. promitens *B*.

696

1268, 25 de març

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà i lloctinent del comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Bartomeu, dóna en acapte a Bernat Forner, habitant de Perpinyà, una monallada en amplada i dues monallades en llargada de la tinença del Temple a Perpinyà, perquè hi construeixi una o diverses cases en un termini de dos anys. El terratger haurà de donar als templers 3 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Pere Sabater reconeix haver rebut 6 sous i 3 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 403v, acta núm. 746.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 365, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, tenens locum fratris Raymundi de Bacco, preceptoris domus Templi Mansi Dei, ad dandum tenenciam nostram quam habemus in terminis Perpiniani ad accapitum, consilio et voluntate fratris Bartholomei, per nos et omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus sive quasi tradimus tibi, Bernardo Fornerio, habitanti Perpiniani, ad accapitum, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam monallatam de tenencia nostra in amplitudine et duas monallatas in longitudine, et affrontat ex duabus partibus in tenencia nostra, et ex alia parte in tenencia Bernardi Maurini, et ex alia in via, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, et qui

dictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini de censu III denarios sterlingorum boni argenti et fini recipiendos. Et quandocumque et quocienscumque vendatur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium ; et teneamini tu vel tui edificare[a] ibi, sive facere domum vel domos dehinc usque ad duos annos completos, quod nisi feceritis, liceat nobis et successoribus nostris illud accipere, et dare alii ad accapitum. Et promittimus[b] tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum. Et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit pro predictis. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligamus tibi et tuis successoribus per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et pro predicta donacione et concessione, habuimus et accepimus a te pro accapito VI solidos III denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Et ego dictus Bernardus Fornerii, hec omnia laudo, promittens[e] vobis, fratri Petro Sutori predicto, quod ego et mei solvemus semper vobis et successoribus vestris quolibet anno totum predictum censum in dicto festo, et omnia alia attendemus et complebimus, ut superius dictum est et expressum, obligando inde vobis et successoribus vestris per vinculum totum predictum accapitum, cum omni melioramento quod ibi fecerimus ego et mei. Actum est hoc VIII° kalendas aprilis, anno Domini M° CC° LX° VIII°. Sig+++na fratris Petri Sutoris, et fratris Bartholomei et Bernardi Fornerii predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Castilioni de Manso, et Palaui Fornerii et Petri Caneri, sutoris, testium. Ego Guilelmus Roerius hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici.

Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit vice Raymundi Eymerici et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. hedificare *B*. b. promitimus *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. promitens *B*.

FUNDACIÓ NOGUERA

697

1268, 25 de març

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà i lloctinent del comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Arnau de Celrà, Pere Servent i Ramon de Perapertusa, dóna en acapte a Arnau de Ripoll, habitant de Perpinyà, una monallada en amplada i quatre monallades en llargada de la tinença del Temple a Perpinyà, perquè hi construeixi una o diverses cases en un termini de dos anys. El terratger haurà de donar als templers 6 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Pere Sabater reconeix haver rebut 12 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 432, acta núm. 816.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 363, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, tenens locum fratris Raymundi de Bacco, preceptoris Mansi Dei, ad dandum tenenciam nostram quam habemus in terminis Perpiniani ad accapitum, consilio et voluntate fratris Arnaldi de Salrano et fratris Petri *Servent* et fratris Raymundi de Petra pertusa, per nos et omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum tibi, Arnaldo de Ripullo, habitanti Perpiniani, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum,[a] unam monallatam in amplitudine de tenencia nostra et IIII[or] in longitudine, que tenencia est in terminis Perpiniani, et affrontat ex una parte in tenencia Natalis Fornerii, et ex alia in via, et ex alia in nostra tenencia, et ex alia in via, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, et qui dictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et nostris successoribus quolibet anno in festo Natalis Domini de censu VI sterlingos boni argenti et fini recipiendos. Et quandocumque et quocienscumque vendatur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et tenearis ibi operari domum vel domos dehinc usque ad duos annos completos, quod nisi feceris, liceat nobis et successoribus nostris illud accipere nostra auctoritate propria, et dare alii ad accapitum. Et promittimus[b] tibi quod nos et

successores nostri faciemus tibi et tuis totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit pro predictis. Pro quibus omnibus supradictis et singulis, obligamus tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et pro predicta donacione et concessione, habuimus et accepimus a te pro accapito XII solidos VI denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent I marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Et ego dictus Arnaldus de Ripullo, hec omnia laudo, promittens[e] vobis, fratri Petro Sutori predicto, quod ego et mei solvemus semper vobis et successoribus vestris quolibet anno totum predictum censum in dicto festo, et omnia alia attendemus et complebimus, ut superius dictum est et expressum, obligando inde vobis et successoribus vestris per vinculum totum predictum accapitum, cum omni melioramento quod ibi fecerimus ego et mei. Actum est hoc VIII° kalendas aprilis, anno Domini M° CC° LX° VIII°. Sig+++++na fratris Petri Sutoris, et fratris Arnaldi de Salrano, et fratris Petri *Servent*, et fratris Raymundi de Petra pertusa et Arnaldi de Ripullo predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Johannis Fabri de Sala, et Guilelmi *Reul*, sacerdotis, et Bernardi Pagani, fusterii, testium. Ego Guilelmus Roerius hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici.

Raymundus Eymerici, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. *la sil·laba* –li- *afegida a la interlínia B*. b. promitimus *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. promitens *B*.

698

1268, 26 de març

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Pere de Camprodon, batlle forà, i Pere Servent, dóna en acapte a Jaume Fabre i Ponç Esteve 3 monallades de la tinença del Temple a Perpinyà, perquè hi construeixin una o diverses cases en un termini de dos anys. Els terratgers hauran de donar als templers 9 esterlins de plata de cens anual

el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 18 sous i 9 diners de moneda coronada de Barcelona.

A[1] Original, carta partida per la part superior per les lletres de l'alfabet de la A a la I, pergamí, amplada 255/260 mm, alçada 125 mm, ADPO, Hp188.[177]

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 402r-v, acta núm. 743, segons *A*[1].

C Còpia parcial de la segona meitat del segle XIX per ALART, *Cart. ms.*, vol. S, p. 460, segons *A*[1].

D Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 368, segons *A*[1].

E Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 30, f. 163, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raimundus[a] de Bacco, preceptor domus Templi Mansi Dei, concilio[b] et voluntate fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Petri de Campo rotundo, bajuli forensis, et fratris Petri *Servent*, per nos et omnes successores nostros, damus atque in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum vobis, Jacobo Fabri et Poncio Stephano, et vestris, et cui volueritis perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, III monallatas completas de tenencia nostra, que est in terminis Perpiniani, ad faciendum ibi domum vel domos, et affrontant ex una parte in tenencia Guilelmi *Bes* et Luciane, uxoris ejus, et ex alia parte in via, et ex alia in tenencia Bernardi Fornerii, et ex alia in via, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod vos et vestri, et qui predictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini de censu VIIII sterlingos boni argenti et fini recipiendos. Et quandocumque et quocienscumque vendatur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et teneamini operari ibi domum vel domos dehinc usque ad II[c] annos completos, quod nisi feceritis, liceat nobis et successoribus nostris illud accipere nostra auctoritate propria, et dare alii ad accapitum. Et promittimus[d] vobis quod nos et successores nostri faciemus vobis et vestris totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona in perpetuum,[e]

177. El document porta al dors un regest del segle XV en català: «Carta Jacme Fabra e Ponç Steve de pati per ... cases ab cens VIIII starlins. Perpinya», i la signatura topogràfica Inv. Malta: «n° 2442».

et tenebimur inde vobis et vestris sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis vos vel vestros facere contigerit pro predictis, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus nostre Mansi Dei, presencia et futura. Et pro predicta donatione et concessione, habuimus et accepimus a vobis pro accapito XVIII solidos VIIII denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per paccatos[f] nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie[g] non numerate. Et nos, dicti Jacobus Fabri et Poncius Stephani, hec omnia laudamus, promittentes[h] vobis, fratri Raimundo de Bacco predicto, quod nos et successores nostri solvemus semper vobis et successoribus vestris quolibet anno totum predictum censum in dicto festo, et omnia alia attendemus et complebimus, ut superius dictum est et expressum, obligantes inde vobis et successoribus vestris per vinculum totum predictum accapitum, cum omni melioramento quod ibi fecerimus. Actum est hoc VII kalendas[i] aprilis, anno Domini MCCLXVIII. Sig++++++na fratris Raimundi[j] de Bacco, et fratris Petri Sutoris, et fratris Petri de Campo rotundo, et fratris Petri *Servent*, et Jacobi Fabri, et Poncii Stephani predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Petri Amalrici, et Petri Malleolis, et Guilelmi *Bes*, testium. Ego Guilelmus[k] Roerius hanc cartam scripsi mandato Raimundi[j] Eimerici.

Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit vice Raimundi[j] Eymerici predicti[l] et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Raymundus *B*. b. consilio *B*. c. duos *B*. d. promitimus *B*. e. imperpetuum *B*. f. *Sic AB per* pacatos. g. *Sic AB per* peccunie. h. promitentes *B*. i. VII kalendas *repetit per error B*. j. Raymundi *B*. k. Guilelmus *omès B*. l. predicti *omès B*.

699

1268, 26 de març

Guillem Ferrer, blanquer de Nils, habitant de Perpinyà, cedeix a fra Pere de Camprodon, batlle forà de la casa del Masdéu, tots els seus drets sobre una borda i les seves dependències, situada al terme de Santa Maria de Nils. Guillem Ferrer tenia aquesta borda, que havia pertangut al seu pare, el difunt Pere Ferrer de Nils, per Guillem de Sant Martí, el qual la tenia en feu per la casa del Masdéu. Per aquesta concessió, reconeix haver rebut

82 sous i 3 diners de moneda coronada de Barcelona. Bernat de Nils i Joan de Nils, fill de Guillem Ferrer, i la seva muller Maria confirmen aquesta transacció i renuncien a tots llurs drets sobre aquesta borda.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 185v, acta núm. 318.

Notum sit cunctis quod ego Guilelmus Ferrarius, curaterius de Agnilis, habitans Perpiniani, per me et per omnes meos solvo et diffinio vobis fratri Petro de Campo rotundo, bajulo forensi[a] domus Mansi Dei, et dicte domui et successoribus ejusdem domus, totum quicquid juris habeo vel habere debeo in quadam borda et in pertinentiis ejusdem, que borda fuit condam Petri Ferrarii de Agnilis patris mei, quam bordam tenebam pro Guilelmo de Sancto Martino, qui Guilelmus de Sancto Matino tenebat eam in feodum pro domo Mansi Dei et successorum ejusdem, que borda est in villa et terminis Sancte Marie de Agnilis, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus et cum terminis et pertinentiis suis, et cum omnibus in se habentibus, et sicut melius intelligi vel dici potest ad utilitatem vestram et successorum vestrorum, cedendo inde vobis et successoribus vestris ratione hujus solutionis omnes actiones et jura, quas et que in dicta et pro dicta borda cum suis pertinentiis habeo et habere debeo aliquo modo, constituendo inde vos in rem vestram procuratores et domino de predictis contra omnes personas, promittens[b] vobis quod nichil feci nec decetero faciam quominus hec solutio et diffinitio valeat vel infringi possit. Et pro hac solutione et diffinitione habui et accepi a vobis LXXX et II solidos III denarios barchinonensium bonorum coronatorum, de qua moneta LXII solidis et VI denariis valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per paccatum me teneo, renuncians inde omni exceptioni peccunie non numerate. Et nos, Bernardus de Agnilis et Johannes de Agnilis, filii dicti Guilelmi Ferrarii de Agnilis, et Maria, uxor[c] dicti Guilelmi Ferrarii et mater dictorum Bernardi et Johannis, hec omnia predicta laudamus, solventes et diffinientes vobis, dicto fratri Petro de Campo rotundo, et successoribus vestris perpetuo totum quicquid juris habemus et habere debemus in dicta borda et in pertinentiis ejusdem ratione hereditatis nostre nostrorum dictorum Bernardi et Johannis, vel ratione legitime legati successionis, vel alio modo, vel ratione dotis et donationis propter nupcias mei dicte Marie vel alio modo. Et quod ita hec omnia predicta et singula fideliter teneamus et observemus et quod contra non veniamus bona fide et per stipu-

lationem vobis promittimus[d] et etiam per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII[or] Dei Evangeliis, sponte vobis juramus. Sig+++na Guilelmi Ferrarii et Bernardi de Agnilis et Johannis predictorum, qui hec omnia laudamus VII° kalendas aprilis, anno M° CC° LX° VIII°. Sig+++na Bernardi Dalmacii, et Arnaldi Clairani et Bernardi *Redon*, testium. Sig+num Marie predicte, que[e] hec omnia laudo et firmo die et anno quo supra. Sig++na Exemeno de Lusia et Ferrarii Ancelmi, testium. Ego Raymundus Torrent hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici et rasi et emendavi in XI[a] linea «Ferrarii».

Raymundus Eymerici, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. forenci *B*. b. promitetes *B*. c. Marie, uxoris *B*. d. promitimus *B*. e. qui *B*.

700

1268, 29 de març

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere de Camprodon, batlle forà del Masdéu, Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Bartomeu i Arnau de Celrà, dóna en acapte a Bernat Safont de Vivers, habitant de Perpinyà, i a la seva esposa Garsenda una monallada en amplada i dues monallades en llargada de la tinença del Temple a Perpinyà, perquè hi construeixin una o diverses cases en un termini de dos anys. Els terratgers hauran de donar als templers 3 diners esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 6 sous i 3 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 326r-v, acta núm. 590.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 369, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus[a] de Bacco, preceptor domus Templi Mansi Dei, consilio et voluntate ac laudamento fratris Petri de Campo rotundo, bajuli forensis Mansi Dei, et fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Bartholomei, et fratris Arnaldi de Solrano, per nos et omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum vobis, Bernardo *Safont* de Vivariis,[b]

habitanti Perpiniani, et Garsendi, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam monallatam in latitudine de tenencia nostra, quam habemus in terminis Perpiniani, et duas monallatas in longitudine, et affrontat ab oriente in tenencia Berengarii Salrani, a meridie et ab occidente in nostra tenencia, ab aquilone in via, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod vos et vestri, qui predictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini de censu III denarios sterlingorum boni argenti et fini recipiendos. Et quandocumque et quocienscumque vendatur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et teneamini ibi operari domum vel domos dehinc usque ad duos annos completos, quod nisi feceritis, liceat nobis et successoribus nostris illud accipere nostra auctoritate propria, et dare alii ad accapitum. Et promittimus[c] vobis quod nos et successores nostri faciemus vobis et vestris totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum, et tenebimur inde vobis et vestris sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis vos vel vestros facere contigerit pro predictis, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus nostre Mansi Dei, presentia et futura. Et pro predicta donatione et concessione, habuimus et accepimus a vobis pro accapito VI solidos III denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham agenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[d] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[e] non numerate. Et nos, dicti Bernardus *Safont* et Garsendis, uxor ejus, hec omnia predicta laudamus, promittentes[f] vobis, fratri Raymundo de Bacco predicto, quod nos et successores nostri solvemus semper vobis et successoribus vestris quolibet anno totum predictum censum in dicto festo, et omnia alia attendemus et complebimus, ut superius dictum est et expressum, obligantes inde vobis et successoribus vestris per vinculum totum predictum accapitum cum omni melioramento quod ibi fecerimus nos et nostri. Actum est hoc IIII kalendas aprilis, anno Domini M° CC° LX° VIII°. Sig+++++++na fratris Raymundi de Bacco, et fratris Petri de Campo rotundo, et fratris Petri Sutoris, et fratris Bartholomei, et fratris Arnaldi de Solrano, et Bernardi *Safont* et Garsendis uxoris ejus, predictorum, qui hec omnia laudamus.

Sig+++na Petri de Riupullo, et Jacobi de Bono passu et Jacobi *Jonqueres*, testium. Ego Guilelmus Roerius, hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici.

Arnalldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit vice Raymundi Eymerici predicti et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. Petrus *B*. b. Vinariis *B*. c. promitimus *B*. d. paccatos *B*. e. peccunie *B*. f. promitentes *B*.

701

1268, 29 de març

Fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere de Camprodon, batlle forà del Masdéu, Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà, Bartomeu i Arnau de Celrà, dóna en acapte a Arnau Corretger de Sant Joan de les Abadesses, habitant de Perpinyà, i a la seva esposa Ermessenda una monallada en amplada i quatre monallades en llargada de la tinença del Temple a Perpinyà, perquè hi construeixin una o diverses cases en un termini de dos anys. Els terratgers hauran de donar als templers 6 diners esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Ramon Desbac reconeix haver rebut 12 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 409, acta núm. 759.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 370, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Raymundus de Bacco, preceptor domus Templi Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri de Campo rotundo, bajuli forensis Mansi Dei, et fratris Petri Sutoris, preceptoris domus Templi Perpiniani, et fratris Bartholomei, et fratris Arnaldi de Salrano, per nos et omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum vobis, Arnaldo Corregerio de Sancto Johanne de Abbatis, habitanti Perpiniani, et Ermessendi, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam monallatam de tenencia nostra in latitudine et IIII^{or} in longitudine, ad faciendum ibi domum vel domos, que tenencia est in terminis Perpiniani, et affrontant ab oriente in tenencia Martini Carabacerii, a meridie in via, ab oc-

cidente in nostra tenencia, ab aquilone in via, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod vos et vestri, et qui predictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini de censu VI sterlingos boni argenti et fini recipiendos. Et quandocumque et quocienscumque vendatur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et teneamini ibi edificare[a] domum vel domos dehinc usque ad duos annos completos, quod nisi feceritis, liceat nobis et successoribus nostris illud accipere nostra auctoritate propria, et dare alii ad accapitum. Et promittimus[b] vobis quod nos et successores nostri faciemus vobis et successoribus vestris totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde vobis et vestris sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis vos vel vestros facere contigerit pro predictis, obligantes inde vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus nostre Mansi Dei, presencia et futura. Et pro predicta donacione et concessione, habuimus et accepimus a vobis pro accapito XII solidos VI denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham agenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Et nos, dicti Arnaldus Corregerii et Ermessendis, uxor ejus, hec omnia laudamus, promittentes[e] vobis, fratri Raymundo de Bacco predicto, quod nos et nostri solvemus semper vobis et successoribus vestris quolibet anno totum predictum censum in dicto festo, et omnia alia attendemus[f] et complebimus, ut superius dictum est et expressum, obligantes inde vobis et successoribus vestris per vinculum totum predictum accapitum, cum omni melioramento quod ibi fecerimus nos et nostri. Actum est hoc IIII° kalendas aprilis, anno Domini M° CC° LX° VIII°. Sig+++++++na fratris Raymundi de Bacco, et fratris Petri de Campo rotundo, et fratris Petri Sutoris, et fratris Bartholomei, et fratris Arnaldi de Salrano, et Arnaldi Corregerii et Ermessendis, uxoris ejus, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Raymundi *Caseles*, et Arnaldi de Genestario et Petri de Riupullo, testium. Ego Guilelmus Roerius, hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici.

Arnaldus[g] Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit vice Raymundi Eymerici predicti et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. hedificare *B*. b. promitimus *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. promitentes *B*. f. atendemus *B*. g. Arnalldus *B*.

702

1268, 31 de març

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà i lloctinent del comanador del Masdéu, amb el consentiment de fra Bartomeu, dóna en acapte a Berenguer Mauri, paraire, habitant de Perpinyà, i a la seva muller Guillema una monallada i una mica més en amplada i quatre monallades en llargada de la tinença del Temple a Perpinyà, perquè hi construeixin una o diverses cases en un termini de dos anys. Els terratgers hauran de donar als templers 6 esterlins i quart de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Pere Sabater reconeix haver rebut 13 sous i 9 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 433, acta núm. 817.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 371, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, tenens locum fratris Raymundi de Bacco, preceptoris domus Templi Mansi Dei, ad dandum tenenciam nostram quam habemus in terminis Perpiniani ad accapitum, consilio et voluntate fratris Bartholomei, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum vobis, Berengario Maurini, paratori, habitanti Perpiniani, et Guilelme, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam monallatam de tenencia nostra in amplitudine, et aliquantulum plus, et IIII^{or} monallatas in longitudine, que sunt in terminis Perpiniani, et affrontat ex una parte in tenencia Guilelmi Mercerii, et ex alia in via, et ex alia in via, et ex alia in tenencia Bernardi Fornerii et Jacobi Fabri et Poncii Stephani, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod vos et vestri, et qui predictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini de censu VI sterlingos et quartam partem alterius boni argenti et fini recipiendos. Et quandocumque et quocienscumque vendatur vel inpignoretur, nos et successores

nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et teneamini operari ibi domum vel domos dehinc usque ad duos annos completos, quod nisi feceritis, liceat nobis et successoribus nostris illud accipere nostra auctoritate propria, et dare alii ad accapitum. Et promittimus[a] vobis quod nos et successores nostri faciemus vobis et vestris totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde vobis et vestris sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis vos vel vestros facere contigerit pro predictis. Pro quibus omnibus predictis et singulis, obligamus vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et pro predicta donacione et concessione, habuimus et accepimus a vobis pro accapito XIII solidos VIIII[em] denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent I[am] marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Et nos, dicti Berengarius Maurini et Guilelma, uxor ejus, hec omnia laudamus, promittentes[d] vobis, fratri Petro Sutori predicto, quod nos et nostri solvemus semper vobis et successoribus vestris quolibet anno totum predictum censum in dicto festo, et omnia alia attendemus et complebimus, ut superius dictum est et expressum, obligando inde vobis et successoribus vestris per vinculum totum predictum accapitum, cum omni melioramento quod ibi fecerimus nos et nostri. Actum est hoc II[e] kalendas aprilis, anno Domini M° CC° LX° VIII°. Sig++++na fratris Petri Sutoris, et fratris Bartholomei, et Berengarii Maurini et Guilelme, uxoris ejus, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Raymundi *Torrent*, et Guilelmi *Reul*, sacerdotis, et Bernardi *Redon*, testium. Ego Guilelmus Roerius hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici.

Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, (subscripsit)[e] vice Raymundi predicti et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus *B*. b. paccatos *B*. c. peccunie *B*. d. promitentes *B*. e. subscripsit *omès B*.

703

1268, 1 d'abril

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà i lloctinent del comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Bartomeu, Pere Servent i Ramon de Perapertusa, dóna en acapte a Jaume Sadol una monallada i mitja, i una mica

més, de la tinença del Temple a Perpinyà, perquè hi construeixi una o diverses cases en un termini de dos anys. El terratger haurà de donar als templers 4 esterlins i mig de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Pere Sabater reconeix haver rebut 9 sous i 4 diners i 1 òbol de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 398r-v, acta núm. 734.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 373, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, tenens locum fratris Raymundi de Bacco, preceptoris domus Templi Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Bartholomei, et fratris Petri *Servent* et fratris Raymundi de Petrapertusa, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum tibi, Jacobo *Sadol*, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam monallatam et mediam completam,[a] et aliquantulum plus, de tenencia nostra, que est in terminis Perpiniani, et affrontat ab oriente in via, a meridie in nostra tenencia, ab occidente et ab aquilone in nostra tenencia, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, et qui dictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini de censu IIII sterlingos et medium boni argenti et fini recipiendos. Et quandocumque et quocienscumque vendatur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et tenearis ibi operari domum vel domos dehinc usque ad duos annos, quod nisi feceris, liceat nobis et successoribus nostris illud accipere nostra auctoritate propria, et dare alii ad accapitum. Et promittimus[b] tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit pro predictis. Pro quibus omnibus predictis et singulis, obligamus tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et pro predicta donacione et concessione, habuimus et accepimus a te pro accapito VIIII solidos IIII^{or} denarios obolum barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam

marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Et ego dictus Jacobus *Sadol*, hec omnia laudo, promittens[e] vobis, fratri Petro Sutori predicto, quod ego et mei solvemus semper vobis et successoribus vestris quolibet anno totum predictum censum in dicto festo, et omnia alia attendemus et complebimus, ut superius dictum est et expressum, obligando inde vobis et successoribus vestris per vinculum totum predictum accapitum, cum omni melioramento quod ibi fecerimus ego et mei. Actum est hoc kalendis aprilis, anno Domini M° CC° LX° VIII°. Sig+++++na fratris Petri Sutoris, et fratris Bartholomei, et fratris Petri *Servent*, et fratris Raymundi de Petrapertusa et Jacobi *Sadol* predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Petri de Riupullo, et Arnaldi Clairani et Raymundi de Baxanis, testium. Ego Guilelmus Roerius hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici.

Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit vice Raymundi Eymerici, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. completam *repetit per error B*. b. promitimus *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. promitens *B*.

704

1268, 1 d'abril

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà i lloctinent del comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Bartomeu, Pere Servent i Ramon de Perapertusa, dóna en acapte a Porsines, blanquer, una monallada en amplada i quatre monallades en llargada de la tinença del Temple a Perpinyà, perquè hi construeixi una o diverses cases en un termini de dos anys. El terratger haurà de donar als templers 6 diners esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Pere Sabater reconeix haver rebut 12 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., f. 399r-v, acta núm. 737.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 372, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, tenens locum fratris Raymundi de

Baco, preceptoris domus Templi Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Bartholomei, et fratris Petri *Servent* et fratris Raymundi de Petrapertusa, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum tibi, *Porsinas*, aluderio, et tuis, et cui volueris perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, unam monallatam de tenencia nostra in latitudine et IIII^{or} in longitudine, que est in terminis Perpiniani, ad faciendum ibi domum vel domos, et affrontat ex una parte in via, et ex alia in via, et ex alia in nostra tenencia, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinenciis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod tu et tui, et qui dictum accapitum habueritis et tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini de censu VI sterlingos boni argenti et fini recipiendos. Et quandocumque et quocienscumque vendatur vel inpignoretur, nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et tenearis ibi operari domum vel domos dehinc usque ad duos annos completos, quod nisi feceris, liceat nobis et successoribus nostris illud accipere nostra auctoritate propria, et dare alii ad accapitum. Et promittimus[a] tibi quod nos et successores nostri faciemus tibi et tuis totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde tibi et tuis sine fraude de omni evictione et de sumptibus, si quos in causa evictionis te vel tuos facere contigerit pro predictis. Pro quibus omnibus predictis et singulis, obligamus tibi et tuis per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presencia et futura. Et pro predicta donacione et concessione, habuimus et accepimus a te pro accapito XII solidos VI denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[b] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[c] non numerate. Et ego dictus Porcinas, aluderius, hec omnia laudo, promittens[d] vobis, fratri Petro Sutori predicto, quod ego et mei solvemus semper vobis et successoribus vestris quolibet anno totum predictum censum in dicto festo, et omnia alia attendemus et complebimus, ut superius dictum est et expressum, obligando inde vobis et successoribus vestris per vinculum totum predictum accapitum, cum omni melioramento quod ibi fecerimus ego et mei. Actum est hoc kalendis aprilis, anno Domini M° CC° LX° VIII°. Sig+++++na fratris Petri Sutoris, et fratris Bartholomei, et fratris Petri *Servent*, et fratris Raymundi

de Petrapertusa et *Porcinas*, aluderii, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Petri de Riupullo, et Arnaldi Clairani et Raymundi de Baixanis, testium. Ego Guilelmus Roerius hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici.

Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit vice Raymundi Eymerici predicti, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. promitimus *B*. b. paccatos *B*. c. peccunie *B*. d. promitens *B*.

705

1268, 2 d'abril

Fra Pere Sabater, comanador de la casa del Temple de Perpinyà i lloctinent de fra Ramon Desbac, comanador del Masdéu, amb el consentiment dels frares Pere Servent i Arnau de Celrà, dóna en acapte a Bernat Bofill i a la seva esposa Guillema dues monallades, amb el seu complement, de la tinença del Temple a Perpinyà, perquè hi construeixin una o diverses cases en un termini de dos anys. Els terratgers hauran de donar als templers 6 esterlins de plata de cens anual el dia de Nadal, i el foriscapi en cas de mutació. Per aquesta concessió, fra Pere Sabater reconeix haver rebut 12 sous i 6 diners de moneda coronada de Barcelona.

B Còpia figurada del final del segle XIII, Cart., ff. 331v-332, acta núm. 601.
C Còpia parcial del començament del segle XX, ALBON, *Cart. gén.*, nouv. acq. lat. 29, f. 374, segons *B*.

Notum sit cunctis quod nos, frater Petrus Sutor, preceptor domus Templi Perpiniani, tenens locum fratris Raymundi de Bacco, preceptoris domus Templi Mansi Dei, consilio et voluntate fratris Petri *Servent* et fratris Arnaldi de Solrano, per nos et per omnes successores nostros damus atque in presenti tradimus sive quasi tradimus ad accapitum vobis, Bernardo Bonifilio et Guilelme, uxori ejus, et vestris, et cui volueritis perpetuo, exceptis sanctis et militibus et eorum uxoribus et domibus religionum, II monallatas, cum suo complemento, de tenencia nostra, que est in terminis Perpiniani, et affrontat ab oriente in tenencia Porsinas, aluderii, a meridie et ab occidente et ab aquilone in viis publicis, totum, integriter ac generaliter, cum ingressibus et egressibus, et cum terminis et pertinentiis suis, et cum omnibus in se habentibus, hoc pacto quod vos et vestri, et qui dictum accapitum habueritis et

tenueritis, donetis semper nobis et successoribus nostris quolibet anno in festo Natalis Domini de censu VI sterlingos boni argenti et fini recipiendis. Et quandocumque et quocienscumque vendatur vel impignoretur,[a] nos et successores nostri habeamus inde nostrum foriscapium. Et teneamini operari ibi domum vel domos usque ad II annos completos, quod nisi feceritis vos vel vestri, liceat nobis et successoribus nostris illud accipere et dare alii ad accapitum nostra auctoritate propria. Et promittimus[b] vobis quod nos et successores nostri faciemus vobis et vestris totum predictum accapitum bonum habere et tenere in pace ab omni persona imperpetuum; et tenebimur inde vobis et vestris sine fraude de omni evictione et de sumptibus si quos in causa evictionis vos vel vestros facere contigerit pro predictis. Pro quibus omnibus predictis et singulis obligamus vobis et vestris per vinculum omnia bona dicte domus nostre, presentia et futura. Et pro predicta donacione habuimus et accepimus a vobis pro accapito XII solidos VI denarios barchinonensium coronatorum, de qua moneta LXII solidi VI denarii valent unam marcham argenti fini recti pensi Perpiniani, de quibus per pacatos[c] nos tenemus, renunciantes exceptioni pecunie[d] non numerate. Et nos, predicti Bernardus Bonus Filius et Guilelma, uxor ejus, hec omnia predicta laudamus, promittentes[e] vobis, fratri Petro Sutori predicto, quod nos et nostri solvemus semper vobis et successoribus vestris quolibet anno totum predictum censum in dicto festo, et omnia alia attendemus et complebimus, ut superius dictum est et expressum, obligantes inde vobis et successoribus vestris per vinculum totum predictum accapitum cum omni melioramento quod ibi fecerimus. Actum est hoc IIII° nonas aprilis, anno Domini M° CC° LX° VIII°. Sig+++++na fratris Petri Sutoris, et fratris Petri *Servent*, et fratris Arnaldi de Solrano, et Bernardi Boni Filii et Guilelme, uxoris ejus, predictorum, qui hec omnia laudamus. Sig+++na Besalduni Berardi, et Guilelmi *Bes* et Petri de Ripullo, testium. Ego Guilelmus Roerius hanc cartam scripsi mandato Raymundi Eymerici.

Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit vice Raymundi Eymerici, et hoc sig-(SM)-num fecit.

a. inpignoretur *B*. b. promitimus *B*. c. paccatos *B*. d. peccunie *B*. e. promitentes *B*.

FUNDACIÓ NOGUERA